Universidad de Deusto
Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMA NOBILITATIS HISPANICAE, ET IMMVNITATIS REGIORVM TRIbutorum, cauſas, ius, ordinem, iudicium, & excuſationem breuiter complectens: nunc poſtremò recognita, atque infinitis propè locis emendata, nouiſque addictionibus aucta.

1624

Authore Ioanne Arce ab Otalora olim quidem in Granatenſi, nunc verò in Valliſoletana curia Senatore Regio.

Cui acceſſit rerum & verborum index copioſiſsimus.

LA ENSEÑANZA CATOLICA BILBAO



SALMANTICÆ.
Excudebat Ioannes baptiſta à Terranoua.
Anno Dñi. M. D. L X X.
CVM PRIVILEGIO.
Expenſis Ioannis Moreni Bibliopolæ.
Eſta taſſado en

Universidad de Deusto
Biblioteca

El Principe.

POr quanto por parte de uos el Licenciado Arze de Otalora Oydor dela nuestra au[illegible] en la ciudad de Granada me fue fecha relacion que uos hezistes y ordenastes un libro en materia de hidalguias y de immunidades, muy prouechoso para estos nuestros Reynos en que os auiades ocupado mucho tiempo y le queriades imprimir, suplicando me os diesse licencia para que uos o la persona que nuestro poder uniere lo pudiessedes hazer y uender en estos nuestros Reynos por el tiempo que fuesse seruido o como la mi merced fuesse, lo qual uisto y examinado por los del nuestro consejo acatando lo suso dicho y por uos hazer bien y merced tuuelo por bien, y por la presente uos doy licencia y facultad para que uos o quien uuestro poder ouiere podays imprimir y uender el dicho libro por tiempo de quinze años primeros siguientes que corran y se quenten desde el dia dela data desta mi cedula en adelãte a dos marauedis cada pliego del dicho libro y no mas durante el qual dicho tiempo mando y defiendo que persona alguna sin uuestra licencia no lo pueda imprimir ni uender so pena de perder todos los libros que dellos ouiere impressos, y mas de diez mil marauedis para la nuestra camara. Y mandamos a los del nuestro consejo Presidentes y oydres de las nuestras audiencias Alcaldes Alguaziles y otros juezes y justicias qualesquier de todas las ciudades uillas y lugares delos nuestros reynos y señorios y a cada uno y qualquier dellos assi alos que agora son como alos que seran de aqui adelante que uos guarden y cumplan y hagan guardar y cumplir esta mi cedula y merced que uos assi hazemos con tanto que al principio de cada libro uaya impressa esta nuestra cedula y merced y que contra el tenor y forma della uos no uayan ni passen ni consientan yr ni passar por alguna manera so pena de la nuestra merced y de cinquenta mil marauedis para la nuestra camara a cada uno que lo contrario hizziere, fecha en Madrid a .xix. dias del mes de Abril de mil y quinientos y cinquẽta y tres años.

Yo el Principe.

Por mandado de su Alteza.
Iuan Vazquez.

El Rey.

POr quanto por parte de nos los herederos del licenciado Arce de Otalora defunto nuestro Oydor que fue dela nuestra audiencia y Chancilleria que reside enla villa de Valladolid, nos ha sido hecha relacio que como sabiamos su magestad Imperial que aya gloria por su cedula firmada de nuestra mano como Principe y Gouernador que era de estos reynos por su ausencia dellos fecha en Madrid a diez y nueue dias del mes de Abril del año passado de cinquentr y tres dio licencia al dicho licenciado para que por tiempo de quinze años contados desde el dicho dia en adelãte, el o quien su poder ouiesse y no otra persona alguna pudiese imprimir un libro que el auia hecho y ordenado de materia de hidalguias e de immunidades, segun mas largo en la dicha cedula a que os referis se contiene y que los dichos quinze años son ya cumplidos ya causa de auer fallescido el dicho licenciado no se ha aprouechado dela dicha licencia conforme alo que en el hazer del dicho libro e impresion del trauajo y gasto Suplicandonos que teniendo consideracion a ello y a que dexo muchos hijos y con necesidad fuessemos seruidos de prorrogarles la dicha licencia por mas tiempo o como la nuestra merced fuesse y nos hauemos hauido por bien de prorogaros los dichos quinze años como por la presente os los prorrogamos por otros diez añ os mas contados desde el dia que se cumplieron los primeros quinze años en adelante, y mandamos alas justicias y personas en la dicha licencia que assi se dio al dicho licenciado contenidas que por tiempo delos dichos diez años desta prorrogacion os la guarden bien assi como si se uuiera concedido por tiempo dellos, y que durante estos dichos diez años ninguna ni algunas personas que no tengan uuestro poder puedan imprimir y uender el dicho libro, conforme ala dicha nuestra cedula de licencia so las penas en ella especificadas guardando aquella en todo lo en ella contenido. Fecha en Madrid a ueynte y nueue de Iullio de mill y quinientos y sesenta y nueue años.

Yo el Rey.

Por mandado de su majestad.
Antonio de Erasso.

AD ILLVSTRISSIMVM AC REVERENDISSIMVM DOMInum D. Didacum ab Alua & Esquiuel Episcopum Cordubensem. Ioannis Arze ab Otalora in Vallisoletana curia Senatoris Regij, in nobilitatis & immunitatis summam Regaliumque tributorum tractatum.

PRAEFATIO.

SATIS INTELLIGO ILlustrissimè ac Reuerendissimè Præsul, huiusque noui Regni Monarcha, quàm parum egeant ista nostra tempora nouorum librorum editione, in hac præcipuè iuris facultate: in qua, vel ingeniorum fertilitate, vel negotiorum abundat ista ætas, vt quotidie noua iuris librorum copia suppullulet, ac renascatur. Ad eam enim causam ea tempestate redacti videmur, vt cum Socrate doctus quilibet respondere possit: qui interrogatus cur cum sapiens esset, nihil doctrinæ posteris scriptum reliquisset: respondisse fertur. Quoniam librorum copiam studiosis video iam offere: verùm cum Salomone teste, scribendi libros non sit finis, & in hoc scribendi vitio fere illud Mantuani dici queat,

Hoc commune malum semel insaniuimus omnes.

Nimirum si huic insaniæ culpæ nos quoque cedamus. Quàm tamen, vt occasione, vel in aliquo diluamus, huius nostræ audaciæ (ne dicam temeritatis) causam tibi Præsul Illustrissimè: cui ipsius patrocinium committimus, exponere visum est. Etenim cùm proximo superiore anno Fiscalis officium agerem, considerarémque, id vnum inter alia mei muneris esse, vt Cæsaris patrimonium summa cum fidelitate, & diligentia defendere conarer, idque in tributis sibi debitis conseruandis potissimum versari. In quorum axactionibus nonnullos vere nobiles, quos hidalgos appellant, iniustè à communitatibus vexari intel-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ligebam: pleroſque verò vere plebeios (quos pecheros dicunt) iniuſtiſſimè excuſari: quorum vtrumque ingrauiſsimum rei publicæ diſpendium vrgebat. Cùm duriſsimum, & pietate in plenum videtur eos, qui genere vere ſunt nobiles, à dura ruſticorum plebe (cui à ſeculo nobilitas eſt infeſta) pertinaciter adeo vexari, vt ſi quando contingeret illis ſpectata ſententia, tam extenuati ex litium fumptibus, & dilationibus reperirentur, vt fere nudum nobilitatis nomen illis relinqueretur: vt non ab re vulgus, hidalgos pelados illos appellet. Sin autem verſa vice, hi qui origine ſunt villani, vel ex Iudæorum, vel Sarracenorum prole: ex diuitiarum affluentia (quæ ad omne fraudis, & cauillationis genus potentiam ſubminiſtrat) viliſſimis, aut falſis teſtibus, quorum ad huiuſmodi cauſas facilis eſt copia, vel communitatum colluſionibus immunitatem nobilitatis titulo cõſequantur, vt ſæpè fit, bone Deus, quantum infertur Regibus, & reipublicæ detrimentum. Ipſi enim Reges tributis, quæ bona, & tutior pars eſt ſuorum patrimoniorum, iniuſtiſſimè priuantur: non ſolum in perſonis litigantium, verum in eorũ filijs, & deſcendentibus: quod damnificationis genus breui temporis ſpatio ad infinitum perducitur. Ipſa verò reſpublica enormiſsimè læditur, & grauiſsimè defraudatur, dum ſub nobilium imagine ignobiles, & forſan pernitioſos homines in ſui adminiſtratione, & officiorum diſtributione admittere & tolerare compellitur, & quod grauiſsimum eſt, & dolendum tributorum onera inter pauperes, viduas, pupillos, & calamitoſos homines partiri: qui iniuſto, & impari oneri curuati exclamare iam videntur dicentes: onus Moab, & onus Babylonis ſuper nos & ſuper filios noſtros. Et rurſum: vide domine afflictionem noſtram, & laborem noſtrum conſidera: nam quod diuites ſuis facultatibus iuſtè ſufficere debebãt, nos pauperes iniuſtiſſimè humeris portamus: harum rerum conſideratione partim commotos, officij quoque mei munere ſtimulatus, vt vilicationis meæ, vel in aliquo rationem redderem, & in harum cauſarum iure, de quibus mihi quotidie erat diſceptandum cautior, & inſtructior eſſem furtiuis quibuſdam horis: & eo temporis ſpatio, quo mihi homini negotiorum Fiſcalium, quæ infinita ſunt, tunc occupatiſſimo datum eſt, decreui hanc breuem nobilitatis, ſeu immunitatis ſummam, & regalium tributorum opuſculum ex quotidianis ſtudiorum fragmentis conficere, & in ordinem redigere, vt mihi ſaltẽ facilior

cilior eſſet via ad earum ius exquirendum. Non quod eo tunc animo cõcepiſſem eam luci tradere, ſed mihi ſoli ad quotidianas litium dubitationes ſeruare, ne quotidie ſaxum in eadem reuoluerem, & per libros ſparſa quærerem: ſed à me cumulata facile reperirem. Deinde verò cum ſtatim ex Cæſaris liberalitate & beneficio ex Fiſci procuratore in huius Granatenſis curiæ Senatorẽ fuerim promotus, ne meus honeſtus (quantuscunque exiguus) labor penitus interiret, Fiſcali officio depoſito, auſus ſum priuata hæc mea ſtudia in publicum proferre: quæ nonnullis rationibus, non videbantur omnino ſpernenda, nec mihi temeritas accuſanda ex eorum editione, cum de materia ad noſtrę vilicationis munus ſpectante agerent: de qua mihi, vt vilico rationem reddere opportuit: tum etiam, quia de noſtræ Hiſpaniæ, & Regni nobilitatis, & immunitatis cauſis, de quibus (quod mirum eſt) nullus ante nos, nec à noſtris, nec ab exteris iuris ſcriptoribus ſcripſerit, cum adeo frequens, & ardua ſit cauſa, vt, & noſtra hæc Granatenſis, & Pinciana quoq; curia nullis magis, quàm nobilitatis litibus abundent, in quibus de perſonarum honore, & ſtatu, qui cæteris cauſis proculdubio præfertur, agitur: non ſolum inter infimæ, vel mediæ claſsis homines, verum & inter plures claros, & fere illuſtres equeſtris ordinis viros, & commendatorum inſignitos titulo: de quarum iure, & circunſtantijs adeo quotidiana, & grauia ſe offerunt dubia, vt pleræque cauſæ non ab vnius duntaxat, ſed à duarum, vel trium aularum grauiſsimis iudicibus decidantur. Quæ omnia me magis impulerunt, vt ſtudia hæc noſtra hominum iudicio committere auderem. Suſcipe igitur Reuerendiſsimè Monarcha munuſculum hoc, non auri, aut thuris ſed infimi æris: ea tamen fide tibi oblatum, qua minutum æs gazophilacio vetula obtulit: nam vt eſt in diuerbio: ſalſa mola litant, qui thura non habent: ſuſcipe (inquam) non heroicum illum de vniuerſalibus concilijs, & Chriſtianæ reipublicæ reformatione librum: quem tu proximis diebus edidiſti: eruditione & grauitate plenum. Sed noſtrum hoc humile de Hiſpaniæ nobilitate opuſculum, futurum enim ſperaui, vt tu ipſe, qui in ipſius vniuerſalis concilij occupatiſsimo negotio tantum animi, & ingenij tui zelo, & ſtudiorum voto tribuiſti, vt illic ſemihoſpes furtiuis forſan, & nocturnis horis, tam perfectè excogitaueris, & mente conceperis: quæ ad reipublicę Chriſtianę reformationem inſtituenda viderentur: hic vero, in hoc Cęſaris Gra

Universidad de Deusto
Biblioteca

natensi Prętorio, vbi negotiorum talis est moles strepitus, & gentium ad te assiduus clamor & concursus (vt fere viuendi, nec moriendi tibi sit otium) tam feliciter ea parturires, vt nec prophana sacris, nec sacra prophanis se impedirent: sed vnicuiq; tempori & materiæ proprium accommodares: non omnino despiceres, quæ nos quoq; honesto zelo, priuatis studijs concepimus, & nunc cum eo, quem decet rubore, parturimus, hic est enim ingenij nostri primus fœtus: qui licèt minus pulcher, ne dicam deformis, postquam genitus, non fuit perdendus, vt de non iustis liberis Pontificum æquitas statuit. Memineris obsecro illustriſ. Præsul, vt me facilius excuses, & mihi liberius ignoscas debitorem te fore sapientibus & insipientibus, omniaq; ad nostram doctrinam scripta fore, adeo, vt Plinius iunior affirmare sit ausus, nullum tam inutilem librum inueniri posse, qui pro tempore aliquam non queat vtilitatem adferre. Suscipe igitur nostrum hunc de nobilitate tractatum, tuoq; sub nomine defende, tuus enim ex omni parte dici potest, cum ipsius Author tibi sit omnino deditissimus: sub tuaq; felicissima præfectura militet, ac militare ceperit, ex quo plus honoris, & augmẽti sibi accessurum sperat, quam ex anteactis suorum studiorum laboribus. Si quidem illi Mario cuius gesta nullis sunt seculis intermoritura: dictatura in Africam potius contigit ex tribunatu sub Scipione gesto, quam ex ostenso corpore innumeris cicatricibus insuto: tum etiam quia nobilitatis causa & nobilium ius ad te peculiariter spectare videtur. Cui enim nobilitatis opus dicari magis debuit quam tibi, qui nobilissimo, & antiquo genere vndequaq; clarus existis, generisq; nobilitatem heroica animi & morum virtute quotidie magis illustras? Tributorum autem regalium conseruatio, & pauperum sublcuatio nulli potius quam tibi dicanda fuit, qui ex officij munere teneris, cum reipublicæ nostræ vnus ex supremis sis præfectus & Cæsaris nostri triumuir. Quòd si annuat Deus vt tam fortunato sidere nostra hæc imbecilla studia exoriantur, vt à te vel in aliquo approbentur: eueniet fortasis, vt ijs ego tanto fauore renouatus ad grauiora studia, & maiore cum deliberatione concepta animum alliciam. Satis nunc sit me ad aratrum manum misisse, & in nouali nobilitatis materia, quæ hucusq; inculta iacuit, sulcum fecisse, quod, & ipsi nobilitati, & Hispaniæ nostræ iniuriosum quodammodo ante hac videbatur: posthac forsan eruditiores alij eã plenius pertractabunt,

quorum

quorum labor, & vtilitas mihi (qui hoc opusculo ingenia suscitabo) vel ex pte debebitur. Nec enim me latuit maioris ingenij, & eruditionis vires, & diuturniorem studiorum ætatem, & experientiam opus hoc desiderare, sed ne ingenij nostri talentum abscondere videremur, libellum tuo dicatum nomini in publicum prodire permisimus, vt is inter hunc tot librorum millia silenter labatur, vt solet reprobus numus inter probos labi: obtineatque mecum vetus poetæ sententia:

Scribimus indocti doctique poemata passim.

Et Salomonis sententia: scribendi libros non est finis. Erit igitur tuæ magnificentiæ proprium munusculum hoc nostrum non dedignari: sed illud tuo fauore fouere, & sub tui nominis præsidio à vulgi iudicio, & proprijs defectibus, & erroribus defendere, quod ex animi tui candore, & magnitudine futurum semper spero. Vale ergo inclyte præsul, & me (vt facis) benigno fauore prosequere. Deus optimus maximus consilia tua ad ipsius gloriam, & reipublicæ salutem confirmet, ac stabiliat. Ex magna, & pulcherrima Granata Calendis Februarij. Anno salutis. M. D. L. I I I.

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD LECTORES.

NHVIVS OPERIS LECTVRA LECTORES candidissimi nonnullis volui vos aduertere. Primum nullam me ex omnibus, quæ in eo scribuntur, opinionibus tam pertinaciter affirmare, vt non libenter ab ea recedam, vel ex magis probatis rationibus, vel ex sola cuiusuis eruditi, & grauis viri contra authoritate: nec enim amore mei tam langueo, aut philautia teneor, quin in his, & in omnibus meliori iudicio non semper me iubiciam. Deinde exploratos vos esse velim, me in huius summæ discursu non ad ostentationis pompam processisse: sed ad simplicem solum, & synceram veritatis viam. Ideoque à tædiosissimis, & inutilibus opinionum disputationibus, & doctorum propè infinita relatione data opera abstinuisse: tales namque ostentationes, & molestas doctorum syluas, & disputationes etiam Salmanticæ, vbi ad ingeniorum ostentationem multa, quæ minime conueniunt, permittuntur, exosas semper habui: nec arbitremini (obsecro) me in huius operis editione ingenium ad vltimum vsque dilatasse, vt esset hoc opus ingenij, & studiorum meorum exemplar: fateor enim me illud breuissimo temporis spatio, & fere obiter concepisse, & parturisse (quod vtinam ex ipsius discursu non comprobetur) forsan si vltimam talenti nostri aleam scriptis commisissemus minus imbecillia, & copiosa magis studia nostra nascerentur: sed summam hanc vt modo dixi, ad simplicem & synceram veritatis viam citra omnem ostentationis speciem exprimere curaui. Postremò cautos, & admonitos fore, prædico me in huius opusculi discursu communi antiquorum doctorum stylo ex consulto scripsisse, non quod Neotericorũ scriptorum curiosam elegantiam damnare, aut fastidire videar, sed, quod nostri iuris antiquior stylus nescio quid maioris authoritatis, & facilitatis apud me habere videatur. Sicut enim, qui me Salmanticæ nouerunt dum per ætatem licuit mediocri me latinitatis munere functum, v non inter omnino Barbaros connumerarer: id vero, quod in hoc opere nouum vobis videbitur, vt aliquando promiscuè vtar vulgari, & latino sermone, eo feci quod in hac nobilitatis, & immunitatis materia (quam hidalguiam appellamus) de qua noster hic libellus differit plura sint vocabula, quæ iuris vocabulis, nec latinis proprie explicari queant, ea forsan ratione, quod materia hæc Hispaniæ solùm legibus, & moribus cognita sit. Quare æquo ánimo feratis obsecro, quæ præter, vel contra ingeniorum vestrorum delectum in hoc libello scripta inueneritis: Nam Horatio teste.

Neque corda sonum reddit, quem vult manus & mens:
Poscentique graue persæpe remittit acutum.
Neque semper ferit quodcunque minabitur arcus:

Verum si aliqua nitent, non paucis offendamini maculis, Quas aut incuria fudit, aut humana parum cauta natura. Valete igitur & munus hoc, eo quo vobis offertur syncero animo suscipite boni, æquique consulite. Illudque Martialis mementote, vt nemo in alieno libro valde ingeniosus sit, & rursum apud eundem: non intret Cato theatrum, at si intrauerit, spectet.

IOANNES ACATIVS SORIANO IN IURE CIVILI DESIGNATUS: REGALIS PINCIANÆ CURIÆ CAUSARUM PATRONUS.

AD LECTOREM.

AMPRIDEM Lector optime, re & fama grauissimum de nobilitate Hispaniæ librum à clarissimo & Iuris vtriusque consultissimo Ioan. Aree ab Otalora Regio Senatori æditum nosti, felicique omine eo susceptum quò ea solent quæ in perpetuum communi vtilitati profutura creduntur: neque id iniuria. Si quidem & materiæ vtilitas & singularis operis eruditio id postulabant, nihil enim nobilitate illustrius quam illustrandam ille susscepit, satis intelligens præcipuam radicem primumque fontem, vnde pars maxima humanæ felicitatis scaturiat nobilitatem esse, quæ gratiam beneuolentiamque hominibus conciliat: eosque quos semel complexa est fidem tenere, iustitiam excolere, omniumque virtutum decore ornatos faciat, suapte natura benignos reddat, generososque animos procreet foueat atque enutriat. Horum omnium ne extra peramus exempla & absentes (quod aiunt) testes requiramus, in huius operis authore exemplar reperies viuum. Is namque cum primum suæ iuuentutis annos literario puluere exercuerit, eam omnibus de se expectationem præbuit: quam nunc vt oculis hisce videmus cumulatissimè adimplet. Deus bone quanto ingenio & facundia, olim publico stipendio in hoc Pinciano studio, & in florentissima Salmanticensi academia D. Iacobi Zebedæi celeberrimi admodum collegij habito insignitus iura ciuilia docuit. Tunc enim communi omnium voto dulcior melle & hibernys imbribus torrentior de ore suo fluebat oratio: maxime cum publicis disputationibus agendum erat, vbi sic grauiter, erudite, acute, ac venuste singula pertractabat: vt omnes in stuporem adducti ingenij dexteritatem & ipsius mentem cum Aliso hurtacite aliquid magnum aggredi præsagirent: quod & rei exitus cõprobauit. Nam insignibus & generis & naturæ tuæ dotibus adductus Carolus Imperator in patronum sibi in Granatensi prætorio eum asciuit, moxque idemque senatorio ordini adscripsit, Iudicis potius quã patroni officio dignum ratus: ac postremo in hanc Pincianam curiam (quo cunctis esset notior) ipsius Cæsaris nutu translatus dulcissima fruitur patria: quin potiùs ipsa dulcissimo congratulatur filio. vbi quotidie supremum locũ meritis suis iamdiu debitũ nõ anxius expectat: atque cum in publicis priuatisque negotijs summa prudẽtia omniũque virtutum fulgore longẽ lateque cunctis splendescat: vel hoc vnũ mirabile præbet, quod iustitiæ integritati Senatoriique muneris dignitati et grauitati sic humanitatem modestiamq; coniunxit: vt quod rarissimum est, taliter omnium voluntates conciliet ac promereatur, vt non nisi quædam excellentis ingenij præstantia atque arte id facere existimes. Prudens taceo quod variarũ

rerum ingenti cognitione dignarum humanarumq; literarum omnigena doctrina sic sit ornatus, vt in qualiber earum ex professo totam exegisse vitam videatur. Vide quos virtutum flores ex illa ingenuitatis radice in nostro Arce pullularint. Huius itaque nobilitatis radijs sic noster coruscat author: vt suo quodam iure argumentum hoc vindicasse videatur, quod & genio suo non ingratum, officio conuenientissimum, Cæsaris patrimonio vtilissimum, iudicibus & causidicis desideratissimum, toti denique reipublicę ingenuisque ciuibus apprime foret & necessarium & accomodum. At ne mea forte aut cuiusquā prædicatione egeat opus, quod se ipso debet esse cōmendatissimum, vel hinc persuasum fore confido: si consideres an actum egerit, aut (quod solent pleriq; super alienum fundamentum ędificarit sapiens iste Architectus, an potius noua & insolita moliatur ac per extentum funem (vt dicitur) currat. In dies pontificum decreta, imperatorum placita, consultorum responsa, regnorum statuta, prouinciarum sanctiones, comitiorum, pragmaticæ aliæ atque aliæ prodeunt abundant iam (ne dicam inundant) doctorum in iure tractatus. Quoniam legum verba, testantium mentes, contrahentium animos, consuetudinum vsus, pro suo quisque ingenio varie interpretatur: quibus (vt sunt infinita (legendis vel seculum non sufficiat integrum. Solam nostræ Hispaniæ nobilissimam nobilitatem, & quæ circa eam accidunt lites ac controuersias, (accidunt autem & forensibus negotijs frequentissimæ & in nostro Hispaniarum regno grauissimæ) nullus fuit qui enodandas susceperit: quasi vero res non esset & tractatu dignissima, & scitu in primis necessaria, & in qua totam mentis aciem animique neruos extendere valeas, & quid ingenium valeat experiri atque ostendere. Quod profecto diuino nutu factum credo: vt huic vni spectatissimo viro res hæc integra seruaretur: qui vt erat ante perplexa ac periculosa decisu, iam omnino perspicuam facilemque redderet. Hac presertim sua secūda editione in publicum emissa. Nam & ædiderat prius tantaque omnium alacritate est opus susceptum vt curandum omnino fuerit: vt secundò prælo mandaretur, correctis prius quā multis locis quæ partim Typographorum mendis fuerant vitiata, partim authoris occupationibus (quibus tunc temporis maxime premebatur) fuerant neglecta: Nunc vero ętate & rerum, temporum, ac negociorum experiētia locupletatus author locupletiorem tibi librum offert, tertia ferme parte adauctum, sic absolutum, (vt si mihi fides vlla sit adhibenda) nihil quod non desideretur subtrahi, nihil quod desiderari queat addi posse videatur. Vt hinc clare videas quāta vis felicis naturæ præstantisque ingenij in hoc homine sit, quæ cum semper & fuerit & sit in illo fœcundissima: primo edito partu, non fuerit sic effecta: vt in secundo non fuerit quàm vberrima, adeò vt si ei multum propter primos labores debeamus, plurimum propter secundos debere fateamur, & huic vni quid quid fructus inde eueniet, (eueniet autem non minimum) ferre acceptum debeamus:

beamus, qui argumentum quod primus felixq; inuenit, feliciter cœpit, felicissimeq; sic consummarit, vt iuxta Horatium omne tulisse punctum videatur, quia miscuit vtili dulce. Huc ergo literati pergant, qui nobilitatis nodosa enigmata dissoluere, arcanaque penetrare nituntur, vicino siquidem felicitatis littori iam adnauigare possunt. Huc nobiles qui nobilissima bello & pace facta nosse cupiunt. Huc antiquitatum amatores. Huc tandem omnes qui litium tricis implicantur, nostræq; Hispaniæ nobilitatem iure & iusto sibi debitam tuentur. Fiat ergo (Deum oro) candide lector, vt ea qua cœpisti siue captus es voluptate & vtrisque (quod aiunt) vlnis absolutissimum opus excipias, meritissimum Authorem diligas ac venereris: meq; indignum laudatorem & monitorem non vilipendas. Vale.

ALPHONSVS LVPVS A à Teça Licenciato Ioanni Arce ab Otalora Regio Senatori meritissimo.

Nobilium quòd iura doces venerande Senator:
Prodis in ingenio nobile quicquid habes.
Nobilis est animus, genus est tibi nobile: Quare:
Nobilibus gaudes lege fauere viris.
Qui genus illustri clarum de stemmate ducis:
Iure quidem generi iungere iura paras.
Te decus vt geminum gemini te nominis ornet:
Quod capis ex atauis quod paris ipse tibi.
Stemmata quid faciant quantum sit vtile longo
Sanguine censeri: nos liber iste docet.
Solida nobilitas: quæ sit fucata docemur:
Quæ vera aut falsa est: quæ simulata simul.
Nos tibi debemus: generosa Hispania debet:
Hispaniæq; simul nobilitatis honos.
Cæsar & imperium, Rex, & Plebs, inclyta proles:
Per te iuste feret ius sibi quisque suum.
Ergo magna tuo debetur gratia libro:
Perquem nobilitas nobilitata manet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IDEM AD LIBRVM de Nobilitate & eius titulum.

I Liber inuisus multis peregrinus in orbem:
Hei mei quòd titulus forte nocere potest.
Ni fugias oculos, linguas vitare nequibis
Multorum, quibus ter male dicta placent.
Sed stultum est linguas hominum compescere velle:
Culpa non est operis, culpa legentis erit.
Tu caue te excuses quanuis taxabere dictis
Indicium hoc magnum nobilitatis erit.
Inspice dic titulum, sic non culpabere forsan
Fers operis titulos cum grauitate pares
Cui titulus placeat nimium tu quoq; placebis
Nobilibus placeas vilibus haud placeas
Lector si forsan tituli tangatur amore
Tunc tibi sit nullus displicuisse metus
Si te fex vulgi contemnat Macte libelle
Patricijs viris posse placere sat est.
Quare exi: exibis veluti testudo: nec vltra
Quàm caput atq; pedes à cochlea exiliant.
Si nequeas forsan tantis par ictibus esse.
Regredere ad cochleam tutus & intus eris
Id populare nimis populo non multa probari
Iudicium populi solius assis habe
Nam populus numero melior quam pondere iudex
Multorum est capitum bellua vulgus enim.
Vtere consilio Felicibus vtere fatis
Dij faxint vt sis qui puto prorsus eris.
Post tabulam interea latitans velut alter appelles
Obserue qualis sermo futurus: abi.

PARTITIO OPERIS.

Generalis huius operis Partitio.

HVIVS tractatus summa quinq; principalioribus partibus absoluetur. Quarum,

Prima pars, nonnulla de tributorum aliorumq; munerum nomine distinctione, & significatione prælibabit: de eorumq; origine causa & obligatione.

Secunda pars, de personis his tributis, & muneribus obligatis, ab eisdemque exemptis, & immunibus tractabit: deque genere, & causis ipsius immunitatis, & exemptionis: præcipue vero de generis nobilitate (quã hidalguiam appellamus) de ipsiusque diffinitione, diuisione, origine, & causa: ac de ipsis nobilibus, quos hidalgos dicimus, eorumq; iure & libertate.

Tertia pars (quæ cæteris plenior est) modum & formam procedendi in his nobilitatis, seu immunitatis causis à litis exordio, & libelli datione ad finem vsque & rei iudicatæ executionem figurabit, libellorum ac articulorum ab vtraque parte dandorum tenore inserto. Quidque ad obtinẽdum tam in possessorio, quam in petitorio probare sit necessarium siue particularis prouocauerit, siue Cæsaris procurator Fiscalis, & communitates, siue iure petitionis, vel delationis. Eaque pars in tres alias subdiuidetur partiunculas, vt ex operis discursu constabit.

Quarta pars vero principalis de priuilegiorum nobilitate, ac immunitate, de ipsorumq; validitate, & reuocatione disserit: deque intellectu, & practica pragmaticarum in materia loquentium.

Quinta pars & finalis breuiter pertractabit de probationibus, quæ in his causis ad perpetuam rei memoriam fiunt: earumq; effectu & forma, nobilium mores secundum varias prouinciarum & gentium consuetudines, & ipsius nobilitatis essentiam referet: & tandem aliqua nobilium priuilegia obiter enumerabit. Singulis vero harum partibus inserentur nonnullæ non leues, nec raræ quæstiones: quæ tam circa ipsorum iudiciorum ordinem, quam circa ipsarum causarum diffinitionem passim occurrunt: in quibus fere omnibus ostendentur leges & pragmaticæ huius regni, quæ in his causis loquuntur, quæ nonnullis à iuris communis regulis & dispositione alienæ videntur secundum iuris communis dispositionem procedere: ex eiusque visceribus deriuari: & per consequens Romanorum iura esse huic materiæ satis acommodabilia.

Summæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Summæ Capitum quæ in hoc opere, De Nobilitate continentur.

Pars prima Tribus capitibus perficitur. Quorũ,

PRimum est, De nomine, signifi. & distin. tributorum, & aliorum iurium regalium. fol. 1. columna. 2.
Secundum, Quæ vocabula de iure communi conueniant iuribus regalibus & qualiter cõ ueniant, & distinguantur interse, correspondeantq; vocabulis. l. partitæ.
Tertium, Quo iure sint inducta tributa, & alia iura regalia, & quando dicantur iusta vel in iusta: & an ius imponendi competat alteri quàm principi. 13. col. 1.

Pars secunda Sexcapita complectitur. Quorum,

PRimum, An omnes vniuersaliter teneãtur ad tributa: & an ad ea sit obligata persona, vel res tantum, & an clerici & forenses teneantur. 17. col. 2.
Secundum, Quotuplici iure immunitas prętendi possit, & à quibus personis, & de definitione nobilitatis & an etiam ex parte matris iudicetur. 25. col. 1.
Tertium, Exponitur. l. partitæ circa nomen, causam & originẽ nobilium Hispaniæ & ipsius nobilitatis causæ & diuisiones traduntur. 28. col. 1.
Quartum, Qualiter definiatur nobilitas & de nobilitatis origine & qualitatibus. 42. co. 2.
Quintum, An alienigenæ & cæteri huius regni apud nos commorãtes possint prætendere & obtinere immunit. ex causa nobilitatis, iuris cõmunis, vel propriæ patriæ, & an saltẽ iuuent illa ad carceris, torturæ, & pœnarum excusationem. 65. col. 1.
Sextum, Qua de causa nobiles Hispaniæ sint immunes & priuilegiati & an inuiti cogãtur ad bella ire. 76. colum. 2.

Tertia pars Nouem capitibus constat. Quorum,

PRimum est, De introductione & processu harum cauſ earumq; ordine & iudicio. 79. columna secunda.
Secundum, Qui sint iudices competentes in his causis siue iure sanguinis, siue priuilegij, siue principaliter, siue incidenter deducantur. 87. col. 2.
Tertium, An expediat in his causis prouocare vel prouocari. 92. col. 1.
Quartum, De forma & declaratione libelli. 93. col. 2.
Quintum, Quo iure in his causis suspendatur petitorium. 96. col. 2.
Sextum, De essentia & qualitate nobilitatis, & an in eo possit considerari proprietas distincta à possessione. 103. col. 2.
Septimum, Quid sit probandum ad obtinendum in petitorio harum causarum: & de probatione & qualitatibus immemorialis præscriptionis. 117. col. 1.
Octauum, De qualitatibus & adminiculis in his immun. causis considerandis. 125. col. 1.
Nonũ, De conceptione & declaratione sententiæ, quæ in nobilit. causis ferri debet. 133.

Secunda

Summæ capitum.

Secunda pars principalis capitibus decem illustratur. Quorum

PRimum, An nobilitatis & immu. causis de iure competant remedia poss. 141. col. 2.
Secundum, Quo iure procedat dispositio pragm. in quantum requirit immunitatem 22. anno. ad præscriptionem, vel manutensionem quasi possessionis, & de multiplici acquisitione quasi poss. in iuribus in corporalibus. 150. col. 1.
Tertium, De ordine & forma articulorum & sententiæ, quæ in his causis in possessorio ordinantur. 155. col. 1.
Quartum, An iure posit in his causis ferri sententia in possesso. in fauorem particularis. & de acquisitione possess. in locis liberis, & omnino tributarijs & de intellectu, ratione & obseruantia. l. Beticæ. 168. col. 2.
Quintum, In his causis cui incumbat onus probandi, quando particularis obtinuit in possessorio, & agitur petitorio. 183. colum. 1.
Sextũ, an in his immunitatis causis instantiã patris vel aui trãseat ad filios, vel nepotes. 191. columna secunda.
Septimum, An ducens originem ex parentibus Iudæis, vel conuersis vel Sarracenis posit obtinere in iure nobilitatis & immunitatis probando id quod per leges & pragmaticas est dispositum. 195. colum. 1.
Octauũ, An posit pronuntiari filius nobilis patre pronunciato plebeio & è contra & quid in fratribus? & quando sententia in his causis noceat vel prosit alijs. 206. col. 2.
Nonum, An ius nobilitatis & immunitatis posit consensu negligentia vel transactione remitti in totum vel in partem, & an noceat filijs vel nepotibus & Principi, & quãdo filius posit se liti paternæ opponere. 212. col. 1.
Decimũ, An sola quasi possessione nobilitatis quis gaudeat attributis & qualitatibus proprietatis. 226. colum. 2.

Tertia pars Tertiæ principalis sex capita sibi poscit. Quorum

PRimum, De ordine & processu harum causarum, quando agitur per viam delationis. 232. colum. 1.
Secundum, De intellectu & practica. l. Domini Regis Henric. & pragmat. quæ durante lite immunitatis particulares contribuere compellunt. 236. col. 1.
Tertium, De intellectu & executione pragmaticarũ respectu interim & officiorum. Rursus agit an reus posit suspendere petitorium. 241. col. 2.
Quartum, De viribus matricularum, & aliarum scripturarum quæ in his causis adducuntur & de forma sententiæ, quæ in fauorem Fisci profertur deq; eius viribus, & præiudicio respectu filiorum, & descendentium, & an ipsius executio sit necessaria, deq; ipsius executionis præscriptione. 251. col. 2.
Quintum, An in his causis finito iudicio in fauorem particularis detur regressus Fiscali: & intra quod tempus, & an in instantia restitutionis cogatur contribuere. 259. col. 1.
Sextum, An particularis qui obtinuit in causa immunitatis in prima vel secunda instantia, & habet rem iudicat in sui fauorem, cogetur contribuere pendente rursus lite in gra

du resti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Summæ Capitum.

du restitutionis,& appellationis vigore pragm.261. col.2.

Quarta pars principalis nouem capitibus absoluitur. Quorum

PRimum,de nobilitate per priuilegium quæsita,& à quo possit concedi,& quotupliciter,& an differat à priuilegijs militum armatorum.272.col.1.
Secundum, de extensione & interpretatione priuilegiorum in causis nobilitatis & immunitatis.277.
Tertium,qui sint iudices competentes in causis nobilitatis ex priuilegio ,& de ordine & processu harum causarum.287.col.1.
Quartum,De intellectu & praxi pragmaticarum loquentium de reuocatione & validitate priuilegiorum Regis Henrrici.fol.292.col.2.
Quintum,De intellectu & interpretatione eorum priuilegiorum,quę exẽptionem,& immunitatem concedunt:& legum & pragmaticarum de huiusmodi priuilegijs loquentium.307.columna secunda.
Sextum,An ex causa prætensi priuilegij causetur præscriptio immunitatis.324.col.1.
Septimum,De probatione necessaria ad nobilitatem ex priuilegio.327.col.1.
Octauum,De vxoribus nobilium, an gaudeant immunitate maritorum post mortem eorum.328.columna prima.
Nonum,An propter delictum læsæ maiestatis diuinæ vel humanæ à patre vel auo commissum nobilitatem seu immunitatis priuilegium perdatur.330.col.1.

Quinta pars Principalis tria continet capita,Quorum

PRimum est,De forma & ordine probationum, quæ ad perpetuam rei memoriam in causis.fiunt.336.co.2.
Secundum,De diuersis nobilium moribus & exercitijs secundum diuersas & varias locorum consuetudines.341.columna prima.
Tertium de nobilitatis & ipsorum nobilium multiplici priuilegio,immunitatibus, & præcellentia.343.col.2.

DE NOBILITATIS, ET immunitatis nostræ Hispaniæ causis, quas Hidalguias appellant,deq; Regalium Tributorum iure,ordine,iudicio, & excusatione Pars prima:in qua de Tributorum,aliorumq; Munerum nomine,& partitione tractatur. Autore Ioanne Arze ab Otalora,olim quidem in Granatensi, nunc verò in Pinciana curia Regio Auditore.

SVMMARIVM
ex cap. sequenti.

1 *Summa huius operis uersatur circa Tributa Principi debita, & circa personas ab his Tributis immunitatem prætendentes.*
2 *Ex materiæ congruitate prius de rebus, quàm de personis agitur.*
3 *In materia tributorum tam iure communi, quàm Regio sunt plura uocabula synonyma.*
4 *Sub his uocabulis Rentas,pechos,y derechos omnia iura Regalia comprehenduntur.*
5 *Terminus iste Rentas generalior est alijs duobus.*
6 *Appellatione de pechos non comprehenduntur Rentæ nec derechos Reales.*
7 *Exponitur.l.6. aliàs.11. titul.28.part.3.*
8 *De iure cõmuni quid ueniat appellatione redditus.*
9 *Appellatione de Rentas del Rey proprié non cõprehenduntur tributa,hoc est,pechos.*
10 *In.l.6.partitæ qualiter sumatur hæc dictio Rentas.*
11 *Qualiter distinguantur inter se Rentas,pechos y derechos.*
12 *Portazgos y rentas de puertos magis proprié appellantur iura regalia,quàm reddituæ.*
13 *Ius uectigalium, & aliorũ regalium iure Romanorum & antea fuit inductum.*
14 *Appellatione tributorum, hoc est, de pechos quid proprié ueniat.*
15 *Pechos magis proprié appellantur collectæ,quã tributa.*
16 *Manferimiento uocablo antiguo de Espaũa quid significet,& quare sic appelletur.*

DE NOMINE, SIGNIFICATIONE & distinctione Tributorum & aliorum iurium Regalium.

CAP. I.

1 CVM SVMMA HVius operis principaliter versetur circa duo,scilicet, circa res: hoc est, circa tributa, quæ vulgari nomine Pechos dicuntur, & Re-
2 gibus debentur: & circa personas ab his tributis immunitatem prætendentes,cõueniens videbatur personarum causam ex earum dignitate præcedere:vt in.§.fin.Insti.de iure nat.gent.& ciui.& in.l.iustissimè.ff.de ędili.edict. & in.l.si quæramus. ff.de testam. Nostamen, quòd intentioni nostræ & materiæ ordini, & claritati magis expedire videatur, priori loco nonnulla de ipsis rebus:hoc est,de tributis præmittemus:deinde de ipsis personis immunitatem prætendentibus dicemus.
3 Et pro introductione materiæ præmitto, quòd tam iure cõmuni, quàm Regio in hac tributorũ materia sunt multa vocabula, quæ videntur synonyma idem importantia:in quibus,nisi distinguantur, facilè est æquiuocare. Inter alia verò (de quibus statim) tria hæc de iure Regio sunt generaliora,scilicet,[rẽtas,pechos,y derechos]
4 sub his enim tribus omnia ferè iura regalia,& munera tã patrimonialia quá

personalia comprehenduntur. Nullum nanque munus, nullum obsequiam, nullum tributum, nulla præstatio perpetua vel temporalis, ordinaria vel extraordinaria potest considerari, quæ vel proprio, vel largo modo sub his non comprehendatur. Ex his tamen tribus vocabulis, latius & generalius est vocabulum [rentas:] nam sub eo videntur posse comprehendi alia duo, scilicet, [pechos, y derechos] maximè ex cõmuni vsu & intelligẽtia: nam ad plurimum [debaxo deste termino, las rentas del Rey, se entienden rentas y pechos y derechos,] & cætera iura regalia: quod non est in reliquis duobus vocabulis: [porque debaxo deste termino pechos, no vienen propriamente las otras rentas, ni los derechos reales, ni tampoco a appelacion de derechos, no vienen propriamente pechos, ni rentas: y assi la ley. 6.] aliàs. 11. secũdum ll. nouas. titu. 28. part. 3. enumerando iura regalia, [comiença, y dize.

LAS rentas delos puertos, y delos portazgos, que dan los mercaderes por razon de las cosas que sacan de la mar, ò dela tierra. Y mas adelante: Y las rentas delas Salinas, y delas Pesquerias, y delas Ferrerias, y de los otros metales,] &c. Omnia enim ista ponũtur in dicta. l. [debaxo de nombre de rentas, y se llaman rentas, aunque en romãce parece q̃ algunas cosas destas mas propriamente se llamã derechos del Rey, que no rentas.] Largo tamen modo [se llaman rentas,] quod etiam est de iure communi: nam redditus appellatione continentur omnes prouentus secundum Paul. de Eleazar. & Cardin. in clemen. prima, de excessi. prela. & secundum Docto. in cap. pastoralis. de decimis. verum tamẽ est, quod eadem. l. parti. inferius. [llegando à los pechos no dize: Y las rentas de los pechos, como antes auia dicho de lopassado.] sed tantùm subdit: [E los pechos, y los tributos.] & sic dat intelligere. [que los pechos no se comprehẽden a apelaciõ de rentas.] quod videtur aduersari superiùs dictis. Quare forte potest dici, quòd in illa. l. [aquello se llame rẽtas que su Magestad, y los Reyes de Castilla suelen dar en renta arrẽdãdolo, como son los puertos de la tierra, y del mar, y salinas] & alia huiuscemodi. [lo qual en aquella ley se llama rentas, y como los pechos no se suelen ni podrian arrendar, no las llama rẽtas,] sed peculiari nomine [los llama pechos y tribu.] Sed si istud vocabulum [rẽtas] sumatur genericè & absolutè extra istam considerationem, verum est sub eo posse comprehendi etiã tributa seu [pechos.] Sed si quæratur sumpto vnoquoque horũ trium vocabulorum propriè & strictè, qualiter distinguatur à reliquis duobus, dicerem, [que propriamente aquellas se llamã rẽtas del Rey] secũdum iuris cõmunis interpretationẽ, quę consistunt in redditibus certis antiquitùs Regibus debitis in præstatione certæ quotæ earum rerum quæ cõsistunt pondere, numero, vel mensura ex quibus debetur Regibus certa quota vel redditus certi prouenientes ex po-

possessionibus sui patrimonij iure regalis superioritatis, quę Romanorum tempore erat quinquagesima pars frumenti, vel hordei, & quadragesima vini, & vigesima lardi vt in. l. modios. C. de susceptor. & archa. & per gloss. in rubric. C. de anno. & tribu. quod iure communi appellatur tributum: vt infra suo loco dicemus. Vel secũdũ aliã cõsiderationẽ, [Rẽtas se llame] omne illud, quod à regibus solet locari: vt supra dixi. Et secundũ primam significationẽ, [las Rentas delos puertos, y salinas,] & alia posita in principio. l. part. magis ꝓpriè dicũtur iura regalia quã [Rentas,] cũ non sit à principio certa quota assignata Regibus ex possessionibus, vt supra dictum est, sed tantum sit ius quoddã à Regibus inductum, quod ad Regum libitum potest variari, crescere, & minui secũdum temporum & rerum cursum. Quis enim dubitat nisi quòd Hispaniæ Reges induxerunt [los derechos que se pagan en los puertos y aduanas y alhondigas y pesos y portazgos, digo la quantidad de lo que se ha de pagar:] nam ius illa soluendi tempore Romanorum, & ante fuit inductũ, vt inferius latè dicetur. Itaq; [derechos Reales propriamẽte se puedẽ llamar los que se pagã a su Magestad, y alos Reyes de puertos y portazgos y otros derechos tales] ex commertijs & contractibus gentium descendentibus. licet forsan largo sumpto vocabulo [de baxo deste nombre derechos Reales,] possint cõprehẽdi alia duo. s. [pechos y Rentas no solamente hablando en latin,] secundum terminos iuris (secundum quos nulli dubiũ, nisi quòd appellatione iuris regalium cõtineantur ista & alia vt in. l. 11. C. quæ sint rega. li. 10.) verùm, [en romance de baxo deste nõbre derechos Reales se comprehendan Rentas y pechos] & reliqua: & secũdum hoc, [estos dos terminos Rentas y derechos] conuertentur & se adinuicem comprehendent. [Pero los pechos,] nec largè, nec strictè [no cõprehenden las rentas, ni los otros derechos sino solamẽte lo q̃ se deue y paga a su Magestad, y a los reyes y señores,] in signum recognitionis & vasallagij. [y estos rambien los llama la ley de la partida tributos, que es el vocablo, que parece que mas les quadra en latin, y de derecho] licèt magis propriè secundum iuris propriam significationẽ appellari debeant collectę: vt infra suo loco dicetur [y debaxo deste nõbre pechos y tributos se cõprehẽden muchas, y differẽtes cosas] tam in dando quàm in faciendo: quæ in signum superioritatis præstantur Regibus & dominis: qui licèt habeãt varia & diuersa vocabula, includuntur tamẽ sub his: [porque pecho se llama el seruicio ordinario, y trasordinario que a su Magestad se paga, y la moneda forera, q̃ se paga de siete en siete años, y los pedidos y seruicios y martiniegas. Y tambien es pecho el repartimiẽto de gente y dineros que se haze para las guerras y el seruicio personal, a que son compellidos los pecheros a yr a ellas por sus personas, y hazer alardes, y tener armas y cauallo y

Universidad de Deusto
Biblioteca

recebir huespedes, y dar ropa y bestias para necessidades, & alia id genus, lo 16 qual antiguamente se llamaua manferimiento,] quasi onus quod manibus & corpore ferebatur [y assi en las cartas executorias antiguas y priuilegios de hidalguia despues de auer dicho q̃ seays libres y frãcos de pagar pechos y tributos, pedidos y derramas, dize: y de todo seruicio y manferimiẽto.] Patet igitur ex superioribus qualiter sub his tribus terminis seu vocabulis [rentas, pechos y derechos] cõprehendantur omnia iura regalia, & insuper qualiter interse distinguãtur & quid vnũquodq; de per se significet in larga & propria significatione. Quod in praxi, & in causarum negotijs, ad earum decisionem maximè conducit. Videmus enim frequenter regum antiquorum priuilegia, quæ ciuitatibus & locis immunitatem generaliter concessserunt per aliqua ex his vocabula: de quorum propria significatione dubitatur ad eorum interpretationem: vt hodie in facti contingentia dubitatur [en el pleyto, que trata la Villa y tierra de Viana, contra Don Pedro Pimẽtel Marques de Viana, pretendiẽdo, que por el priuilegio q̃ tiene la dicha Vien que se les concede por palabras generales, que sean libres de pecho, y de derechos, y de todo aquello, que al Rey pertenesce, son libres no solamẽte de pechos pero de alcaualas.] Ea ratione quia priuilegium vtitur his verbis generalibus [pechos y derechos.] Et sunt alia plura huiusmodi priuilegia.

SVMMARIVM
ex cap. sequenti.

1 Quæ uocabula de iure communi conueniant iuribus regalibus & quid singula comprehendant large & proprie.
2 Munus quid sit, & qualiter sumatur.
3 Immunitas & municeps unde dicantur.
4 Tributum quid sit proprie & large, & unde dicatur.
5 Pechar sermone Hispano Quid?
6 Referuntur uerba legis partitæ.
7 Tributum quotuplex.
8 Capite censi, & proletarii, & assidui qui dicantur & quare.
9 Tributum capitis se puede llamar la moneda forera.
10 Atributo capitis qua ratione non excusent priuilegia.
11 Tributum capitis est specie de pecho.
12 Tributum rei est munus reale, capitis uero personale.
13 An tributa, quæ hodie dicuntur pechos, sint munera realia uel personalia & quis sit effectus.
14 Quid sit census, quid collecta.
15 Collecta est munus mixtum.
16 Secundum propriam iuris significationem nullum nocebulum tam proprie significat pechos, quam collecta.
17 In hoc opere collecta ponitur per pechos.
18 Quid sit annona, quid uectigal.
19 Vectigal græce dicitur theloneum.
20 Vulgari nostro idiomate quid possit dici uectigal.
21 Quid sit gabella, quid talia, quid indictum & super indictum.
22 Quando & qua de causa tabelliones cœperint computare tempora, uel annos per indictionem.
23 Angaria & perangaris quid sint, & quare sic appellentur.
24 Pedagium quid sit, & portitorium, uel guindatum.
25 Pensio quid sit.
26 Qualiter supradicta uocabula correspondeant uocabulis positis in l. partitæ. scilicet, rentas, pechos, y derechos: & qualiter conueniant & distinguantur inter se.

QVÆ VOCABVLA DE iure communi conueniant iuribus regalibus & qualiter conueniant & distinguantur interse correspondeantq; vocabulis l. part. scilicet, a las rentas pechos y derechos.

CAP. II.

SED

1 SED quia de iure communi sunt etiam plura vocabula iurium regaliorum, quæ videntur synonyma: qualia sunt hęc, quæ sequũtur, scilicet, munera, tributa, vectigalia, gabella, census, annona, functio, pẽsitatio, indictum, superindictum, tallia, præstãtia, collecta, pedagia, portitoria, guindaia, angaria, perãgaria, & alia id genus operę pretium videtur exponere, quid singula importent largè & strictè, & qualiter distinguãtur & cõueniant interse, correspõdeantq; vocabulis nostris scilicet, tallias, [rentas, pechos y derechos.] Munus namq; inter omnia hęc
2 generalius & latius vocabulũ est sumptum pro onere, q̃ subeunt personæ lege, vel consuetudine compellente, pro vt sumitur in l. munus propriè ff. de verbor. significa. & in l. pupillus §. munus. ff eod titu. Nam in ista significatione omnia iura regalia (de quibus supra) siue realia, siue personalia actiue, & passiue ex parte soluẽtium possunt appellari munera, vt magistraliter ponit Iason in l. placet. 1. &. 2. col. C. de sacrosanct. eccles. & Plat. in rubrica. C. de mune. & in quo loco. libr.
3 10. Et ab isto termino deriuatur immunitas & immunis, id est, nõ subiẽs munera & municeps, id est, subiectus muneri: vt in ti. ff. ad munici. &. ff. de iure immuni. Et tale munus publicum est triplex, reale, personale & mixtum: vt in l. fin. per totam. l. ff. de mune & hono. & per Bart & Plat. in dicta rubric. C. de mune. & in quo loco. & per Alberic. latè in rubrica. ff. de muner. & hono.

4 Tributum verò vel tributus (vtrumque enim dici potest teste Aulo Gellio libr. 13. capitul. 19. noctium Atticarum) est terminus minus latus species muneris: & strictè & propriè sumptum est census vel præstatio certa, quæ debetur ex prædijs vel redditibus singulorum Regi, vel Principi, communitati, vel domino perpetuo & inuariabiliter ex generali lege, vel concessione. vt colligitur ex glos. magistrali in. l. 1. §. hic titu. ff. de public. & in glos. rubrica. C. de anno. & tribu. & per gloss. in l. 2. C. sine cen. vel reli. & per Pla. in dict. rubri. C. de anno. & tribu. penul. colum. & per Iaso. in dict. l. placet & per Feli. in cap. ad audientiã. 7. col. de prescrip. & per Sylvest. in verbo gabella. 1 § 3 Largè tamen sub nomine tributi venit omne id, quod tribuitur. vt per gloss. & Plat. in dict. rub. & in. d. l. 1. §. hic tit. quam commendat Iason in dict. l. placet in. 2. col. & ita colligitur ex. l. 8. tit. 22. part. 1. & largissimè & impropriè comprehẽdit etiam decimas, vt dicit glo. in. c. tua, de deci. & Feli in dict. cap. ad audientiam. Et dictum est tributum à tribuendo. vt in. l. ager. §. stipẽdium ff. de verb. sign. vel à tribus generibus gentium, ex quibus populus Romanus creatus est. vt notabiliter ponit Alberic. in dictionario in verbo tributũ, vbi dicit & refert in specie initium, & inde secundum eum appellati sunt tribuni: qui dicit se ita legisse in quodam libro, qui appellatur inuentarium totius orbis. Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

10 sciendum. quod ad hoc quod clerici vel ecclesiæ possint incollectari, cautela est, quòd omnia prædia & possessiones ciuium afficiantur onere tributorum: quia tunc (etiam si perueniant ad clericos vel ecclesias) tenebũtur, & est de mẽte Innoc. in dict. cap. postulasti. Et expresse sic disponitur per. l. primam, versic. otrosi titu. delos perlados y clerigos] lib. primo ordin. 11 cuius verba, [otrosi, q̃ la heredad que fuere tributaria en que sea el tributo apropriado a la heredad, qualquier clerigo que la tal heredad comprare que peche aquel tributo que es apropriado y annexo a la tal heredad.] Quod est intelligendum antequam prędia deuenirent ad clericos: nampostea non potest lege vel statuto sęculari præiudicari immunitatibus clericorum vel ecclesiarum. vt in cap. quę in ecclesiarum. extra de consti. & in authen. cassa & irrita. C. de sacro sanct. eccles. & in eadẽ distinctione resident Fran. Luca. vbi supra. & Guydo consi. 72. numc. 4. Item est intelligendum, quando prædia, vel res tales sunt affectæ onere tributorum expresse & specialiter ex conuentione partium, quia tali casu etiam si perueniant ad clericos vel nobiles, transeunt cum suo onere, vt dicimus, secus verò si tantũ sint affecta vel obnoxia tributis ex generali legis obligatione & hypotheca quasi qua sunt regi tacitè obligata pro tributis oĩa prædia priuatorum vt in l. 1. & 2. C. inquib. cau. pig. tac. cõ. & dixi supra in princi. huius capit quia tunc si talia bona perueniant ad clericum vel nobilem, non transeunt cum onere vt in. l. 12. ti. 4. li 4. ordi. cuius verba, [Ordenamos q̃ quando algunos hidalgos comprarẽ bienes de pecheros, los tales bienes no passen cõ su carga de pecho.] & est mirabilis casus in quo onus hypothecę legalis non transit cũ re. Quòd forsan ea ratione procedit quia hoc onus non est mere reale, vt supra tetigi hoc capite. nu. 2. Est tamẽ aduertendum, quòd si clericus negotiaret' pro alio nomine suo, de tali negotiatione teneretur ad collectarum solutionem secundum Syluest. in verbo gabella. 3. nu. 3 & secũdum Archi. in cap. quanquam. de censibus. & ad idem est videndus idem Syluest. in ver
12 bo excommunicatio. 9. versi. 21. Si tamen adesset consuetudo, quòd clerici tenerẽtur ad collectas talis cõsuetudo valeret secundum Bart. per text. ibi in l. 1. C de aur. coro. quem commendat Alexan. in additionibus ad Bart. in d. §.
13 sciendum. Est etiam notãdum, quòd incõtributionibus alijs, quæ respiciũt vtilitatem publicam & communem: quales sunt munire vias publicas, reficere muros, fontes, & pontes, & his similia, clerici & ecclesiæ tenentur conferre, sicut cęteri & etiá nobiles. vt in. l. 15. tit. de los excusados. lib. 4. ordi. & in. d. l. 1. titul. de los perlados, & in hoc proposito est elegans consilium seu responsio Ripæ nu. 20. Et hoc non est fauore ipsarum causarum, vt quidam putant: sed quia ista sunt munera patrimonialia, quæ appellãtur tributiones

Universidad de Deusto
Biblioteca

à quibus nemo excusatur (vt dictum est) ita in specie declarat Bart. in dict. §. sciendum. Imo (quod amplius est) suscipere hospites est munꝰ patrimonialis, à quo de iuris rigore non excusant clerici, nisi esset sibi specialiter remissum. vt. l. 1. & 2. C. de Episc. & cleri. & ideo licèt de cõsuetudine in aliquibus locis nobiles, qui appellãtur hijos dalgo, non teneãtur suscipere hospites vt ferè est in tota prouincia Bætica & in multis Castellæ locis: iure tamen communi non videntur excusari, vt dictũ est, & in expresso tenet Bar. in. d. §. sciẽdum. & eadem ratione de iuris rigore non excusarentur clerici, nec nobiles à præstatione iumentorum, & quadrigarum ad reipublicę necessitatem: quia ista etiam sunt munera patrimonialia. vt in dict. §. patrimoniorum. & ibi Bart. licèt de generali consuetudine excusentur. Pro negotijs verò, & necessitatibus ecclesiarum, & pro causis pijs, & pro vrgentibus necessitatibus ciuitatum, & populorum clerici & ecclesiæ possunt incollectari secundum Inno. in. c. non minus, de immuni. eccles. per tex. in. c. auditis eod. tit. & per tex. in ca. cum Apostolus. de censib. & idem tenet idem Franciscus Lucanus vbi suprà num. 35.

Est etiam attendendum, quòd si pater donaret bona sua, vel partem eorũ filio clerico ad effectum, vt ipse pater euitaret solutionem collectarum, nõ propterea filiꝰ clericus excusaretur ab eis respectu illorum bonorum nisi secũdum formam. l. 212. in legibus styli, & ita fuit obtentum per sententiam in hoc Regio Granatẽsi auditorio, [en el pleyto del doctor Sãcta Cruz de fuẽte oue jun: el qual por hauer sido colegial y doctor en el colegio de Bolonia se excuso de pechar solamẽte en los bienes suyos y no en los que le hauia donado su madre.] Et ex eadem ratione deriuatur, quòd clericus, qui habet bona communia cum fratribus tãtùm pro parte sua est immunis, nõ pro parte fratrum. argum. text. in. l. 3. §. fin. ff. de minor. per quem ita tenet Spec. in titu. de cleri. coniuga. versic. quid si clericus. Ratio est, quia obtentu priuilegij clericalis nõ debet vtilitas publica vacillare, vt in. l. 1. C. de priuilegijs scholasti. quod est bene notandum secundùm eundem Luca. vbi suprà. nu. 34. qui in hoc proposito est videndus: & iudex ex officio suo coget illos diuidere bona cõmunia, vt ex partibus aliorum soluantur collectæ. argu. tex. in. l. 1. & 2. C. quando & quibus quar. pars debea. & in eodem proposito est videndus Alexan. in Additionibus ad Bart. in dict. §. sciendum. Quod autem dictum est hoc capite de immunitate clericorum, intelligendum est de clericis non coniugatis, & de his, qui deferunt habitum, & tonsuram clericalem. Nam coniugati & non deferentes habitum decentem, non excusantur, vt in. l. 13. titul. 3. lib. 1. ordina. cuius verba. [clerigos que sean casados, o casaren de aqui adelante con moças virgines no se puedan escusar de contribuyr y pechar por los bienes temporales que tienen y posseen.]

SVM-

SVMMARIVM
Ex capite sequenti.

1 *De iure cõmuni, & Regio triplici iure potest immunitas prætendi.*
2 *Quæ personæ excusentur à tributis propter generis nobilitatem.*
3 *Quid sit nobilitas, quam appellamus hidalguia.*
4 *Referuntur & exponũtur uerba. l. 3. tit. 29. partita secunda.*
5 *In causis nobilitatis filij sequuntur patris, non matris conditionem.*
6 *Ex generosis matribus nobilitas naturaliter in filios deriuatur.*
7 *An ualeat statutum, uel consuetudo, quod nobilitas causetur ex parte matris?*
8 *Generosus, & clarus genere, in quo differant.*

QVOTVPLICI IVRE IMmunitas prętendi possit: & à quibus personis: & de diffinitione nobilitatis, quam Hidalguiam appellamus: & an & ex parte matris iudicetur.

CAP. II.

DE laicis autem principaliter quærẽdum est, an aliqui ex eis possint se excusare à solutione harum collectarũ seu tributorum, & quo iure vel causa possint se excusare: respondeo, quod de iure communi duplici tantum iure videtur, quod possint se excusare. s. priuilegio & præscriptione: de iure autem regio videtur, quod excusentur triplici iure. s. priuilegio, præscriptione: & generis nobilitate. Et licèt hoc ius nobilitatis videatur aliquibus cõprehendi sub alijs duobus, scilicet, priuilegio & præscriptione, mihi tamen diuersum visum est, & separatũ ab vtroq; videtur, quod (vt clarius cõstet) de singulis separatim dicã: & quia immunitas, quæ causatur ex claro genere, nobilior & præstantior est cæteris, primo loco prosequamur de his, qui propter generis seu sanguinis antiquã nobilitatẽ prætendũt immunitatem.

Quæro igitur quæ personæ possint immunitatem à collectis prætendere propter generis nobilitatẽ, quam hidalguiam dicimus: & facilè respondetur, quod omnes illi qui probauerint se nobiles, hoc est, [ser hijos dalgo notorios de solar conocido de vengar quinientos sueldos segũ fuero de España:] vt habetur in. l. 6. titu. de los hijos dalgo lib. 4. ordina. & in alijs legibus eiusdem titu. & in pragmaticis huius regni, de quibus infrà latè dicendum est.

Sed quia nobilitas ista (quæ apud nos dicitur Hidalguia) est qualitas & causa huius immunitatis, antequàm de personis (quibus inhæret) dicamus, præmittendum videtur de ipsius nobilitatis definitione: & inuestigãdum [q̃ cosa sea hidalguia,] & vnde habuit ortum: & certè vocabulum istud Hidalguia peculiare est nostræ Hispanię & antiquum: de quo nec iure communi, nec statutario inuenitur facta mentio (quod ego viderim, nec audierim) ideo non potest diffiniri, nisi per legẽ Regiam Partitarum: quæ est l. 3. tit. 21. in Part. 2. cuius verba sunt.

Fidalguia (segund diximos en la ley ante desta) es nobleza que viene a los hombres por linaje, y por ende deuen mucho guardarlos que han derecho

Universidad de Deusto
Biblioteca

en ella que no la dañen, ni la menguẽ. Ca pues el linaje faze que la ayan los hombres assi como herencia, no deue querer el fidalgo que el aya de ser de tan malauentura q̃ lo q̃ en los otros se començo y heredaron, mengue y se acabe en el: y esto es quando el menguasse en lo que los otros acrescẽtaró, casando con villana, o la fidalga con el villano: pero la mayor parte de la fidalguia ganã los hõbres por hórra de los padres: ca maguer la madre sea villana; si el padre es hidalgo, hijo dalgo es el hijo que dellos nasciere, é por hijo dalgo se puede contar, mas no por noble. Mas si nasciesse de hija dalgo y villão, no tuuieron por bien ni por derecho que fuesse cõtado por hijo dalgo: por que siempre los hombres el nombre del padre ponen primeramente delante quando alguna cosa quieren dezir, ni otrosi la madre nunca le seria mentada que a denuesto no se tornasse del hijo y della, porque el mayor denuesto que la cosa honrrada puede hauer, es quando se mezcla tanto con la vil que pierde su nombre, y gana el de la otra.] Hæc sunt verba l. partitæ quibus diffinitur nobilitas quam Hidalguiam dicimus, & in quantum à principio, dicit ista lex: [Hidalguia es nobleza que viene a los hombres por linaje,] fuerunt verba sumpta ex Philosopho tertio politicorum vbi dicit, nobiles esse videntur, quibus assistunt progenitorum virtutes: ita etiã Bart. diffinit nobilitatem in. l. 1. C. de dignit. & Socinus cons. 166. in. 2. colũ. in. 2. volum. consil. de quo infra latius

me dicemus. Est etiam notandum ex prædictis verbis partitæ, quod licèt de iure quantum ad conditionẽ status filius sequatur conditionem matris, & nõ patris vt ex ea nascatur liber vel seruus: vt in titulo de natis ex liber. vent. & in §. 1. instit. de liber. cum alijs. tamẽ in his causis nobilitatis filij sequuntur conditionem patris & non matris, & assignatur differentia inter illum, quẽ dicimus, [noble y hidalgo, porque noble es, el que es hijo dalgo de padre y de madre. Hidalgo es el que solamente es hijo dalgo de parte de su padre.] Nam ex solo matris genere non deriuatur nobilitas, vt in. l. liberos. ff. de senato. per quem arguit Bald. ibi contra milites dicẽtes se habuisse nobilẽ matrem, ad idem est text. in. l. cum legitima. ff. de statu homi. Nõ potest tamẽ negari, quin ex nobilibus & generosis matribus, tametsi patres sint ignobiles & obscuri aliquando in filios descendat & deriuetur imago quædam nobilitatis materne: que filiorum animis imprimitur, & eos ad virtutem prouocat: ex quo forsan Licyriorum lege cauebatur: vt si qua generosa mulier ignobili nupserit, ex ea generosi liberi nascerentur. Testes etiam sunt nobis poëtæ quibus autoribus Dea matre nati diuinitate donati sunt: vt Achilles, A Eneas, & Orphæus: qui ex solis matribus dij putati sunt. Semina quidem in suos redeũt ortus, & mirificas fruges esse perspicimus, quas optimæ segetes pariunt: quapropter naturę cõsentaneum est, vt nati ex claris mulieribus licèt ignobilibus patribus aliquid nobi-

nobilitatis habent: quia licèt posterior sit forma, quæ in generatione datur à parentibus, quàm materia, vt in capit. fina. 32. quæst. 4. & in. l. fina. C. de seru. fugit. Ipsa tamen materia nõ nihil debet operari licèt de iure non sit tantę considerationis, vt ex parte matrum filij consequantur nobilitatis iura. vt in ista. l. part. dicitur. imò quod amplius est, non valeret statutum vel cõsuetudo; quod ex solis matribus filij consequantur iura nobilium, vt tenet Barr. quem ibi sequitur Angel. in. l. exẽplo C. de decurio. lib. 10. Et refert & sequitur Andreas Siculus consilio. 56. in. 6. col. incipiẽte. dare. scribitur, quod est notandũ pro declaratione & extensione huius leg. part. & pro intellectu nõ nullorum statutorũ nostræ Hispaniæ præferentiũ nobiles, & regularum cãcellariæ, quæ etiã cæteris paribus præferũt eos, negari tamen non potest (vt statim dixi) quin natus ex nobili matre non participet naturaliter aliquid nobilitatis. Hinc videmus complures in hoc regno matrum nobilium denominationem assumere, quod etiam antiquitus factum legimus. Raynuntius de Clera, de quo loquitur textus in capit. Raynuntius, de testamen. illam denominationem de Clera à matre sumpsit, & dicit ibi Ioan. Andr. quod fortè illud fecit, quia mater erat nobilis. referunt, & sequuntur alij ibidem. Et eadem cõsideratione Dominus & redemptor noster Iesus Christus dictus est filius Dauid, vt notatur in capit. nouit de iudi. facit textus in capit. venerabilis de præben. dum dicit nobilẽ

ab vtroque parente. Ex quo colligũt aliqui Doctor. quod nobilitas potest duci tam à patre quàm à matre: & his accedit, quod voluit Barto. in. l. prima penult. colum. C. de dignit. lib. 12. vbi dicit, quod consuetudo potest facere, quod aliquis extimetur nobilis ex progenie materna. Idem cõsuluit Paulus de Castro, cõsilio. 126. incipiente. Dubitatur primò. in. 4. dubio, & sequuntur moder. in dict. capit. nouit. & latè Cassanæus in suo Catalogo gloriæ mundi 8. parte principali in octa. considerat. & in his locis respondetur ad textum & doctrinam Barto. in dict. l. exemplo supra allegat. refert etiã Doctor de Palat. Rubi. in repetitione rubricæ. §. 32. incipiente: Sed propter ista vbi alia plura notatu digna in hoc proposito adducit. Restat igitur ex supra dictis, [que Hidalguia es nobleza deriuada de los padres, y que no basta tenerla de parte dela madre, para gozar de los priuilegios della, y que la differencia que ay entre noble e hidalgo es, que el noble es el que de padre y de madre es hijo dalgo: pero el q̃ de solo padre, es hidalgo.] De eo verò, quod tangit ista lex scilicet [del hidalgo que casa con villana, o al reues] nõ nullà inferius suo loco dicentur. Vnũ tamen curiosè adnotare placuit. s. inter claros genere, & generosos, maximum esse discrimen. quia non potest propriè dici clarus genere, nisi qui ex vtroque parente, auis, & maioribus, legitime descendit sine macula, & interpositiõe obscuritatis & spurietatis: generosus vero propriè potest appellari, qui

ri, qui ex solis patribus nobilibus vel militibus ortus est, etiam si obscura & non legitima matre natus sit. testibus Quintil. & Tito Liuio. quos refert & sequitur Ferdinand. Mexia. lib. 2. cap. primo. in suo nobiliario.

SVMMARIVM
Ex capite sequenti.

1 Quien se llame hijo dalgo.
2 Referuntur & per partes exponuntur uerba, l. 2. tit. 21. parti. secund.
3 Septē principaliter adnotātur, in. d. l. part.
4 Qua de causa nobiles Hispaniæ fuerint appellati hijos dalgo.
5 Nobiles in Francia appellantur Gentiles homes. Dictio hidalgo unde?
6 De essentia ueræ nobilitatis est, quod in ea sit uirtus & probitas.
7 Extra Hispaniam non gaudent iure nobilitatis, qui nobiliter non uiuunt.
8 Nobilitas, quam dicimus Hidalguiam, ex quibus causis quæratur.
9 Præstantior nobilitas est, quæ ex claro parētum sanguine iuncta uirtute causatur.
10 Quotupliciter à Philosophis, & docto. sit diuisa nobilitas.
11 Quæ sit nobilitas Theologica.
12 Etiam animalibus ratione carentibus, & rebus insensatis inest nobilitas.
13 Hidalguia proprie est nobilitas politica.
14 Variæ Philosophorum nobilitatis diuisiones.
15 Nobilitas an causetur ex nobili patria.
16 Ius nobilitatis est hæreditarium, & incorporale.
17 Appellatione nobilitatis simpliciter intelligitur de nobili genere.
18 Nobilis, quem dicimus hidalgo, debet ex patre & auo nobilitatem ducere. & .19.
20 Quo antiquior est nobilitas eò longe dignior est.

EXPONITVR L. PART. circa nomen, causam, & originem nobilium Hispaniæ: & ipsius nobilitatis causæ, & diuisiones traduntur.

CAP. III.

VISTO que cosa sea hidalguia, y de donde se deriue,]opportune vidēdum est: [quié se puede propriamente llamar hijo dalgo.] Et respondendum est: [que aquel se dize propriamente hijo dalgo, que de padre, y abuelo, y visabuelo viene y desciende de limpia, y noble sangre: y de buenos, y ricos padres.] Ita formaliter dicit lex secunda eodem titul. vigesimo primo, eadem partita secunda. [La qual hablando al principio de como han de ser escogidos los caualleros, dize: E por esto sobre todas las cosas, catauon q̄ fuessen de buē linaje: porque se guarden de hazer cosa, porque puedan caer en verguença, y dize luego: Y porque estos fueron escogidos de buenos lugares, y con algo (que quiere tanto dezir en lenguaje de España como bien) por esso los llamaron hijos dalgo, que muestra táto como hijos de bien, y en algunos otros lugares los llamaron Gentiles.

Y tomaron este nombre de gentileza, que muestra tanto como nobleza de bondad, porque los gentiles fueron hombres nobles, y buenos, y biuieron mas ordenadamente, que las otras gentes, y dize luego.

Y esta gentileza auian en tres maneras: la vna por linaje, la otra por saber: la tercera por bondad de costumbres y de maneras. Y como quier q̄ estos que lo ganan por sabiduria, y por su bondad, son por derecho llamados nobles, y gentiles: mayormēte lo son aquellos, que lo han por linaje antiguamente, y hazen buena vida: porq̄ les viene de lueñe como heredad: y porēde son mas encargados de hazer bien, y de guardarse de yerro, y de mal estança. Ca no tan solamēte quando lo hazen reciben daño, y verguença ellos mesmos: mas aq̄llos onde ellos vienen. Y por ende hijos dalgo deuē ser escogidos, que vengā de derecho linaje de padre, y abuelo hasta en el quarto grado, a que llaman visabuelos. Y esto tuuieron por bien los antiguos, porque de aquel tiempo adelante no se pueden acordar los hombres: pero quanto dende en adelante mas de lueñe vienen de buen linaje tanto mas crescen en su honrra, y en su hidalguia.]

Hæc sunt verba huius legis partitæ, quæ in effectu indicant plura in nostro proposito notanda. Primū enim videtur præsupponere. [que antes y primero huuo hijos dalgo en España que caualleros: pues dize que los caualleros eran escogidos de los hijos dalgo. Lo segundo dize, que hijo dalgo le dixo en España por hijo de biē, porque los escogian de buenos lugares, y con algo, que en España quiere dezir bien, y que en otras partes los llamaron Gentiles. Lo tercero, que hidalguia, y gentileza es nobleza y bōdad. Lo quarto, que esta nobleza se ad quiere en tres maneras: por linaje, por saber, y por bondad de costumbres. Lo quinto, que la mayor nobleza es, la que viene por linaje. Lo sexto, que hijo dalgo es el que de padre, y abuelo, y visabuelo viene de derecho, y noble linaje. Lo septimo, que quanto fuere mas antiguo el linaje, es mayor la nobleza, y hidalguia.] Et circa singula istorum septem, sunt aliqua punctuanda.

Circa primum, scilicet. [que primero huuo hijos dalgo, que caualleros:] hoc necessario referendum, & restringendū est ad hoc nostrum Hispaniæ regnum, in quo solū inuenitur, [este nombre de hijo dalgo: y estos en España son mas antiguos, que los caualleros, pues dellos se escogian los caualleros, como dize esta ley: pero fuera de España, do no ha hauido, ni ay hijos dalgo, no se puede esto aplicar, sino es presuponiēdo,] quod omni tēpore & apud omnia regna, & natiões primò fuerint nobiles, & probi, quàm milites. cum ex talibus nobilibus, & probis eligebātur ipsi milites: militiæ nāque dignitas non dabatur, nisi viris ex nobilibus, & claris parētibus ortis, qui appellabantur milites tanquam ex millibus electi, vt dicit ista lex in sui principio, & lex prima. ff. de milit. testament. [Y lo que esta ley dize: que antiguamente eran escogidos para caualleros hōbres ferreros, monteros, y carniceros, y otros de baxa suertè,] mihi dubium est: & si idem dicat Vegetius in suo opere de re mili. quē refert Platea in sua Rubri. C. de re militari, à quo fuerūt ista verba legis partitæ sūpta. Ab vrbe nanq; condita, & antè (vt infra referā) semper militiæ nomē, & scingulum non nisi claris, & probis hominibus & claro sanguine natis datum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum est. Vnde factum est, vt ferè omnes Historiographi, qui rerũ bellicarum gesta scripserunt, militum laudẽ à genere ipsorum exordiantur: quare merito vilium personarum electio reiecta est, vt in hac lege partitę dicitur: vel si forsan aliquo tempore tales electi fuerunt ad bella, ex causis in hac lege relatis, scilicet, [porq̃ seriã fuertes y crueles, asperos para los enemigos,] non tamẽ illo tempore militiæ dignitas, & nomen erat inuentum, donec illis reiectis ex millibus electi milites sunt appellati: quod nomen in Hispania nobilibus, hoc est, [a los hijos dalgo,] datum est. Et sic sequitur ante nobilium fuisse, de quibus loquimur, nomen, quàm militum.

4 Circa secundum vero: [que los hijos dalgo en Espaũa, se llamaron assi como hijos de bien,] est notandum, [que esta ley, copulatiua mãte dize, q̃ los escogian de buenos lugares y con algo, que quiere dezir en lenguaje de Espaũa bien, assi dize que principalmẽte los escogian de buenos lugares] hoc est, [de buẽ linaje y suelo: y llamauan se hijos de bien. Y assi por el algo, que era la hazienda, como por el buẽ lugar, y suelo donde venian, que era testimonio de bondad y virtud. Y los tales escogidos de buenos lugares, y suelos forsan, son los que despues, y agora se llamaron, y llaman hijos dalgo de solar conocido,] hoc est, [de linaje y suelo conocido. Estos tales escogidos de buenos lugares, y con algo, se llamaron hijos dalgo,] hoc est, [hijos de biẽ: porque siempre se hallaua bien y lealtad y virtud en ellos.

Y assi la ley segunda, del titulo de los hijos dalgo, libro quarto ordina. dize que deuen ser honrrados, y estimados, por el gran bien, y lealtad, que Dios puso en ellos: y del algo, que aqui dize, pudo venir el refrã viejo de Espaũa, que dizen: so el sayal, ay al, id est, algo, que es bien:] quasi dicat: [so el sayal, q̃ es habito de pobre, suele auer algo, que es bien, y hazienda. Y es de notar, que en el tiempo desta ley de partida, los hijos dalgo eran ricos: y assi era: y oy es qualidad de hidalguia la riqueza:] primis namq̃; tẽporibus fere semper comitabatur fortuna virtutem: & probi, & virtute præstantes ex virtutum præmio ditabantur. Sed hodie (pro dolor) defecit fortuna virtutẽ, [y pocos hijos dalgo, delos q̃ mas cierto lo son, tienẽ algo] sed ad nihilũ redacti sunt & ad plurimũ sunt pauperes. Nobilitas enim secundariò secundũ alios incepit à diuitijs, & sine eis difficile conseruatur, vt in. l. ad subeũda. C. de decurio. lib. 10. & in. l. secunda. C. de prædijs decurio. lege rescripto de muner. & honorib: Hinc fortè orta fuit consuetudo, quæ olim apud Romanos in oleuit, vt pauperes etiã ex claris parentibus nati nõ connumerarentur inter nobiles: sed appellabantur proletarij, & assidui ab asse dando, vt supra dictum est: licèt aliàs dicat philosophus: Nobilitas ad pecuniã non mensuratur. [Y por esto esta ley no fundo la nobleza en solo el algo, sino juntamente dize: fueron escogidos de buenos lugares,] hoc est,

est,] de buenos linajes, que tuuiessen algo. Y dize mas que a estos tales, en otras partes los llamaron gẽtiles: y es
5 assi que en Francia, e Italia llamã gentiles homes, alos que llamamos aca hi dalgos: secundum quod refert Cassaneus in dicto Catalogo. in tertia cõsideratione octauæ partis. & optimè declarat Budæus in annotationibus ad Pandectas in. l. finali. ff. de origine iuris. & ibi dicunt, quod apud Gallos magis volunt vocari gentiles homes quàm nobiles. [Como en Aragon, es mas hõrra ser noble, y llamarselo, que no cauallero.

Y ansi mismo en Italia llaman Cathanes y Baluasores los hijos dalgo que aca en España llamauan Infançones,] vt notabiliter dicit text. in. l. fina. titu. 1. part. secunda. de cuius. l. intellectu; infra capit. 5. huius primæ partit. latius differam. Vnum tamen hoc loco nolui præterire quod licet videatur nouum, ex eiusdem tamen legis partitæ verbis videtur posse deduci & comprobari: & mihi hunc articulum pensitanti aliquando se obtulit, scilicet, [dezir que este nombre hidalgo de nuestra España se aya derriuado del vocablo latino, Ytalico, mudada la. t. en. d. y la. c. en. g.] Et licèt prima facie hęc videatur quædam imaginaria subtilitas & deriuatio, nõ caret rationis & iuris fundamento. Si consideremus quòd à principio iuris communis sola Romana ciuitas & ciues Romani immunes & nobiles reputabantur, quod immunitatis ius primo Italicæ prouinciæ velut proximiori & principaliori communicatum est, quæ sola inter alias prouincias nobilis & immunis à principio fuit: postea verò aliæ prouinciæ ciuitati Romanæ subditæ vel confederatæ propter earum in rempublicam Romanam bene merita, consequutæ sunt id ius Italicum hoc est immunitatis vt optime dicit Vlpianus Consultus in lege prima. ff. de censibus: & de singulis prouincijs hoc ius Italicum habentibus prosequitur sigillatim per omnes leges eiusdem tituli de censibus. Itaque ius immunitatis & nobilitatis Romanæ cœpit appellari ius Italicum: quia primitus Italicæ prouinciæ vbi Roma (caput eius sita est) fuit communicatum, vt latius prosequitur Alciatus ex approbatissimis authoribus (quos licet videre in libro secundo disputationum capitulo vigesimoprimo) & Alexander Ab Alexandro libro quarto Genialium dierum capitulo decimo. Inter alias verò prouintias, quibus hoc ius Italicum, id est immunitatis, impartitum est: nostra Hispania vel aliquæ eius prouintiæ olim vsæ sunt eo iure, vt fuit Pacensis & Emeritensis prouincia in Lusitania, de quibus loquitur lex finalis. ff. de censib. Vnde apud nos Italicum ius & nomẽ immunitatẽ significare cœpit, [Y para dezir que vna prouincia, o ciudad era libre y franca, y que los de ella no pagauan pechos ni tributos: no se dezia mas si no] iure Italico censetur. [como lo dizẽ todas las leyes del titu. ff. de censibus. Y de aqui adelante poco a

Universidad de Deusto
Biblioteca

co a poco alludiendo a esto para dezir que vno por nobleza o por otra causa era libre y franco de pechos, se dezia o pudo dezir, es hombre Italico, como si dixessen es como los hombres de Italia, que son libres y francos. Despues corrópido el vocablo y mudadas las dos letras como dixe la.t. en d.y.la.c.en.g. por dezir es hombre Italico vino a dezir se es hombre ydaligo, o hidalgo. Y porque no parezca imaginacion esta transllacion de letras quise aduertir a los curiosos,] harũ literarũ cõmutationem antiquissimam esse & iuridicam, vt dicitur in capit.1.in fine.15.distinct. vbi consilium dictum est quasi considium. D.in.L.litera transeunte. idem probatur in cap. forus. de verb. signifi. Istæ autem transpositiones & literarum commutationes maximè vsitatæ sunt apud nos, vertẽdo dictiones latinas in nostram linguam Hispanam ad exemplũ idiomatis Græci, in cuius alphabeto tres literarum classes inueniuntur, & singulæ cuiusq; classis literæ habent in qualibet altera classe singulas sibi affines, quæ inuicem sufficiũtur & substituũtur in aliarum locum eadem manẽte dictione, nihilq; de eius vi & potestate mutato, Et vt de alijs omittamus. apud nos vulgatissimum est has duas literas, de quibus loquimur commutare.t.in.d.&.c.in.g. imò sæpè id facimus inuertẽdo dictionem latinam in nostram linguã: latinè enim dicimus, pater & mater, [y en romance padre y madre, mudãdo la.t.en.d.] Similiter latinè dicimus catus, [y en romance gato mudando la.c. en. g. y ansi de la misma manera se pudo mudar el vocablo de Italico en hidalgo, & ablato illo y jota quedo hidalgo, y lo mesmo vemos en vna sola diction, dõde ambas estas dos letras se cambian, como esta dicho: como paresce en esta diction delicatus: que en romance se interpreta delicado o delgado,] mutata.t.in.d.&.c.in.g. vt in nostra dictione fit & possunt aliæ plures dictiones & commutationes literarum similes reperiri. Et licèt sufficeret vnum vel duo ex pluribus proposuisse, vt dicit textus in lege, ita vulneratus. ff. ad legem. Aquil. curiositatis tamen gratia alia subijciam quorum vnũ est, in hac distinctione siue nomine Alexander, in qua siue in quo litera.t. commutatur in. d. & econtra. promiscue enim apud latinos & Græcos dicitur Alexãder & Alexanter vt testis est Quintilianus, & Lucianus in quodam dialogo, Ad cuius similitudinem & exemplum potuit dici hidalgo pro Italico & econtra, vt dictum est. [Y ansi tambien vemos que en todas las terceras personas que el latino acaba en.t. el Castellano pronũcia.d.como] amat, capit, facit, & similia. eodẽ quoq; modo vsitatum est apud nos literam.c. pro litera.g. substituere, vt patet, [en esta dictiõ se cobrica, lo qual en latin se escriue y pronuncia se cobrica, y en romãce escreuimos, y pronunciamos se cobriga, y ansi pudo ser que la.c. de la syllaba postrera de esta diction Italico se escriua y pronuncie en romance con g. diziẽdo hidalgo.] Ita quoque etiam

v. Bernardus, cap. 7. dist. C. 12 vol. vide-

videmus: [que en este nombre Santiago, la.t. se trueca por.d. y en romance Castellano dezimos Diago, o Diego por Tiago quitado el San.] Et huiuscemodi possent excogitari aliæ infinitæ propemodum dictiones, in quarum versione literæ commutantur. Quare nil mirum [si en esta diction hidalgo,] id ipsum factitatum sit. Nec verò ab re alienum videbitur, verba Varronis de origine linguę latinæ hic subijcere, quæ etiam refert Viglius in principio, de testamentis ordinandis in Institutio. Sciendum (est inquit Varro) multas ethymologias obscuras esse, quòd nec omnis impositio verborum extet: quod vetustas quasdam deleuit, nec extat sine mendo omnis impositio neque quæ rectè sunt imposita manent, multa enim verba literis commutatis sunt interpolata, nec omnis origo nostræ linguæ est vernacula quæ omnia maximè in nra Hispana lingua vera sunt, cuius maiorem partem à Romanis duximus [por lo qual nuestra lengua se llama romãce] quasi Romana, plurimum verò à Gothis, Africanis & alijs nationibus (quæ pro tempore in nostra Hispania commoratæ sunt) accepimus. [Y ansi en nuestra lengua ay muchos vocablos latinos, y Romanos, y Arabigos, y Gothicos, y promiscuos,] vt facilè iudicabunt mediocris eruditionis & literaturæ viri, [y por el consiguiente,] nõ est penitus contemnenda hæc nostra consideratio circa allusionem huius nominis [hijo dalgo.

Mayormente ayudandola con las palabras desta ley final del titulo primero, de la segunda partida que dize: que a los Cathanes, y Baluasores llaman en Italia hijos dalgo, de los quales muchos Iuristas, non sine fundamento, han querido sacar que el nombre de hidalgo fue primitiuo de Italia, y de ella deriuado a España como lo auemos aqui apũtado.] De cuius tamen legis intellectu & interpretatione plenius inferius dicemus cap.5. huius primæ partis.

Sat sit huic loco hæc adnotasse prõ curiosis lectoribus, quæ vt verum fatear coram Deo & hominibus ipse solus ante primam huius operis æditionem cõsideraueram: & ea ratione quod nullum repererã qui authoritate sua ingenij mei inuentionem foueret parum iudicio meo fidens in prima huius operis æditione non sum ausus illud annotare: ne eius criminis reus peragerer, quod nouitatis essem vnicus assertor, quodque propriæ prudẽtiæ & sapientiæ plus æquo inniterer contra tex.in cap.ne innitaris de constitu.& contra sapientum doctrinam. postea verò casu repeti virum apud nostræ nationis viros ad amussim eruditum maximè in latina Græcaque lingua, & in antiqua bonarum literarum lectione, qui hanc eandem opinionem authotitate sua firmauit, [diziendo que el vocablo hidalgo se deriuo del Italico, y se mudaron y trocaron las letras, vt dictum est. hic est Doctor Ginesius de Sepulueda, Cæsaris nostri Caroli Quinti chronista & historiographus meritissimus qui in

Universidad de Deusto
Biblioteca

epistola ad Philippum Regem nostrum in fine hanc opinionem vt nouam & curiosam simpliciter & succincte posuit & ante ipsum eandē ethimologiam admisit Gregorius Lupus, vir quidem virtute, & iuris scientia apud nos eximius. Ego vero, postquam inueni sententiæ meæ coadiutores, complacui mihi in eo, quod timidus antea prodere veritus fueram, & ingenij mei viribus alieno fauore suffultis (vt fieri solet) quod primitus nuditer excogitaueram & concepperam, hac secunda æditione parturire, & his considerationibus velut pānis vestitum in lucem prodire permisi: non tamen tantum illi tribuo authoritatis & affectionis, vt prōpter illam à prima huius dictionis ethimologia, quæ à maioribus nostris huc vsque recepta est discedā: [antes creo que propria y verdaderamete hijo dalgo se diga y aya dicho hijo de bien, por ser escogidos de buenos lugares, y por el algo que es, y ha sido bien y honrra, como lo dize la dicha ley segunda, del titulo veynte y vno,] de qua in principio huius capitis: [porque de mas de ser la alusion mas llana y comun, se confirma por dos o tres consideraciones curiosas: la vna porque en tre latinos esta palabra, aliquid: que quiere dezir algo, se pone muchas vezes en este mismo sentido que signifique bien y nobleza, y ansi Ciceron en el libro tercero de las epistolas ad Atticum, en la epistola que comiença: Accepi idibus: al fin, para dezir procurad que yo sea honrrado y estimado: dize procurad que yo sea algo por estas palabras.] Quare fac vt omnia ad me perspecta & exp lorata præscribas, meque vt facis velis esse aliquem. Atque ad idem alludit iuuenalis Satyra prima.

Aude aliquid breuibus gyaris, & carcere dignum
Si vis esse aliquis.

Y el Apostol en la segunda epistola ad Galatas mas claro vsa dos vezes de esta misma figura diziendo Euangelium quod prædico in gentibus: seorsum autem ijs qui videntur aliquid esse, [y mas abaxo:] mihi autem qui videbantur aliquid esse nihil contulerunt: [en ambas estas partes se dize por translacion: para significar las personas principales y nobles, aquellos que eran algo o parescian algo, que es lo mismo que dize esta ley segūda de partida.] Et isto eodem tropo loquendi vtitur Lucas in actib. Apostolorum, & fortè plures alij latinæ linguæ authores: imo apud Græcos, dictio τις, quæ latinè interpretatur aliquid, significat egregium vel nobile vt firmat Ambrosius Calepinus in dictionario suo: in verbo aliquid vel aliquis. [Yaunque la alusion del verbo Italico es curiosa,] & grauissimo rum virorum authoritate vallata, & mihi ipsi vt proprij ingenij filia grata, habet tamen vnam vel duas considerationes quæ aliquantulum videntur illi cōtradicere. [La vna que en España siempre o mas communmente se han llamado hijos dalgo, que hidalgos: y esta diction hidalgo se escriue con aspiration, lo que no haze

haze la diction Italico, y per Syncopem por hijo dalgo se dixo hidalgo: porque antiguamente en España por hijo dezian hi con.h. y ansi quedo oy en dia de dezir, hi de ruyn: y hi de puta, por hijo de ruyn, y hijo de puta. Y en escripturas de romance antiguas se halla en el hi de fulano, o de fulana: por hijo, y de la misma suerte por hijo dalgo se dixo hidalgo, id est: hijo de bien.

La segunda consideracion es que el ius Italicū era derecho de frāquezas y esenciones mas que de nobleza pues vemos que en Roma, y en Italia desde su principio auia nobles, patricios, y plebeios aunque todos eran ciudadanos Romanos y de prouincia libre y franca. Y ansi si tuuiessemos esta alusion se figuriria que hidalgo dixesse y significasse essento y franco y no noble,] quod esset rationi & iuri contrarium, [saluo sino dixessemos que aludiendo a la franqueza y libertad de Italia, los nobles de España, porque tambien por la nobleza y hidalguia, son libres y francos: se llamaron Italicos o hidalgos,] vt dictum est, sed de his curiositatum disputationibus hæc sufficiant: quia pauci forsan sunt eius sectatores.

Circa tertium, quod dicit ista lex, [que hidalguia, y gentileza: es tanto como nobleza de bondad, dize: Tomaron este nombre de gentileza, que muestra tanto como nobleza de bondad: porque los gentiles fueron hombres nobles, y buenos, y biuieron mas ordenadamente, que las otras gentes.] Est notandum quod in hac materia pro eodem supponunt [hidalguia, y gentileza,] quemadmodum apud Gallos modo dixi, vtrumque tamen exponitur [por nobleza de bō dad, y esto se pone por diffinicion de la hidalguia en la ley tercera, que luego se sigue, que dize. Hidalguia, es nobleza que viene. &c. Y assi de essencia de la hidalguia, es que aya en los hijos dalgo bondad, y sean buenos, y nobles, y biuan como tales concertada y noblemente, [& sic quando de iure communi fit mentio de nobilibus, semper adijcitur nobiles nobiliter viuentes, [de iure enim & ferè de generali cōsuetudine totius Italiæ, & Germaniæ, & Galliæ, non gaudent nobilitatis priuilegio, qui nobiliter non viuunt, & si sint nobiles genere: sola nostra Hispania nescio qua fragilitate permittit & tolerat, vt vtiliter & mechanicè viuentes gaudeant immunitate nobilitatis: quod certè & nostræ Hispaniæ, & ipsi nobilitati iniuriosum videtur, & rationi contrarium vt nobilitate gaudeat, qui officij vilitate eam dehonestat, de quo tamen inferius suo loco dicemus. Circa quartū scilicet, [que esta nobleza, o hidalguia se adquiere, y gana por tres maneras, scilicet, por linaje, saber, y bondad:] est notandum, quod vltra has tres causas, quæ hic ponuntur sunt aliæ multæ, quæ causant nobilitatem: de quibus latè, & per ordinem tractat Cassanæus in dicta octaua parte per plures considerationes illius: causatur enim ex dignitate, & di-

uitijs ex communi reputatione, ex Principis priuilegio, ex loco, ex adoptione, ex militia, ex clericatura, ex præscriptione, & alijs ex causis: de quibus ibi per eum. Omnes tamen istæ causæ sunt accidentales, & procedunt ab his tribus, de quibus in hac lege partitæ. Nam vel propter clarum genus, vel eximiam scientiam, & virtutem quis consequitur dignitatem, vel diuitias, communem æstimationem, vel principũ priuilegia, & reliqua: & sic virtualiter omnes causæ nobilitatis includuntur subhis tribus, & possunt ad eas reduci: imò ad duas duntaxat, scilicet, ad nobilitatem generis, & virtutum. de quibus duobus antiqua extat valde disputata quæstio, quarum altera alteram præcellat: nobilitas enim ex scientia ad quisita sub nobilitate ex virtute parta comprehenditur, cùm scientia sit virtus, & perfectio animæ secundum Philosophum secundo Metaphysic. Reliquæ autem duæ causæ, scilicet, generis & virtutis sunt generales ad cæteras: nec vna alterã comprehendit. Est tamen maximè notandum, quod ista lex dicit in quinta parte, scilicet, quod
9 inter has tres nobilitatis species prestãtior sit illa, quæ contingit ex claro sanguine vel genere juncta simul virtute. Dicit enim: [Y como quier q̃ estos que lo ganan por sabiduria y por su bondad, son por derecho llamados nobles: mayormẽte lo son aquellos, que lo han por linaje antiguamente, & fazẽ buena vida.] Copulauit enim ista lex claritati generis vitæ bonitatem: si enim prætulisset solam generis claritatẽ, certe aduersaretur multorum philosophorum & sanctorum opinioni, qui virtute quæsitam nobilitatem generis nobilitati prætulerunt: de quibus per Bar. in l. 1. C. de digni. lib. 12. & per Lucã de pẽna. in l. mulieres. 4. col. C. de incolis. per Abb. & Moder. in. c. venerabilis. de præbẽ. per Feli. in. c. super eo. el segũdo de testi. per Bonum de Curt. in tractatu nobilitatis secunda parte. per Clyto. eodem tractatu. c. 1. & secundo. per Cassanæum vbi supra, maximè in prima & quarta consi de. Quare iuste, & philosophicè ista. l. veram & præstantiorem nobilitatem ex generis claritate iũcta morum probitate & virtute declarauit. Rex enim Alfonsus harum Partitarum conditor merito sapiẽs vocat⁹ est: ex varijs nãq; Philosophorũ & cõsultorum opinionibus, quæ circa veram nobilitatem traditæ sunt, iustiorem & sanctiorem elegit: vt, scilicet, mixta genere & virtute nobilitas cæteras excellat. Cæterũ de nobilitate variè traditæ sunt diuisiones. Bar. in alleg. lege. 1. C. de digni. in
10 7. coll. triplicem esse dixit. quandam Theologicam siue supernaturalem, quandam naturalem, quandam politicam seu ciuilem. Theologicam dicit spiritualem, qua apud Deum qui est in gratia faciente gratũ, nobilis est:
11 & adducit illud Regum primo, capit. secundo vbi dicitur. Quicunq; honorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contempserint me, erunt ignobiles. & dicit Bartol. quod istos nobiles nõ possum⁹ cognoscere, nisi per reuelatio

lationẽ, cum dicat Ecclesiastes capitu. decimo: Nescit homo, an odio, vel amore dignus sit: & multi sunt prædestinati qui apud nos reputantur ignobiles. vt patet ex Apostolo. 1. ad Corinthios ca. 1. ibi videte fratres vocationẽ vestram: quia non multi nobiles, &c. &. c. 15. seminatur in ignobilitate surget in gloria. & eod. c. 1. ignobiles mũdi elegit Deus vt fortia confunderet. Et de hac nobilitate Theologic. loquitur text. in capit. nouit. cum sequentibus de pœni. distin. quarta: & Sanctus Thomas prima secundæ quæstio. 110. Et magister libro secundo distin. 15. & Bonus de Curt. in. 2. parte. Et Ferdinãdus Mexia in suo nobili libr. 1. cap. 44. Naturalem vero nobilitatẽ vocat Bartol. quæ potest considerari in animali
12 bus ratione carentibus, & etiam in hominibus: nam quædam animalia bruta secũdum bonitatem operationum dicuntur nobilia: [como enlas aues el Gauilan,] qui secundum naturales nõ inuolat in aues paruulas, & debiles: & si quando capit passerculum, id est vt se illo noctibus hyemalibus calefaciat, & mane dimittit illum. [Y por esto dizen vulgarmente, que quien passa puerto con el no paga derechos de portazgo por la nobleza y hidalguia del, y por esto tambien dize el refran viejo. El hijo del Gaulan por do quiera passa libre y nunca le falta caça. de notãdo que el hijo dalgo y noble por todo el mundo puede andar libre: y nunca le faltara bien y honrra siendo el bueno. Entre los sentidos el ver, segun el Philosopho, entre los metales el oro, entre los planetas el sol, & sic de multis. Imo inter eiusdem speciei aues quædam dicuntur nobiles: vt in Falconibus alter dicitur gẽtilis alter peregrinus. vt notat Bartol. in tractatu de Falcone. & Iacob. de Sancto Georgio in sua inuestit. feudor. in verbo & cum venationibus. Idem in hoc proposito dicit Bonus de Curtio de Leone, qui cæteris animalibus feris nobilior est, de quo Ouidius, de tristibus elegia quarta.

Quo quisque est maior, magis est placabilis ira et
Corpora magnanimo satis est prostrasse Leoni:
Pugna suum finem, cum iacet hostis, habet.
Et Lupus, & turpes instant morientibus vrsæ:
Et quæcunque minor nobilitate fera est.

Et in eodem proposito refertur à Curtio illud Laconis de duobus canibus vno ventre editis, quorum alter honesta educatione nobilis euasit, alter ad ollas duntaxat. Et eandem nobilitatem naturalem possumus considerare in omnibus rebus sensu carentibus, vt in arboribus, metallis, margaritis, ex quibus ratione vtilitatis vel pulchritudinis quædam sunt nobiles. Et hanc naturalem nobilitatem appellauit Ferdinandus Mexia communem d. li. 1. c. 46. Et in hominibus potest cõsiderari ista nobilitas naturalis, idest, ratione naturali inducta de iure gentiũ: & de ista loquitur Philosoph. 4. Ethico. vbi dicit: Virtus, & materia determinant nobiles & ignobiles. Hoc autem non est intelligendum de omni virtute: sed ea, quæ competit aliquibus prout sunt apti dominari: non prout sunt apti subijci: vt per eundem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Philoſph. Poli. 10. & iſto modo dicit Bartol. in dicta. l. prima, quod nobilitas naturalis eſt quidam habitus electiuus in medio conſiſtens circa ea, quæ pertinent ad præeſſe vel dominari: & de hac habetur in cap. nũquam. diſtinct. 55.

13 Tertia verò nobilitas dicitur politica ſeu ciuilis, ſput differt nobilis à plebeio: de qua principaliter ſumus in hoc opere dicturi: de cuius diffinitione infra dicam. Panormit. vero in dic. c. venerabilis. 2. col. nobilitatẽ diuiſit in generis, & animi præſtantiam. Bal. autẽ in. l. nobiliores. C. de cõmertijs. quem ſimpliciter ſequitur Feli. in. d. c.

14 ſuper eo. 2. col. de teſti. triplicem eſſe dixit ſcilicet, ſtirpis ſeu generis, ſecũdã virtutis, tertiã mixtã, ſcilicet, generis & virtutis ſimul. & hãc dicit veriſimã & cæteris præſtantiorem: quam etiam prætulerunt Curt. & Clyeo. vbi ſupra. Et eandem prætulit iſta noſtra. l. partite in ſupra dictis verbis, ſcilicet. [Y mayormẽte los que la hã por linaje antiguamẽte, y fazẽ buena vida.] Plato verò quadrifariã eſſe dixit nobilitatẽ: vnã quibus clari boniq; parentes fuere: ſecũdam, quibus potẽtes aut Principes: tertiam, cum maiores noſtri fama & rebus bello geſtis claruerunt: quartam, camq; præſtantiſsimam, quibus non aliena, ſed propria virtus, & animi magnitudo nobilitatẽ donauit. & hanc vltimam laudat Lucas de pẽna. in. d. l. mulieres. 4. col. C. de inco. Ariſt. verò

15 quarto Poli. trifariam diuiſit, ſcilicet, generis, diuitiarũ, & virtutis: à patria quoque nobilitatis ſplendorem (licèt minimum) nonnulli deriuant referentes illud Themiſtoclis Seriphio cuidã obtrectanti, quod non propria virtute, ſed patriæ ſplendore glorioſus factus eſſet: Rectè, reſpondit, nec tu ſi Athenienſis eſſes, clarus extitiſſes: nec ego, ſi Seriphio, nobilis. ſignificans ſe magis virtute propria, quàm patrię claruiſſe. Denique inter omnes cõuenit generi adiunctam virtutẽ ſupremam & præſtãtiorem cauſare nobilitatem, vt in iſta. l. dicitur: quaſi duobus vinculis ligatam, & contextam, argumento textus in authẽrica itaque. C. commu. de ſucceſsi. Et in expreſſo videtur tex. in. l. 6. tit. 9. part. 2. cuius verba in fine huius operis referuntur. Et fere à claro genere raro ſeparatur virtus, vt inferius dicam. Reſtat igitur ex verbis iſtius. l. & philoſophorum opinionibus, quod nobilitas generis iuncta virtute, & probitate præſtãtior eſt cæteris: ſola autem generis nobilitas, ſi deſint virtutum merita, vana reputari debet, cum iuſtè dictum ſit: Nobilitat virtus animos, nõ acta parentum. & (vt Marcus Cicero cõtra Cathilinã) Satius eſt me meis rebus geſtis florere, quàm maiorũ opinione niti: & ita viuere, vt ſim poſteris meis nobilitatis initium, & virtutis exemplum. Et aliàs Ouidius: Nam genus, & proauos, & quæ nõ fecimus ipſi, vix ea noſtra voco. Adſtipulatur glo. ſing. in. l. ſi quid bello. ff. de capt. quam commend. Deci. in. l. fœminæ num. 9. ff. de regu. iur. & Iuuenalis: Malo pater ſit tibi Therſites, dummodo tu ſis Æacide ſimilis, Vulcanaque arma capeſſas: quàm te Ther-

Therſite ſimilem producat Achilles. Et rurſum alio loco:

Miſerum eſt alienæ incumbere famæ.
Nam.
Tota licet ueteres exornent undiq; ceræ.
Atria, nobilitas ſola eſt, atque unica uirtus.

Et alibi.

Stemmata quid faciant? quid prodeſt Pontice longo
Sanguine cenſeri, pictos oſtendere multus.
Maiorum. &c.

Vt notat gl. in. l. ſtemmata, in principio. ff. de gradibus: & (quod vltimum eſt) quod non generis nobilitas, ſed virtutum gratum facit Deo, vt in. d. c. venerabilis. & ibi Abb. de præben. & in hoc propoſito plura ſunt aceruatim relata per Doctor. in materia iſta nobilitatis maximè à Caſſaneo in. d. 8. part. conſide. 8. Et per Ioan. Velenſem in ſua ſumma communi loquij part. 3. 3. diſtinctione. c. de informatione, nobilium ſanguine cum ſequenti, & fœcundè & eleganter Baptiſta Platina in libro ſeu dialogo de vera nobilitate: vbi plura notatu digna in propoſito refert. Veriſimum tamen eſt, & naturale parentum virtutem & clarum ſanguinem maximum fore filijs adiumẽtum virtutis prouocans eos ad virtutem. Virtus nanq; paterna deriuata in filios non ſolum eos obligat ad ipſius imitationem, verum naturaliter prouocat & ſtimulat, vt Philippi patris ſtimulabat Alexandrũ: & maioris Aphricani gloria, minorẽ: & Cæſaris, Octauianum. Et de Pyrrho dicebatur: Pyrrhus Achylleides animoſus imagine patris. Natura enim ſilenter & tacitè in patrias vires æmula corda mouet. Et vt ait Horatius in 4. libr. Odarum,

Fortes creantur fortibus & bonis.

Vt (præter innumera alia ſcriptorum exempla) quotidie experimento cognoſcimus, quod optima ſemina, vt ſupra dixi in ſuos redeunt ortus. Et idem Horatius.

Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum uirtus.
Neque imbellem feroces generant aquilæ columbam
Laudantur ſimili prole puerperæ.

Et alias Pamphi. poëta.

Arbore de dulci, dulcia poma cadunt.
Demonſtrat ſignis prolem natura frequenter
Sæpé ſolet filius ſimilis eſſe patri.

Quare ſapienter Ædilium edicto cauebatur, & cauetur, vt in ſeruorum, & animalium vẽditione venditor exprimere teneretur animalium, & ſeruorũ originem, & nationem: quaſi plurimum referret ex bona & nobili propagine deriuarentur, vt elegãter dicit textus in. l. quod ſi nolit. §. quod ſi mãcipia. ff. de ædili. edict. Quem & plurima alia in propoſito refert Tiraque. in ll. connubia. l. 7. num. 1. & ſequenti. & eſt l. elegans part. 10 ti. 21. par. 2. [adonde deſpues de auer dicho las qualidades que ha de tener el buen cauallo dize, E aun ſobre todo eſto quiẽ biẽ los quiſiere conoſcer a de catar que vẽgã de buẽ linaje: ca eſta es la animalia del mundo que mas reſpõde a ſu natura.] Sicut per contrarium ex obſcuro & proditorio ſemine procreati iure præſumuntur infecto ſanguine participare, vt. l. quiſquis. C. ad legem Iuli. maieſt. & clericorum filij paternę inconti nentiæ imitatores, vt in cap 1. & per totum. de filijs preſbyt. [Y por eſto dize

esta ley: La hidalguia y nobleza, q̃ viene de los padres, es como heredad, q̃ les obliga: ca porende son mas encargados de fazer bien, y de guardarse de yerro y de mal: ca no solamente quando lo fazen resciben ellos daño y verguença, mas tambien aquellos onde ellos vienen. &c.] Et sic est notandum
Vnum tamen est,[que si ante los Alcaldes de hijos dalgo se presentasse priuilegio] ad probationẽ sanguinis, putà quia in eo continetur,quod princeps appellat aliquem ex anteceſſoribus litigantis hidalgo,[diziendo,q̃ como a hijo dalgo le haze alguna merced de encomienda,o tenencia,] vel aliud simile: isto casu bene possent cognoscere. Et eodem modo si ad maiorem vim,& ad obseruationem priuilegij[ante Oydores se hiziessen articulos de sangre,y nobleza,] possent eos admittere:imo etiam si incidenter, & per viam exceptionis occurreret causa nobilitatis ex sanguine coram audi toribus: & causa priuilegij coram los Alcaldes de hijos dalgo, possent cognoscere,argumento text.& ibi Bart: & Docto. in.l. 1. C. de ordi. iudic. vbi Paul.de Castr. expresse notat: quia licèt tales iudices principaliter & per viam actionis non possint cognoscere de his causis, tamen incidenter & per viã exceptionis possunt. Et eadem ratione,& iure procedit, quòd quotidie fit.s.quod vbi aliquis ad vitandum carcerem vel torturam allegat se nobilem,quilibet iudex (coram quo agitur talis causa)potest incidẽter cognoscere de nobilitate. argumẽ. doctrinæ Bald. singularis. in.l. non ignorat. C. de his qui accusar. non poss. & tenet Bald.in.l.qui ad ciuilia. C. de appella. quem refert & sequitur Ias.in. l. fin.in fin.verb.ff.de constit. princ. & per Iaco.Rebuf in.l.viris.de mag. scrib. lib. 12.& Cass.in const. Burg.rubri. 6. §.4. nu.5.& Petr. Nuñez de Auenda. in.c. 1.lib.1.num.29. en sus cap. de corregi. imo isto casu minor probatio solius reputationis sufficit, vt per eundem ibidem. Et est vnum valde notandum in istis causis, quod licèt in alijs quæ emergunt incidenter,& accessorie distinguatur, an pronunciando super principali videatur pronũtiare super accessorio emergenti, vt notat Paul. & Docto.in dict. l. prima. & in.l.pen. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & in l.si quis à liber.§.si vel parens. ff. de libe. agnos. isto tamen casu sine aliqua distinctione verum est, quod non videtur pronuntiatum, nec potest pronuntiari:quia vbicumque iudex, qui cognoscit de principali, non posset principaliter de incidenti cognoscere, sed tantum accessoriè, & per viam exceptionis: tũc sententia lata in principali non extenditur ad accessorium. Imo non operatur litis pendentiam in eo, nec exceptionem rei iudicatæ, etiam si moueretur principaliter per modum agendi. vt singulariter declarauit Paul.de Castr. in dict.l. prima. in 2.colum. C. de ord. iudi. & Innocen. per ipsum relatus. Ex quorum doctrina repuli fundamentum quòd adducebatur per aduocatos, [en el pleyto de los particulares de Iaen, quod fuit bis remissum in hoc articulo: nam dicebatur ex parte aduersa, quod ex eo [que en el pleyto del fuero ante Oydores los de Iaen auian alegado en su defensa contra el fuero, y juntamente hidalguia de sangre, que despues pidiendoles principalmente ante Alcaldes particularmente como apecheros podian oponer] litis pendentia[y remisión a Oydores, por razon del pleyto del fuero dõde accessoriamente por via de excepcion auian alegado hidalguia de sangre.] Nã ad istam rationem respondi, vt dixi:quod ex eo

8

9 Si vero alternatiue aliquis coram ipsis alleget causam sanguinis, & petat se declarari [por hijo dalgo de sangre: y en caso que esto lugar no aya, pida ser absuelto por virtud de algun priuilegio particular,o general,]isto casu etiam si exhibeatur tale priuilegiũ, los Alcaldes no son obligados a inhibirse, antes pueden proceder y conocer del juyzio de sangre] cum super ipso principaliter sit fundatum iudicium: [y hasta que la parte se desista desto,no puede quitar el conocimiẽto a los Alcaldes,] licet (vt supra dixi) in sentẽtia debeat reseruari ius ex causa priuilegij.

An autem lite contestata super priuilegio pars possit trãsitum facere ad causam sanguinis, & è contra: dicam infra in suo loco.

SVM-

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIVM
Ex capite sequenti.

1 *AN in his causis expediat prouocare, uel prouocari.*
2 *Fiscalis & communitates citra inquietationem & pignoris capturam possunt prouocare.*

AN EXPEDIAT IN his causis prouocare, vel prouocari.

CAP. III.

VISO Qualis debeat esse persona actoris, & qualis persona iudicis in his causis dubitatur, vtrùm expediat particulari, vel fisco prouocare ad iudiciũ vel prouocari? Et videtur, quod secundum regulas iuris communis expediat magis prouocari ex multis priuilegijs, quæ dãtur prouocatis & reis, cum sint fauorabiliores, & possessores plerumq;, & liberi ab onere probandi: & habeant alia multa priuilegia, quæ ponuntur à Philipp. Decio in regula Fauorabiliores. ff. de regulis iuris. Sed hoc non obstante dico, quòd in his causis expedit multum prouocare vna vrgentissima consideratione, scilicet, quia is, qui prouocat, licèt petat se declarari nobilem, & non teneri ad tributorum solutionẽ, nec inquietari in sua quasi possessione: tamẽ ad finem libelli fere semper suspendit petitorium, & protestatur, quòd cognoscatur super poss. duntaxat, si suo iuri magis conueniat: & isto respectu, cùm facilior sit probatio posse. quàm dominij tam de iure communi quàm regio, vt in. l. is qui destinauit. ff. de rei vendica. & in pragmatica de Cordoua quæ loquitur circa probationem nobilitatis, & dicit: [que para ser amparado en la possession de hidalguia baste que el hidalgo prueue possession de si, y de su padre, y abuelo, aunque no prueue immemorial,] quòd requiritur in petitorio: est grandis vtilitas in hac faciliore probatione, quia si esset prouocatus à communi & Fiscali, cùm isto casu iudicium est & fundatur super petitorio, haberet necesse probare de immemoriali: aliàs succumberet & cõdemnaretur, etiam si probaret de quasi possessio. sua & patris & aui. Quia licèt istud sufficeret ad possessio. (vt dictum est) quia tamen petitorium intentatum à communi & Fiscali absorbet iudicium possess. non sufficeret, nec isto casu iste prouocatus potest suspendere petitorium: sicut quando prouocat, & est actor secundum communes opiniones, & stylum cancellariæ: de quo infra suo loco dicam. Ecce igitur vbi in nostra materia est casus anomalus extra regulas iuris communis, vbi expedit magis prouocare, quàm prouocari.

Sed inuestigandum est, quare liceat communitatibus & Fiscali prouocare absolutè, & liberè, & sine aliqua inquietatione particularis: ipsi tamẽ particulari non licèt, nisi quando realiter inquietatur, & ostendit testimonium capturæ pignoris realis, vt supra dictum est, cũ iudicia debeãt esse æqualia? Respondeo, quod si bene inspiciatur, non est aliqua inæqualitas: quia nunquam fiscalis, vel communitas prouocat, nisi quando particularis denegat, vel prætendit denegare solutionem tributorum, & dicit se nobilem: quo casu ipso facto videtur turbare, & subuertere quasi poss. quam princeps habet de iure communi contra omnes subditos, sicut in simili dicit Innocen. in. c. suborta. de re iudi. quod eo ipso quod vasallus denegat recognitionem & obedientiam domino, videtur eum spoliare sua quasi possess. quod dictum refert Abb. in cap. querelam de electio. & Ioan. Corrasius in l. naturaliter. §. nihil cõmune pen. col. ff. de acquir. poss. facit text. in. l. si rem mobilem. ff. eodẽ. tit. & in l. fina. C. eodem: vbi dicitur, quod eo ipso, quod inquilinus, vel colonus denegat restitutionem possess. domino, videtur eũ spoliare, & dantur ei remedia possessoria: aliàs, si particularis liberè & spontaneè agnoscat, & soluat tributa, superfluum & inutile esset fiscali, & cõmunitatibus prouocare particularem ad iudicium, cùm posset eis dici: quod petitis iam habetis. Nec erit vtilis prouocatio ad effectum, quod declaretur ius principis in futurũ, & perpetuum: quia cum princeps habeat fundatam semper & ad semper intentionem suã de iure communi in his tributis, non habet necesse aliam declarationem, quod non est ex parte particularium, & ideo diuersum ius ex diuersa ratione statutum est.

SVMMARIVM
ex capite sequenti.

1 *Libellus in his nobili. causis ex parte particularis qualis esse debeat: & forma ipsius.*
2 *Declaratio aliquarum clausularum libelli.*

DE FORMA ET DECLAratione libelli.

CAP. IIII.

VIso quòd expediat prouocare, quæro qualis debeat esse libellus ex parte particularis? Respondeo, quod libellus in nobilitate sanguinis, & generis ex parte particularis debet esse talis vt sequitur.

Magnificos señores Alcaldes de hijos dalgo, y notario de Castilla, o Leon.

ANTON Perez en nombre de Francisco vezino de tal parte demando ante vuestras mercedes al cõcejo justicia, y regimiento de la dicha ciudad, y al Licenciado Arce de Otalora fiscal de sus Majestades en esta su corte y Chãcilleria, y digo que siendo el dicho mi parte como es hombre hijo dalgo notorio de padre, y abuelo de deuẽgar quinientos sueldos (segũ fue

10 de

Universidad de Deusto
Biblioteca

ro de Eſpaña) y auiendo eſtado el y los dichos ſu padre y abuelo en poſſeſſion y reputacion de hombres hijos dalgo notorios en la dicha ciudad y en los otros lugares donde han viuido, y morado, y tenido bienes y hazienda, de vno, diez, veynte, treynta, quarenta, cinquenta años a eſta parte, y tanto tiempo aca, que memoria de hombres no es en contrario, no pechando, ni contribuyendo en ningunos pechos Reales, ni concegiles, en que los buenos hombres pecheros pechan y contribuyen, y ſon libres, y eſentos los hõbres hijos dalgo: y auiendoles ſido guardadas todas las hórras, franquezas, y libertades, y eſſenciones que ſe guardan y deuen guardar a los hombres hijos dalgo notorios de ſolar conocido, ayuntandoſe con ellos en ſus ayuntamientos, y yendo a las guerras y llamamientos, que ſus altezas han mandado hazer de los hõbres hijos dalgo de ſangre, agora de poco tiempo a eſta parte las partes cõtrarias enquebrantamiento de la dicha ſu hidalguia y poſſeſsion, que el y el dicho ſu padre y abuelo han tenido y gozado le han empadronado, y ſacado prendas por pecho de pecheros, como parece por eſte teſtimonio que ſe preſento. Y aunque por mi parte fueron requeridos, que no le empadronaſſen, y que le boluieſſen ſus prẽdas, y guardaſſen la dicha ſu hidalguia y poſſeſsion della, no lo han querido hazer ſin contienda de juyzio: porende a vueſtras mercedes pido, que auiẽdo eſta mi relacion por verdadera, o la parte que baſte por ſu ſentencia definitiua pronuncien y declaren al dicho mi parte por hombre hijo dalgo notorio de padre, y abuelo: y el y los dichos ſu padre y abuelo auer eſtado y eſtar en la dicha poſſeſsion de no pechar ni cõtribuir en ningunos pechos ni derramas Reales, ni concegiles, en que pechá y ſuelẽ pechar los buenos hombres pecheros: y condenen al dicho concejo, y fiſcal aque agora y de aqui adelante le guarden la dicha ſu hidalguia: y que le quiten y tilden de los padrones de los buenos hombres pecheros en que le tienen pueſto, y enpadronado: y que no le pongan, ni repartá en pechos ni derramas Reales, ni concegiles en que pechan y cõtribuyen los pecheros, y le bueluan, y reſtituyan las prendas, que por los dichos pechos le han ſido ſacadas, y tomadas tales y tan buenas como ſe las ſacaron, o por ellas ſu juſto valor, y eſtimacion, haziẽdole ſobre todo entero cumplimiento de juſticia. Para lo qual, y en lo neceſſario el officio de vueſtras mercedes imploro: y pido juſticia y coſtas. Y juro a Dios y a eſta cruz en anima de mi parte, que eſta demanda no la pongo de malicia, ſino que la entiendo probar con teſtigos y eſcripturas.

Otroſi digo, que proteſto ſuſpender el juyzio de la propriedad, cada y quando que al derecho de mi parte cõueniere, y ſi es neceſſario deſde luego le ſuſpendo, ſi le conuiene, y no de otra manera.

In hoc libello ſunt aliqua notanda. Pri-

Primum, particularis intentat coram
2 iudicibus, qui vocantur [Alcaldes de los hijos dalgo,] vt patet in deſcriptione ibi (nobles ſeñores) qui ſoli ſunt iudices competentes. Secundum, quòd actor dirigit iudicium contra communitatem, & cõtra fiſcalem, ibi dum dicit [demando al concejo, juſticia, y regimiento, y al Fiſcal] quòd neceſſarium eſt, vt ſupra dixi: alàs iudicium & ſententia eſſet nulla, vt in dicta. l. 6. titulo delos hijos dalgo. libro. 3. ordina. Et procedit ea ratione, quam dixi ſupra, ſcilicet, quia in hoc iudicio vterque prætendit intereſſe principale, tam communitas, q uàm fiſcus, vt dixi. Tertium eſt attendendum dum dicit [que ſiendo como es el dicho mi parte hombre hijo dalgo notório.] In quibus verbis introducit proprietatem, ſeu iudiciũ petito. quod conſiſtit in hoc ſcilicet, [en ſer hijo dalgo notorio, que es la ſubſtancia de la hidalguia y nobleza:] quia verbũ ſum, es, fui, denotat realitatem & ſubſtantiam, vt in l. merces. la ſegunda. vbi gloſſa. ſingu. ff. de verborum ſignificatio. quartum ibi dum dicit [y hauiendo eſtado el y los dichos ſu padre y abuelo] inducit poſſeſſ. Y mas a baxo do dize (de vno, cinco diez, veynte. &c.] Introducit poſſ. immemorialẽ, quæ probata ſufficit tam ad obtinendum in poſſeſſ. quàm in petitorio ſecundum pragmaticam, vt in ſuo loco dicetur. Quintũ eſt notandum, [que dize (en poſſeſsiõ de no pechar en pechos reales, ni conceſiles en que pechan los buenos hõbres pecheros.] Ex quibus verbis eſt notandum, [que la principal poſſ. de hidalguia es no pechar, y que hay pechos Reales, que ſon los que ſe deuen y pagan al Rey como ſeruicio ordinario, y extraordinario, y pedidos, y monedas,] & his ſimilia: y hay pechos concejiles, como ſon los q̃ los concejos concejilmente reparté para ſus neceſsidades, y gaſtos. Item dize en que los buenos hombres pecheros] ad de notádum, [que ay pechos en que pechan los hijos dalgo, como ſon en fuẽte, y puentes, y reparos publicos,] vt infra dicetur. Item ſubdit [auiendoles ſido guardadas las honrras, y franquezas. &c.] Quæ & qualia ſint iſta infra dicetur. Subdit [y yendo a las guerras y llamamientos, que ſus altezas han mandado hazer de los hombres hijos dalgo de ſangre.) Eſto ſe pone por ſer acto poſitiuo de poſſeſsion. Y dize con myſterio (hijos dalgo de ſangre) porque los que van a las guerras por llamamientos de ſangre van llamados, y de ſu voluntad: pero no compelidos ni apremiados como los hidalgos de priuilegio y caualleros armados, que van forçados, ſo pena de perder los priuilegios, vt ſupra dixi. Dize luego ahora en quebrantamiento han empadronado, y ſacado prendas.] Hæc eſt inquieratio & perturbatio ex qua oritur ius agendi: & eſt neceſſaria realis, hoc eſt, captura pignoris, tam ſecundũ ius commune, quàm ſecundũ prágmaticas. vt ſupra dixi. Sequitur [como pareſce por eſte teſtimonio.] Sine quo nõ admittitur libellus. vt dixi: [y ha de ſer de pecho de pecheros,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tos, y ſacada la prenda por mãdamien to del concejo, como dixe. Lo q̃ ſe ſi-gue (y aunq̃ por mi parte. &c.) Hoc eſt de vrbanitate nõ de neceſsitate.] vt di citur in §. appellamus. vbi glo. inſt. de actio. & in. l. quidã Iberius. ff. de ſeru. vrba. prædi. Et eſt generale in omnib' libellis. Sequitur concluſio libelli (po-rende a vueſtras mercedes pido.) &c. In hac concluſione eſt attendẽdum, quod concluditur ſimul: & ſemel ad peti. & poſſeſſ. Nam in quantum dicit [declaren al dicho mi parte &c.] Eſt concluſio ad petitorium: [y en lo de adelante (y auer eſtado, y eſtar en poſ-ſeſsion)] eſt concluſio ad poſſeſſo. Itẽ quod ſequitur [y condenen al dicho cõcejo y Fiſcal, a q̃ agora, ni de aqui a-delante.] Eſt cõcluſio cõueniens tam poſſeſſo. vti poſſi. quàm propri. vel pe ti. intenta per negatoriam. vt infra la-tius dicetur. Et quod ſequitur [y que buelua las prendas.] In quibus verbis includitur ſpecies quædam reſtitutio nis & ſpoli. vt infra dicam.

Finaliter [en el verſiculo. Otroſi, ſe ſuſpende la propriedad condicional-mente, ideſt, ſi conuiniere al derecho de mi parte.

SVMMARIVM
ex capite ſequenti.

1 *Vo iure in his nobilitatis cauſis ſuſpẽdatur petitorium à particulari actore.*
2 *Ad inſtantiam Fiſcalis cogetur particularis declarare, an uelit proſequi petito. uel poſſe.*
3 *An in his cauſis proprie competant remedia poſſeſſoria.*
4 *Quando particularis habet domicilium in diuerſis locis ubi debet agere.*
5 *An ſuſpenſo petitorio per particularem, Fiſcalis poſsit intentare petitorium?*

6 *Nobilis ſuccumbens in poſſeſſorio coram primis iudicibus an poſsit redire ad petitorium in cauſa appellationis uel ſupplicationis, primo ſuſpenſum, & caſu quo admittatur qualiter concipienda ſit ſententia.*

QVO IVRE IN HIS cauſis ſuſpendatur petito.

CAP. V.

IST Æ ſunt particulæ ſubſtantiales totius libelli, ex quibus neceſſa rium eſt tractare vnũ, vel duo. Primum, quo iure procedat iſta cumulatio petito-rij, & poſſeſ. Secundum qualiter pro-cedat ſuſpenſio eiuſdẽ peti. & ad quẽ effectum fiat. Circa primũ dicendum eſt, quod licèt pro re corporali nõ poſ ſit intentari ab vna perſona petito. & poſſe. retinẽdæ. vno reſpectu propter cõtrarietatem, quæ reſultat. vt in. l. na turaliter. §. nihil cõmune. cum ſua ma teria. vbi Ripa nu. 150. & in. l. ordinarij C. de rei vendi. & in. l. incerti iuris. C. de inter. & in. l. ſi de vi. ff. de iud. & in cap. paſtoralis de cau. poſſeſſ. & pro-prie. & in. l. 27. tit. 2. par. 3. Tamẽ pro iu ribus incorporalibus bene poſſunt in tentari etiam vno eodemq̃ reſpectu: quia ceſſat contrarietas, cum pro iu-ribus incorporalibus cõpetant reme-dia, & actiones reales etiam poſſeſſori bus: vt in. §. æquæ ſi agat. inſtit. de a-ctio. vbi Iaſo. nu. 40. Feli. poſt Abb. in cap. examinata. de iudi. l. ſed & ſi fortè §. ſciendum. ff. ſi ſeru. vendi. Bart. nu. 3. in. l. ſi prius. ff. de no. operis nun. gloſ. c. cũ eccleſia ſutrina. Bal. in. l. ordina-rij. in

rij. in. 3. col. in verſiculo ex quibus om nibus ſic conclude. C. de rei ven. & in §. omnium, cum ſua materia, inſti. de act. quod non eſt in rebus corporali-bus, vt bene declarat Paulu. in dicta. l. ſi de vi. penult. col. & Docto. vbi ſu-pra, maximè Ripa in dicta. §. nihil, nu. 150. & idem in ſeptimo reſponſo, & Dominus Doctor Couarruuias in ſuo libro primo Variarum reſol. cap. 16. num. 10. cum ſequentibus. Et hac ratione in his cauſis, cum agatur de iu re nobilitatis, quod eſt incorporale, bene poſſunt cumulari in vno libel-lo petito. & poſſeſſ. quia bene ſe com-patiuntur, & procedit, quod quis pe-rat ſe declarari nobilem, & non obli-gatũ ad tributa: & ſimul manu tenea-tur, & defendatur in ſua quaſi poſſeſſ. Nec obſtat ſi dicatur, quòd cùm ſen-tentia abſolutoria lata in petitorio ob ſtet agenti poſſeſſorio retinendæ ſecũ dum communem opin. de qua in. d §. nihil commune, videtur quòd etiã in incorporalibus non ſit licita cumula-tio, ex regula. l. fundi, & fundus. ff. de except. Quia reſpon. eſt vt per Ripam in. d. §. nihil nu. 152. vbi in ſpecie reſpõ dit huic obiectioni. Et ex hoc videtur deriuari ſecundũ, ſcilicet, quod licite, & iuridice in limine iudicij ante litem conteſtatam poſsit ſuſpendi petitoriũ ex regula textus in. c. paſtoralis. &c. ſi-gnificauerunt. extra de teſtibus. quod ex vſu, & quotidiano ſtylo hodie in his nobilitatis cauſis eſt magis com-probatũ, & per pragmaticam Regum Catholicorum editam Cordubæ an-no. 1492. expreſſe permiſſum vt ex eius verbis patet, licèt poſt litis conte ſtationem magis communis conclu-ſio videatur, quòd non poſsit ſuſpen-di, vt teſtatur idem Ripa in d. §. num. 154. Licèt contrarium voluerit ibi Bartol. in fine primæ combi. quem ſa luat idem Ripa, & tangit Dominus Doctor Couarruuias lib. 1. Variarum reſo. c. 16. num. 12. Et pro iſta commu ni opinione adducitur tex. in authen. qui ſemel. C. quomodo, & quando iu dex, quem inducit Ripa & Alex. Nec obſtat tex. in clementina vna. de cau. poſſeſſ. vbi permittitur ſuſpenſio peti. quia illud eſt ſpeciale in odium ſpolia toris, ſecũdum magis communem in-tellectum teſte Alex. & Iaſo. in. l. 1. de carbo. edict. & eodem Ripa. vbi ſupra. num. 147. & idem Alexã. in. l. ſi prius. num. 42. ff. de noui operis nunti. Nec obſtat text. in. d. c. ſignificauerunt de teſti. & in. d. c. paſtoralis: vbi etiã poſt litis conteſtationem poteſt ſuſpendi petitorium, & agi poſſeſſorio, dum-modo nõ ſit in cauſa cõcluſum. Quia illa iura loquuntur in interdictis adi-piſcendæ, & recuperandæ, in quibus hoc licet, ſecus tamen in poſſeſſorio retinendæ, de quo agimus: nec etiam obſtabit quod is qui agit ſuper iure no biliratis, non ſolum videtur intentare remedium retinendæ, ſed etiam recu perandæ: cùm quodammodo ſit ſpo-liatus iure ſuæ poſſeſſ. eo ipſo quod in collectatur, [y le empadronan y ſa-can prendas,] quo caſu nemini du-bium eſt, quod actor ſpoliatus poſsit ſuſpendere petitorium, etiam poſt li-tem conteſtatam ante concluſionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

cauſæ,vt in.d.c.paſtor.& in.d.c.ſignificauerunt quia huic cõſiderationi reſpondetur, quòd cum princeps habeat fundatam intentionem ſuam, tam iure communi quàm regio, non videtur aliquem ſpoliare, cùm vtitur ſuo iure. Iuris enim executio nullam habet iniuriam vt in l. iniuriarum. ff. de iniu. & dixi infra. c.3. tertiæ part.3. princip.pe.& fi.col.procedit ergo cõmunis ſtyllus Cancellariæ in his nobilitatis cauſis ea iurisratione,quia ſuſpẽſio petitorij fit ante litem cõteſtatam in ipſa libelli oblatione,quo caſu ſecũdum cõmunem opinionem poteſt ſuſpendi.Quia d.auth.qui ſemel,nõ habet locũ ante litis cõteſtationem,licèt glo.& Docto.aliqui contrariũ velint: procedit etiam iure regio vigore pragmaticæ Cordubenſis, quæ clarè hoc permittit ibi dũ dicit,Suſpẽdiere el petitorio en tiẽpo y enforma deuidos, An autẽ particularis reus poſsit ſuſpẽdere petitorium,à Fiſcali, & cõmunitate intentatum,eſt articulus valde dubius, de quo dicã infra ſuo loco in.ca. 3.tertiæ partis tertiæ principalis.Poteſt etiam dubitari,quo iure fundetur idẽ ſtyllus, in quantum iſta ſuſpenſio fit conditionaliter, ſcilicet, [proteſto de ſuſpender el petitorio: cada y quando, que al derecho de mi parte cõuiniere,y ſi neceſſario es deſde agore le ſuſpẽdo.]Cum libellus ſit fundamentum iudicij, & iudicium tanquam actus legitimus non poſsit recipere diem nec conditionem. vt in. l. actus legitimi, & in regula actus, de regulis iuris, maximè quia ex iſta ſuſpenſione quodãmodo libellus redditur obſcurus, & alternatiuus. Vnum tamen crederem, quod dato quod talis ſuſpenſio admittatur ex cõmuni practica & ſtyllo,pars fiſci & communitatis poſſit petere ab actore,quod declaret ante concluſionem,in quo duorũ remediorum concludit, an in petitorio, an in poſſeſſ. quia ex tali declaratione reſultari poſſunt plures effectus vnus quòd facta declaratione, teſtes tantum probabũt in remedio electo, & publicatis atteſtationibus non poterit pars citra reſtitutionis auxilium producere alios in illo,ſed in altero ſic vt ſingulariter conſuluerunt domini de Rota deciſio.437.in nouis. & Corraſius in dicta. §. nihil commune.vbi refert & commendat ſuper textum in tertia regula numer.12. & ibi ponuntur alij effectus. 2

Item quia non ſit litis pendentia ex vno iudicio ad alterum: vel ex poſſe. ad petito.& econtra. Item quia ex declaratione videbit altera pars an debeat probare:vel nc.Item quia iudices clarius & facilius determinabunt. Itẽ ceſſabunt aliqua inconuenientia pragmaticarum. Et poſſunt conſiderari plures alij effectus,de quibus per Specula.in titu.de peti §.primo. & dominos de Rota in dict.deciſio.& per Ripam.vbi ſupra.

Sed adhuc videtur conſiderandum nouum & ſubtile dubium, ſcilicet, quod videtur, quod in his cauſis non habeat nec poſsit habere locum remedium poſſeſſ.ex neutra parte:quia particularis agit pro iure mere perſonali nobilitatis & exẽptionis conſequendæ,Rex verò vel communitas pro iure perſonali ſubiectionis, & pro iuribus mere perſonalibus non datur remedium poſſeſſ. vt per legiſtas in l.ſi certis annis.C.de pactis.& eſt text. in l.fina. ff.quorum bonorum. traditur per Canon.in ca. querelam. de elect. licèt de iure Canonico ſit ſecus ſecundum magis communem conclu. Docto.in d.ca. querelam per textum ibi: quam opinionem ſeruat totus mundus.vt ibi dicũt Docto.& Cora. in di. §.nihil commune.pen.& fi.col. & iſto reſpectu poteſt in his cauſis intentari remed. poſſ. Vel aliter poteſt reſponderi,& verius, quòd in his cauſis non poteſt dici hoc ius nobilitatis mere perſonale,ſed mixtum, vt dictum eſt: cum non ſit ſimpliciter obligata perſona propter ſe,ſed propter res: ideo bene poteſt cõperere remedium poſſ. vt dicitur de cenſu.in d.c.querelam & etiam ex parte particularis poteſt conſiderari:idem cum agat pro libertate & exemptione perſonæ,& bonorũ ab iſto munere collectarum, quod eſt mixtum,vt ſupra dixi. 3

Eſt etiam attendendum,quod ſi particularis habeat bona & domicilium in locis diuerſarum iuriſdictionum, ſcilicet[de Tajo aca,y de Tajo alla].Et inquietetur tantũ in bonis vnius territorij,debet prouocare & tractare iudiciũ in territorio, vbi inquietatur, etiã ſi habeat principale domicilũ in altero. Vtile tamẽ erit citare communitatem alterius territorij vbi habitat, ne forſan in futurum(ſi habeat ſentẽtiam pro ſe)obijciatur illi, quòd non nocet illi communitati, cũ tempore litis haberet ibi domiciliũ principale & non fuit citata:quod non eſt extra iuris rationem. Et idem eſt ſi habitet in loco libero & inquietetur perſona quæ habet in alijs locis non liberis, pro quibus tenetur ad collectas & tributa argumento text.in.l.4.&.5.titulo de los excuſados.lib.4.in ordina. regalibus. & l.11.eod.tit.Et pragma. de Madrid. 76.Regis Henrici fol. 75. quæ expreſſe diſponit quod pro bonis ſitis in aliquo loco teneatur q.s cõtribuere, etiã ſi domicilium & habitationẽ habeat in alio loco: cuius diſpoſitio expreſſim confirmatur per prag.130. dada en Valladolid año de,1537. An vero hoc procedat ſtante conſuetudine immemoriali in cõtrarium tractauit Petrus Nuñez de Auendaño in lib.2.reſpon.16.quem vide.

Eſt etiam dubium non facile, an intentato iudicio per particularem, & oblato libello cum ſuſpenſione petitorij (vt fit) Fiſcalis, vel communitas poſsit intentare petitorium contra illum maximè ante litem conteſtatam: & quale horum iudiciorum debeat ſe qui & præferri: vel an ambo ſimul poſsint ſimul tractari, quod frequenter occurrit in facto. Et videtur quod cauſa particularis ſit præferenda, & proſequenda: tum quia particularis prius egit,& prouocauit, & ex regula iuris.qui prior. &c. vt in l. qui prior. ff.de iudicijs cum ſimilibus: tum etiã quia cum per particularem ſit ſuſpenſum iudicium petitorium, & ſolum

Universidad de Deusto
Biblioteca

velit prosequi possessorium, illud debet præferri petitorio intentato per Fiscalem, & communitatem ratione ordinis, & causæ. vt in .l.si de vi.ff.de iudic. & in.l.incerti.C.de interdicta. & in.l.ordinarij.C.de rei vendic. & latè per Doctor. in §.nihilcommune.tum etiam ratione contrarietatis.

6 Pro contraria tamen opinione: imò quod isto casu possit intentari, & cumulari causa petitorij intenta per Fiscalem, & simul tractari cum possessorio, maximè quando lis non erat contestata in possessorio. facit doctrina Bart.in.l.naturaliter.§. nihil commune in quarta combinatione. vbi in expresso hoc videtur dicere, & ibi illum sequũtur plures, & cum illo tenet cõmunis opinio secundum Ripam ibidem nu.166. Imo etiam lite cõtestata super libello particularis, & facta suspẽsione petitorij potest cumulari per Fiscalem iudicium peritorium, quando iudicia tendunt ad diuersos fines & procedunt diuersis respectibus secundum eundem Bartol.ibidem.in.5. combinatione in fina. versi. & secundum Ripam.in dict.nu.166. loquendo in interdicto retinendæ, quo agitur in his cãusis: & in hoc etiam communiter approbatur. Et hæc pars videtur comprobari efficacissima iuris ratione: quia quando duo iudicia taliter se habent, quod sentẽtia lata in primo nõ parit exceptionem rei iudicatę in alio bene possunt cumulari. vt tenet Bar. & cõmuniter Doct. in.d.§.nihil cõmune & in .l.edita. C.de eden. per.l.si fundus. & per.l.si fundum.ff. de exec. Sed in isto casu sententia lata in poss.in fauorem particularis nõ parit exceptionẽ rei iudicatę in petitorio intẽtato à cõmunitate & Fiscali, ergo. Item cum iudicium proprietatis absorbeat iudicium posse. vt in.ca.pasto. & in.c.cum dilectus de cau. posse. & propri. & in c.cum ecclesia suttrina, ecetit dato quod ambo iudicia non possent simul tractari, potius est tractandum petitorium, quàm poss. cum petitorium ius ambarum partium comprehendat, & excusentur sumptus & dilationes alterius iudicij, quæ fierent, si finito possess. inchoaretur petitorium, & in his causis sequeretur maximum præiudicium fisco & communitatibus: quia si particularis obtineret in possess. gauderet possessione immunitatis, & esset difficile Fiscali, & communitatibus finire petitorium, & per consequens defraudaretur Cæsaris patrimoniũ. Et ista pars videtur de iure verior, licèt difficiliter, & ratò in ea obtinuerim, tenendo illam, non obstant rationes pro prima opinione adductæ: nam ratio ordinis nõ impedit petitorij cumulationem præcise, sed causatiuè: vt declarat Barto. & doct.in.d.§.nihil commune. & ibi Ripa nu.176. quod clarè constat: quia si præcise impediret, nunquam ista iudicia possent cumulari: quod manifeste falsum est, cùm pluribus casibus cumulentur, & cõcurrant. vt per Docto. in .d.§.nihil commune. & in.d.c. pastoralis. Tandem articulus videtur dubius: [Y assi en el negocio de Rodrigo Campuzano de Buendia tuue vn auto

auto en mi fauor siendo Fiscal, y otro contra.]

Dubium tamen est pulchrum, & nõ facile, scilicet, an nobilis pronũciatus plebeius in possessorio iudicio agitato coram primis iudicibus, quos vulgus [Alcaldes de hijos dalgo] appellat, vidẽs se omnino deficere in probatione possessionis, possit coram regijs auditoribus tam in primo quàm in secundo gradu transitum facere ad iudicium proprietatis deducendo petitorium primitus coram dictis iudicibus per eum suspensum petendo se declarari nobilem in proprietate.

Quare in re etiam illud secundo loco videndum erit, qualiter concipienda sententia erit per regios auditores, eo casu, quo iste transitus admitteret probaretq; nobilis veram proprietatem nobilitatis: quapropter esset ab eisdem super ea ferenda sententia.

Quantum ad primum, facie prima videtur id iure posse fieri: primo ex vi illius protestationis in libello coram prædictis primis iudicibus factæ, qua cauetur, [que suspende el peritorio en quanto le fuere vtil, y prouechosa la tal suspension, y no de otra manera,] quapropter quotiescũque nobilis viderit sibi damnosam esse prædictam suspẽsionẽ eo quòd in possessorio deducto condemnatus est, nec in eo valet obtinere vtiliusque sibi esse petere se declarari nobilem in proprietate, optimo iure poterit factam suspensionem tollere ad effectum peritorium deducendi.

Item ex decisione text.in clem.1.§. vlt.de cau.poss.& propri. qua cautum est in causa beneficiali per appellationem ad sedem apostolicam deuoluta partibus licere petitorium, & possessorium cumulare, cuius dispositionem & regulam omnibus causis esse communem, & seruandam apud quemcunq; iudicẽ appellationis sensit Rota decis.382.in nouis. Anto. in.c.pastoralis.§.si vero.col.1.Card.col.pe.de cau. poss.& pro.lata ergo sententia in fauorem fisci, & cõmunitatis, [por los Alcaldes de hijos dalgo in iudicio possessorio coram eisdem agitato iure poterit nobilis condemnatus peritorium suspensum deducere coram auditoribus regijs ad effectum, vt tam de possesione quam de proprietate suæ nobilitatis agatur.

Rursus in id poterit adduci egregia doctrina Bartol.in.l. per hanc.2.col. ad finem, versiculo, sed substinendo gloss. vbi concludit apud iudicem ad quem posse fieri cumulationem nouo libello porrecto quem sequitur Paul. ibi.2.coll.post addi. Barto. Bald.in.l. si quis libellos.C. de appel.

His tamen non obstantibus contraria opinio iure verior est, imo quòd nobilis minime valeat noua petitione oblata coram regijs auditoribus petitorium deducere, de quo nondum quicquam actum fuit coram primis iudicibus, à quorum sententia ad auditores appellatum fuit sed tantum de possessione.

Primo ex iuris regula, quæ habet iudicem appellationis non posse aliam causam tractare nec cognoscere quã

eam de qua appellatum est & cognouit iudex à quo.l.eos. C.de appel.cle. appellanti.eo.tit.

Secundo ex illa verissima & cõmuni opinione quę à regula modo relata fomentum recipit,scilicet coram iudice appellationis non licere per aliquã partem petitorium cum possessorio ante iudicem à quo agitato:vel è contra cumulare,sicuti præter alios in terminis rem istam magistraliter explicat Abb.in.ca. pastoralis de cau.poss. & pro.col.pen.& ibi omnes,& in.cap. 2.de ordin.cogni.quibus in locis communis est opi. decisionem dictæ cle. quam pro proris partis fundamento attulimus tãtum habere locum in causis beneficialibus, & his similibus, vt in eisdem quid peculiare atque speciale sancitum sit.Preter quos cõmunem hãc fatẽtur omnes qui hactenus in.d.cle.scripserunt:præcipuè Stephanus,Imol.nu.9.Bonif.nu. 41. Paul. de Castr.consi.277.col.2.Rota.in decis. 205. in nouis.post glo.in. d.cle.versi. beneficiali. & ibi Cardi. Zabar. 5.col. 4.quæstione.

Instruitur etiam hæc opinio ex verbis regiarum pragmaticarum in id loquentiũ[por las quales parece que se requierẽ tres sentencias para q̃ vno sea dado por hijo dalgo en possession, y otras tantas en propriedad,]pręcipuè in prag.Cordu. secundũ quod etiam si nobilis coram regijs auditoribus petierit se declarari nobilẽ in proprietate,videtur quod ante omnia essent ferendæ sententiæ tres in possessorio.

Ex quibus, & alijs cum casus occurrisset in hac regali Cancellaria,[En la causa de vn vezino de Castro Mocho] non obstante dicta deductione petitorij antea suspensi,[fue cõfirmada la sentencia de Alcaldes dada en possessió en fauor del concejo y Fiscal, Aun q̃ le reseruaron el derecho a saluo en la propriedad.]Non tamen fuit res absq; dubio & cõcertatione imò tanquàm valde dubia fuit à prima iudicũ aula ad secundam, & tertiam remissa,inter quos suffragium præstiti. Moti ergo principaliter fuerunt ex his quæ in specie egregiè adnotauit Abb.pen.col.in d.c.pastoralis,& Imol.in.d.clem.

Est tamen aduertendum,licite quãdoq; posse fieri trãsitum apud regios auditores ad proprietatem per nobilem,qui primo succubuerat in possessorio, idq; licitum erit casu quo nouo porrecto libello, aut in libello quo grauamina expressantur,petierit sede clarari nobilẽ in proprietate,hoc est,[ser hijo dalgo notorio de solar conocido de deuengar quinientos sueldos &c.] & addiderit, y si para hazer este nueuo pedimiento en propriedad y alçar la suspension que della tenia hecha, es necessario renunciar el juyzio possessorio en q̃ estoy condenado para effecto de poder ser declarado por hijo dalgo en propriedad,y o le renũcio y del me aparto, y no en mas ni a liende]hac enim renũtiatione iudicij primitus agitari prẽmissa bene poterit coram regijs auditoribus tractari iudiciũ proprietatis:quod procedit secundũ opinionẽ Card. Zabare. in. d.cle. in.3.col.versicu. sexto oppono, & ex mente Abb.in.d.c.pastoralis.pen.col. & scribẽtium maximè modernorum in.l. naturaliter. §.nihil commune.ff. de acquir.poss.

Dubiũ tamen est vt secũdam principalis quæstionis partem absoluamus, isto casu qualiter ferẽda, & concipienda erit sententia, & an duæ requirãtur vna scilicet cõfirmatoria[en possessió, y otra de por si atento los nueuos pedimiẽtos en fauor del hidalgo en propriedad. Et licèt Doct.in varijs locis illud tractauerint,scilicet,qualis debeat esse sententia cum simul petitorio, & possessorio fuerit actũ, modo de vtro que liqueat pro vna parte,vel diuisim, scilicet, de vno pro vna parte, de alio pro alia,& plures sint casus considerãdi, & distinguendi vt per eos maximè per Abb in dict.c.pastoralis,ante pen. col.& cum dilectus.c.cùm super.c.cũ ecclesia de caus.possess. & propriet.& & ibi exteri scribentes & Docto.in.d. §.nihil commune, nouiter tamen & singul.quo ad casum nostrum,de quo agimus dicendum erit[que la sentencia seria confirmarla de Alcaldes de hijos dalgo,y atento los nueuos pedimientos hechos sobre la propriedad, declarar por hijo dalgo al que litiga, condenando al concejo y Fiscal solamente a la restitucion de las prendas que al hidalgo se le ouieren tomado desde el tiempo que hizo el nueuo pedimiento en propriedad, y en los de antes absoluiẽdo al concejo y Fiscal, ex eo quòd commodũ bonæfidei possessoris est fructuum perceptio,prout fuit Rex isto casu quo præterid quod habet in tributis fundatã intẽtionem iure cõmuni, habuit pro se sentẽ. poss. quæ operatur retentionem & acquisitionẽ fructuum,[que son en este caso las prendas que cada año se le sacan al hidalgo que litiga,secundũ doctri.Io. Andr.relatam per Abb.in.d.c. pastoralis.ante pe.col.versi.& not.bene quod ex hoc, & dec. Rotæ. 405. in nouis sub tit.de re iud.tametsi quantũ ad nobilitatẽ ipsam sententia proprietatis lata in fauorẽ particularis absorbeat sententiã poss. latam in fauorem Regis iuxta vulgata. Prædictis ergo rationibus iustificatur & instruitur formula dictæ sententiæ. Quæ omnia forsan in hac nobilitatis materia hucusq; à nemine sunt tam serioscè & laboriosè discussa.

SVMMARIVM
ex capite sequenti.

1 Quid sit probandũ ex parte particularis ad obtinendũ in proprietate in his nobilitatis causis.
2 Referuntur & exponuntur uerba pragmaticæ Cordubensis, Anni. 1492.
3 Quid sit proprietas,nobilitatis & in quo consistat,& an possit considerari de per se,separata à possessione.
4 Princeps potest plebeum immunem & exemptum facere,& illi concedere ius nobilitatis: nõ tamẽ potest eum uere & essentialiter nobilem facere.
5 Referuntur & considerãtur uerba.l. 6.ti. 27.part.2.
6 Nobilitas causatur ex communi reputatione.
7 Nobilitas potest considerari in proprietate sola segregata possessione.
8 An ad obtinendum in his causis in possess.sufficiat docere de tit.& possess. anteceßorum.
9 Declaratur pragmatica Cordubensis.
10 An uere nobilis genere,qui passus est se incollectari,possit reclamare.

DE ESSENTIA, ET quiditate nobilitatis:& an in eo possit considerari proprietas distincta à possessione.

CAP. VI.

Vlterius & valde principaliter quæro, quid debeat probare actor particularis ad obtinẽdum in his causis. Respondeo, quod de iure communi non potest hoc explicari in terminis proprijs: quia istæ causæ nobilitatis sunt mere peculiares nostræ Hispaniæ, & quodammodo sunt anomalæ, & extra ius commune, ideò non possunt propriè determinari per leges Romanorum: sed de iure nostro Regio expeditum est per leges Regni, & per pragmaticas nouas, de quibus, cũ eas viderimus, expediemus an procedant secundum regulas, & rationem iuris communis, vel excedãt ab his, & quo iure, vel ratione fundentur.

Quare dico, quod particularis, qui prouocauit, & est actor super nobilitate generis de iure regni ad obtinendũ in proprietate debet probare possessionẽ suæ exemptionis, vel immunitatis, & patris, & aui. Cũ immemoriali cũ qualitatibus, & adminiculis à legibus, & pragmaticis requisitis: vt clare & plenè disponitur, [en la pragmatica de Cordoua del año de. 1492. La qual despues del prohemio, y prefacion 2
dize las palabras siguientes.

Y por aquella mandamos, y ordenamos, que de aqui adelante cada y quãdo que qualquiera que se dixere hijo dalgo, y litigare sobre su hidalguia, quier seyẽdo actor, o reo, quier ante Alcaldes de hijos dalgo, quier ante Oydores en qualquier grado, quepuedan conocer y se prouare enteramente de si siendo casado, o biuiendo sobre si, y de su padre y abuelo, en la manera que las leyes y pragmaticas destos Reynos lo disponen, que este tal sea pronunciado y dado y auido por hijo dalgo en possessiõn, y en propriedad. Otrosi si alguno dixere, que esta en possessiõn de hijo dalgo, y puesta la demãda en propriedad y possessiõ suspendiere el petitorio en tiẽpo y en forma deuidos, y pidiere que solamente se proceda enel possessorio, que este tal sea tenido de prouar la possessiõn de su hidalguia prouãdo la exempciõ y immunidad de su padre, y de su abuelo: por la qual probança parezca como el seyendo casado, o biuiendo sobre si y su padre y abuelo todas tres personas estuuieron pacificamẽte en reputacion y possessiõn de homes hijos dalgo en los lugares donde biuieron por veynte años cõtinuos y cumplidos, y que como a tales hijos dalgo los dexauan los concejos donde biuian de empadronar, y prendar en los pechos Reales y cõcejiles, y no por otra razõ alguna: y que se ayuntauã en sus ayũtamientos con los otros hijos dalgo en los lugares donde biuieron: que este tal sea mãdado amparar por sentencia en la possessiõ, vel quasi de la hidalguia: y le sea dada carta executoria de las sentencias, que sobre esto fueren dadas, quedando toda via reseruado a saluo el derecho de la propriedad al nuestro procurador Fiscal, y al cõcejo dõde es vezino aquel, por quien

quien fue dada la sentencia. Pero si el abuelo ouiere sido tã antiguo, que los testigos no lo pudieron conocer: que alomenos depongan del de oydas, y de fama publica de lo suso dicho, y del padre, y de si mesmo prueue de cierta sabiduria de los dichos veynte años por deposiciones bastãtes segũd y con los adminiculos, y qualidades que lo disponen los derechos, y las 3
dichas leyes, y pragmaticas de nuestros reynos: y que en quãto al abuelo esta tal sea auida por deposicion bastante, assi para propriedad, si sobre ella se fundare el pleyto, como sobre possessiõn, si solamente se siguiere el juyzio possessorio. Pero si este que cõtiende alegare y prouare possessiõ pacifica de si y de su padre de los dichos veynte años, y no concurriere la negligencia del concejo: de que haze mencion la pragmatica de Leon, que hizo el señor Rey don Enrique el tercero, mandamos que en este caso el que cõtendiere sea mandado por sentencia amparar en su possessiõn de hidalguia solamente para enel lugar do biuiere, quedando reseruado el derecho dela propriedad: y de otra guisa ninguno de aqui adelante pueda ser dado por hijo dalgo en possessiõ ni en propriedad, ni le sea dada carta executoria, ni priuilegio, y si de hecho fuere pronũciado por hijo dalgo, mãdamos que la sentencia, ni el priuilegio, ni la carta executoria que dello se diere no vala]

Hæc sunt verba dictæ pragmaticæ, quæ disponit circa probationem nobilitatis tam in iudicio proprietatis, quàm possessionis generalis & localis: cuius dispositio inuiolabiter obseruatur, & est in vsu quotidiano.

Sed quia (licet ista dispositio videatur clara, & idiomate nostro Hispano expressata) circa eam occurrunt, & occurrere possunt quotidie aliqua dubia, operæpretium erit & valde necessarium & vtile aliqua pertractare.

Et quia primo & principaliter ponit modum & formam probãdi proprietatem nobilitatis: deinde ponit requisita ad probationem possessionis & sic in his causis distinguit & separat proprietatem à possessione, inuestigandũ est vnũ, quod videtur inuestigatione dignum, scilicet, [que cosa sea propriedad de hidalguia,] & qualiter proprietas in his causis nobilitatis possit distingui & separari à possessione vel quasi. Nam videtur, quod non sit dare proprietatem nobilitatis distinctam à possess. nec considerabilem de per se sine possess. [porque nai de puede dezir que vno es hidalgo, o desciende de hijos dalgo, sino porque ha visto, y sabido que el y su padre y abuelo, y antepassados han estado en tal possessiõn y reputacion tenidos y comunmente reputados por tales, y quitando esta possessiõn, y comũn reputacion no es posible que ninguno sea hidalgo en propriedad.] Et sic frustra videtur tractari de proprietate de per se probanda in his causis, cum non inueniatur, nec sit dabilis separata à possessione. Et (vt iste articulus clarius explicetur & cum aliquo ingeniorum delectu)

subijcio articulũ,qui formatur à parti cular super proprietate:qui talis est.

[Item si saben, quel dicho Fernando que litiga es hijo dalgo notorio de padre y abuelo, y de solar conocido de deuengar quinientos suel dos segund fuero de España, y por tales el y el dicho su p adre y abuelo há sido, y son auidos y tenidos,y comunmente reputados.]

In quo articulo est notandum,[que aquellas palabras,que el dicho Fernándo que litiga es hijo dalgo notorio. &c. Son las essenciales de la propriedad:]quia(vt supra dixi) verbum sum, es,fui denotat meram essentiam, substantiam,& realitatẽ,vt in dicta.l. mercis appellatione.ff. de verbo. signific. [Y porque parece imposible probar esta essencia de porsi sin opinion y reputacion,se pone luego:y por tales el y el dicho supadre y abuelo fueron auidos y tenidos. &c.]Videtur ergo,q̃ cum in dicto articulo ad probãdum essẽtiam proprietatis adijciatur administculum possessionis, & cõmunis reputationis, & debet hoc totum simul probari,quod nõ possit dari nec probari proprietas nobilitatis de per se sola distincta, & separata à possess.& per consequens,[que esta pragmatica de Cordoua, y el comun vso y entendimiento della sit incõsiderabile,y su distincion y disposicion no se pueda verificar:pues no puede hauer,ni prouar se propriedad de hidalguia apartada de la possesion, y comũ reputacion.

Item alia ratione videtur,[que en la hidalguia no cayga propriedad:]quia proprietas virtualiter idem est quod dñium, licet Moderni circa hoc insistant in rubr.de caus.poss.& in rubric. ff.de acqui.poss.& in.l.si quis vi.§. differẽtia. & in . l.proprietatis dñium.C. de probat.Sed in nobilitate(quam appellamus hidalguia)non cadit diffinitio dñij seu proprietatis, quę est facultas libere disponendi. &c. vt per Bart. & docto.in dic.§. differentia . Ergo si non cõpetit diffinitio, nec diffinitum vt in vulgata. l. 1. §. dolum. ff. de dol. Quod de sua nobilitate nõ possit quis libere disponere, patet ad sensum:qa est qualitas quædam inuisibilis, & taliter cohærens personæ:quod nõ pót seperari,vt dicit de ea Bartol.& Platea. in. l. 1. C. de dignit. adeo vt sit magis cõmunis opinio docto.in.l.alia.§.eleganter.ff.solu.mat.per tex.ibi,[que el noble, o hijo dalgo no puede renunciar el derecho de la nobleza,y hidalguia,ni lo q̃ se le cõcede porderecho, y por la ley.4.y.5.titu.de los hijos dalgo.[lib.4.ord.vt infra latius dicemus. Ergo non pót in ea dari,nec considerari proprietas seu dominium.

Item dñium non pót subiectari in qualitate: quia dñium est subiectum, & subiectum non est in qualitate, sed qualitas in subiecto teste philosopho.

Item quia nobilitas non põt haberi nec acquiri ex contractu,nec ex testamẽto, nec ex priuilegio Principis, ergo nullo titu. si nullo titulo, ergo nõ pót in ea dari dñium, nec proprietas iusta regulã iuris.l.si ager.ff.de rei vendi.l.traditionibus.C.de pactis. Quod nõ possit quæri per contractũ, vel testamẽ.

stamẽ.patet: quia iura sanguinis nullo pacto dari vel auelli possunt.l.iura sanguinis.ff.de regul.iur.& in.l. ius agnationis.ff.de pactis. Item quia cum sit qualitas(vt dixi) inseparabilis, non potest cedi per contractum, & per consequens non est transmissibilis ex successione ex regula.l. si ex pluribus.ff. de administr.tuto.Et si dicatur, quod nõ potest negari, quin per priuilegiũ Principis possit concedi,& ex tali concessione acquiri & haberi cum titulo: quia Princeps potest nobilitare quem velit, vt est notum & infra suo locõ latissimè dicetur. Respondeo, quod essentia & proprietas nobilitatis(de qua loquimur) nullo modo potest concedi per Principem, sed tantum ipsum ius nobilitatis, quia impossibile est, [que si yo soy villano pechero de nacion y casta, que el Principe me pueda mudar la sangre, y condicion, y hazer me noble, y hijo dalgo : aunq̃ por su priuilegio pueda hazer me exempto,y dar me que goze delas honrras, y frãquezas de hijo dalgo, y a este proposito, & in confirmationẽ huius rationis fuit elegans Apophthegma Sigismundi Imperatoris qui cum à plebeio quodam ignobili propter facinus bene gestum vexaretur, vt remunerationis, & premij loco ab ipso Imperatore efficeretur nobilis, Philosophice respondit:Nobilem quidẽ non possum te facere, cum sis ignobilis: sed faciam te exemptum. & sic patet, quod essentia,& substantia nobilitatis non potest per principem concedi. Imò quod amplius est non solùm nõ potest à principe concedi essentia nobilitatis, per priuilegium gratuitum verum nec ex contractu oneroso, id est,pretio vel pecunia vt notabi.dicit. l.12.titu.21.part.2. cuius verba.[Otro si pusieron que ningũo recibiesse hõrra de caualleria porprecio de auer,ni de otra cosa que diesse por ella que fuesse como en manera de compra. Ca bien assi como el linaje no se puede comprar.Otrosi la honrra que viene por nobleza,no la puede la persona auer si ella no fuere atal que la merezca por linaje,o por seso,o por bondad que aya en si:] & sic isti qui his nostris temporibus ex cõtractu emptionis vel pretio & pecunia consecuti sunt priuilegium nobilitatis & immunitatis, licèt ex tali priuilegio consequãtur immunitatem & effectus nobilitatis, non tamẽ possunt consequi ipsam nobilitatis essentiam. [Y assi la ley sexta titulo veynte y siete partida segunda, hablando de los gualardones, que los Principes pueden, y deuen dar por seruicios que los subditos les hagan,dize : Puede le dar honra de hijos dalgo alos que no lo fuerẽ por linaje, no dixo puede les hazer hijos dalgo, ni nobles sino solamente darles honrra de hijos dalgo: y si fuere pechero,quitarle de pecho.

Item quia nobilitas non habetur, nec potest haberi naturaliter : quia nec habetur in corpore, nec in parte corporis sensitiua, vt dicit Bartol. in dicta lege prima, quinta columna. C. de dignitatib. Nec acquiritur ex successione, hoc est, deriuata ex sanguine

Universidad de Deusto
Biblioteca

sanguine parentum: quia si hoc esset, deriuaretur in descendẽtes vsq; in infinitum, & omnes essent nobiles. & tamen solum deriuatur vsque ad pronepotem secundum gloss. & Bartol. in dict. l. prima. 6. col. Item proles seu origo non dat nobilitatem, vt in. d. l. 1. & in authen. de referen. §. fina. & Bartol. in dict. l. prima. 6. col. & in. l. mulieres. C. eodem. Item si esset ius sanguinis non posset tolli per Principem, vt patet, nec perdi per delictum: tamen cõtrarium videmus in nobili nupta plebeio, quæ amittit nobilitatem: vt in dicta. l. 1. & in. l. fœminæ. de senato. & infra dicemus.

6 Item nobilitas secundum omnes Philosophos, & Iuristas consistit & probatur in sola possess. & communi reputatione, & per eam, vt per Barto. & Plate. & Lucam de Penna. vbi supra & per Bald. in. l. penul. C. de postulan. & per Guidonem consil. 172. & per Alexand. consil. 146. ergo nõ potest dari in ea proprietas separata à possess. Et fortè his considerationibus Bart. post multas diffinitiões nobilitatis, de quibus in dict. l. 1. vltimo concludit dicendo: Dicas ergo, quod ille est nobilis, qui appellatur & cõmuniter reputatur nobilis, innuens nõ posse dari essentiã nobilitatis separatã à possessione & cõmuni reputatione. Et tandem ex hac eadẽ nostra pragmatica deducitur idem in quantum dicit: [que para probar la hidalguia en propriedad es necessario, que el que la pretende, prueue possession, y reputacion de si, y de su padre, y abuelo: ergo clare dicit, q̃ no puede hauer, ni prouarse hidalguia en propriedad, sin possession.

Certè nec apud Philosophos nec iuris Doctores non legi, nec inueni disputatum articulum istum, an sit dare substantiam & proprietatem nobilitatis distinctam & separatam à possessio. & reputatione: & ex supradictis, & traditis per Bartol. & Doctores in materia nobilitatis videtur cõcludi, q̃ ipsa nobilitatis proprietas & essentia solum consistat in possess. & reputatione, & fama communi: & sic videtur, quod non sit dare proprietatem nobilitatis distinctam à possess.

7 Sed ego salua semper meliore consideratione dicerem, quod in nobilitate sit dare proprietatem, & essentiã distinctam & separatam à possessio. & communi reputatione: non solum in nobilitate quæsita per priuilegium in qua est minus dubium, sed in nobilitate generis: & per cõsequẽs, [que nuestra pragmatica, que distingue y apartala probança de la hidalguia en propriedad y possession, sea cõforme a derecho y razon natural.]

Et si quæratur: qualis est ista nobilitas, quæ potest de per se in proprietate, & substantia separari à possessione. Dico quod nobilitas deriuata ex claris & antiquis parentibus per lineam rectam virilem potest considerari de per se in proprietate, & essentia sine ali qua possess. vt est illa de qua loquitur. dicta. l. 3. titu. 21. part. secunda. Cuius verba iterum refero, [que dizẽ: Hidalguia es nobleza, que viene a los hombres por linaje. &c.] Et ista fuit opinio

opinio Dantis poëtæ, quam disputat Bartol. in dicta. l. 1. & pro ea facit text. in illa. l. 1. C. de dignit. & l. senator. & l. senatoris filium. ff. de sena. & habetur Regũ. 18 ibi: Gloria filiorum parentes eorum, sicut enim filius consequitur per successionem patris bona, & hæreditatem: ita consequitur ex eo nobilitatẽ, & sanguinis successionẽ, quæ inter omnes opes optima est successio, quæ à parẽtibus deriuatur, &c. [Y que esta nobleza, e hidalguia deriuada de los mayores se pueda considerar de por si sola sin possession, prueuase ex eo, quod in Hispania el hijo dalgo de solar conocido, etiam sine vlla pos. habet essentialẽ nobilitatẽ in proprietate, vt est videre, [en los q̃ viuen en Vizcaya, y Guipuzcoa, y tierras libres los quales aũque alli no aya actos de possessiõ, son hidalgos notorios: porq̃ si fuesse notorio, o se pudiesse aueriguar que mi abuelo, o visabuelo fue notorio hijo dalgo mayorazgo y señor de vna casa antigua y de las principales de mõtañas, o señor de titulo,] etiam sia pater meus descendens, legitimus qui est ex eo, propter negligentiã, vel aliam causam non esset vsus nobilitate sua deriuata à patre, nec fuisset in quasi possess. nobilitatis, non dubitarem, quin probata descendẽtia, & stirpe aui, vel proaui sine aliqua possessi. patris obtinerem in proprietate, vt infra latiùs dicam: quia quemadmodũ nõ prodesset mihi in proprietate qua si possess. nobilitatis mea & patris, & aui, si constaret de proauo, vel alijs ascendentibus plebeis & ignobilibus: ita per contrarium nõ debet mihi nocere defectus possess. eorum, quando possum docere de stirpe nobilitatis.

Item alia ratione ostenditur, quod si dare proprietatẽ nobilitatis citra possessionem, & reputationem in exemplo, quod in alio proposito adducit Bartol. in dicta. l. 1. quando ex consuetudine præscripta, vel statuto esset acquisitum ius nobilitatis alicui domui vel familiæ, prout est in pluribus ciuitatibus Italiæ, maxime Gẽnuæ & Mediolani, vbi sunt certæ familiæ nobiles ex consuetudine præscripta, vt supra dixi: isto casu natus ex tali familia, vel domo, nasceretur & esset nobilis & haberet titulum, & proprietatem nobilitatis vbicunq; esset, etiã si ignoraretur eius progenies, & non esset in quasi possess. vt tenet Barto. in dicta. l. prima. in penul colũ. facit, quod voluit idem Bartol. in dicta. l. prima. in. 8. colum. in fine, vbi dicit: quod puer natus ex parentibus nobilibus statim quod nascitur est nobilis, allegat text. in authentica de defens. ciuita. §. sed interim. & gloss. in. l. priuatorum. C. de iurisdict. omn. iudi.

Item patet alio exemplo: ponamus, quòd auus meus fuit declaratus nobilis per sententiam [de los Alcaldes de hijos dalgo, y Oydores, que passo en cosa juzgada, y della se saco carta executoria:] certè (etiam si pater meus nõ fuisset in posse. nobilitatis) & ego probarem, quod sum nepos legitimus illius qui habuit rem iudicatam, obtinerem in proprietate ex titulo aui.

Item facit alia ratio, quæ uidetur satis

tis vrgens: nemini dubium est, quod ex priuilegio principis potest quis acquirere ius nobilitatis, vt est notum & infra suo loco late dicemus: sed in talibus priuilegijs fortior clausula quę ponit̃ à principe est: [Os hazemos hijo dalgo notorio de deuengar quinie̅tos sueldos segund fuero de España, bien assi como si de vuestro linaje y nacimiento ouierades la dicha hidalguia: o bien assi tan cumplidamente como si por sentencia diffinitiua, de los nuestros Alcaldes de hijos dalgo oydo el mi procurador fiscal, y el procurador del concejo fuessedes pronũciado por tal:]ergo patet, quod tã ex stirpe,& progenie,quam ex sententia potest quis esse nobilis radicitus, & essentialiter:& habere nobilitatem natiuam,& datiuam in proprietate considerabilem sine posse.

Nec obstant argumenta in contrarium adducta: quia ad primum dico quòd in nobilitate cadit diffinitio dominij: quia nobilis habet facultatem gaudendi & vtendi priuilegijs, & immunitatibus suę nobilitatis,in quibus consistit essentia ipsius: & in ista qualitate nobilitatis subiectatur dominiũ ipsius. Itẽ non obest tertia ratio: quia licèt nobilitas non possit haberi ex contractu,potest tamen haberi ex priuilegio & successione, vt dictum est. Nec obest illud elegans Apohpthegma Imperatoris Sigismundi: quia benè verum est, quod Princeps non potest plebeium&ignobilem ex origine facere nobilem sanguine, vel virtutibus naturalibus: benè tamen potest facere eum nobilem nobilitate ciuili, & politica, de qua loquimur, vt docet Barto. in dict.l.prima. Nec obest, quod ista nobilitas non est in corpore nec in parte corporis sensitiua:quia imò est qualitas inhærens corpori & animo,qua mediãte aliquis operatur, vt nobilis: incedit vt nobilis, & gaudet immunitatibus nobilium tam respectu corporis, vt in tortura: quã bonorum, vt in tributis seu collectis, vt subtiliter docet Barto. in dict.l.prima in. 9. coll. Ad aliud, quod non potest haberi naturaliter: quia si naturaliter haberetur,non perderetur propter factum,vel delictum:dico quod imò potest, quia licèt libertas sit qualitas naturaliter omnibus à principio inhærẽs & competens, cùm iure naturali omnes homines liberi nascerentur: tamẽ potuit perdi ex iuris dispositione per captiuitatem vel delictum vel factum proprium: ita licèt quis sit natus & possit nasci nobilis ex claris parentibus, postea propter delictum vel factum proprium potest priuari vsu nobilitatis, vt quando efficitur infamis, vt in.l.1. C. de dignita. vel exercendo officium vile, vt in.l.maximarum. C. de excus.muner.& per Bartol in dicta l.prima.& in.l.1.C.de mulie. &in quo loco.& est videre in muliere nobili nupta plebeio, vt in dicta. l. prima. & in l.femine de sena. Maximè quia his casibus propriè nobilitas non perditur: sed impeditur eius vsus & effectus: quod patet, quia mortuo plebeio rursum vidua nobilis gaudet sua nobilitate, & sic magis obumbratur quàm extinguatur, vt de libertate amissa per captiuitatem & restituta per manumissionem subtiliter dicit Paul.de Castro in. l. manumissiones. ff. de iustit. & iur. vel potest aliter dici, quod verum sit, quod nobilitas non habeatur naturaliter ab eo, qui primitus vult esse nobilis: quia debuit eam habere à Principe vel exparẽtum successione: tamen alij successores ex primo, qui virtutibus claruit, & nobilitatus fuit, bene possunt habere illã naturaliter.

Nec obest illud quod si causaretur à sanguine non finiretur in pronepote, vt vult glos. & Barto. in dicta. l. 1. quia fateor, quod non finitur, sed est perpetua,si sanguis nõ officiatur spurietate,vel maxima morum vilitate.& quod dicit dict. glos. debet intelligi deficiẽte probatione,& stando in terminis præsumptionis, vel secundum alios loquitur in nobilitate habita ex dignitate,vel doctoratu, non ex genere:cuius vigor perpetuus est: maxime quia(vt dicit ibi Barto.)illa glos. est cõtra consuetudinem: imo secundum dict.l.secundam.tit.21.parti. secunda. quanto nobilitas antiquior est ex sanguine, tanto præstantior & nobilior est,& tanto fortior deriuatur in successores, & ipsi tãto magis sunt clariores & nobiliores.

Nec obest,quod origo nõ dicat nobilitatem,vt in iuribus allegatis: quia illud intelligitur in origine noua, nõ in deriuata à maioribus & qualificata titulo nobilitatis. Nam quantumcunque aliquis nasceretur ex virtuoso patre, si tamen non esset adhuc pater notus, nec constitutus in aliqua dignitate,non ex eo diceretur nobilis: licet mediante virtute patris inciperet oriri opinio nobilitatis ex eo ad successores. Quemadmodum enim ex vnico actu non præsumitur habitus, nec officium,vt per glo.in.l.prima in princip.ff.de tribu.Bart.in.l. legatis seruis. ff.de legat 3.Dinus in reg.semel malus de regulis iuris. Ita ex eo solo,quod pater meus virtuose vixerit, non præsumor ego nobilis saltem ista nobilitate de qua loquimur: sed requiritur antiquior opinio,putà auorũ vel proauorum: nam ex tali virtute deriuata, & continuata à maioribus in successores acquisitum est posteris ius nobilitatis,& titulus præsumptus: quæ præsumptio non est iuris & de iure, ideo recipit probationem in contrarium: vt si probetur antiquior auus plebeius vel vilis, non poterunt successores,quãdiu hoc sit probabile & in hominum memoria,esse nobiles:sed quã diu non probaretur,esset præsumptio pro eis,& mediante præsumptione sequuta probatione, gauderet titulo nobilitatis ex genere & proprietate acquisita mediante præscriptione immemoriali secundum dispositionem supradictæ pragmaticæ.

Nec obstat cõmunis resolutio Bart. & philosophorum in dict. l. 1. qui finaliter concludunt eum esse nobilem qui talis communiter reputatur. Secũdum quod videtur, quod cum nobilitas sit ipsa opinio, & cõmunis reputatio & possessio, nõ sit dare proprietatem separatam ab ista communi reputa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

putatione: quia respondeo dupliciter, vno modo, quod hæc opinio procederet & haberet locum in nobilitate de nouo acquirenda (ista enim citra priuilegium loquor) non potest acquiri, nisi concurrat cõmunis opinio & reputatio conciuium, qui propter aliquas virtutes, & bene gesta istius reputent eum nobilem: quo casu vera est resolutio Barto. & doctor. Et isto casu videtur mihi, quod quemadmodum à principio dominium cœpit à possess. vt in.l.1. ff. de acquirenda possessio. ita nobilitas à principio, antequam esset in esse producta, cœpit à reputatione: & hominum opinione, & possessione: quæ possessio, vel reputatio (vt dixi) orta est ex virtutibus, & clarè gestis, mediantibus quibus aliqui Principes, & duces hominũ facti sunt: alij verò maximum honoris locum apud eos adepti, & dignitates & bona consequuti. Sed si cõsideremus nobilitatem post quam est, vel fuit in esse producta, vel priuilegio, vel successione & genere, vel præscriptione, bene potest haberi & considerari citra possess. & opinionem, vt in exemplis supradictis: vel aliter, quod sicut in iure cõsideratur proprietas possessionis, vel quasi poss. vt in interdictis habentibus causam proprietatis annexam, vt est in illo de libe. exhibend. & similibus: ita potest dici, quod istæ causæ in possessione habeant causam proprietatis annexã, & in proprietate habeant causam possess. annexam, quod videtur applicabile, & nouum: & potest cõfirmari ex traditis per Modern. in l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de acquiren. poss. & facit glos. in. l. proprietatis dominium. C. de probat. & in. l. secunda §. quædam. ff. de interdi. quam reputauit singularem Bald. & Aluaro. in cap. primo. §. primo. de inuesti. de re. alien. fact. in vsibus feudorum, & est text. in cap. finali. de iudi. vbi dicitur: quod sicut est dare poss. & quasi possessionem, ita est dare dominium, & quasi dominium: & proprietatem, & quasi proprietatem, facit text in. l. locorum. C. de omni agro deser. libr. 11. ibi dum dicit: Proprietas possess. faciunt etiam tradita per laso. in dict. §. nihil commune nume. 62. ff. de acquiren. possess.

Vltimo non obstat text in dict. pragmatica, qui videtur carere responso, dum clare disponit, quod ad obtinendum, & probandam proprietatem in his causis [se requiere, q̃ el que pretende hidalguia prueue possession de si y de su padre y abuelo, cõ los requisitos y qualidades q̃ las leyes disponen y adelante diremos.] Ex quibus verbis & dispositione videtur, quod nõ possit probari proprietas sine poss. & reputatione, & per consequens, quod non sit considerabilis de per se: & sic videtur quod ista pragmatica sit conformis doctrinæ Barto. & aliorum, de quibus supra. Sed iudicio meo potest dici & responderi multipliciter, primo quod dict. pragmati. loquitur & ponit formam probationis, [para auer sentencia en propriedad, y possession juntamente, o en possession sola, y no quando vno pretende propriedad sola

sola, que para esta basta titulo de solar o carta executoria, como lo dize la pragmatica de Tordesillas, y la. l. 2. titulo 21. part. por las quales se hã de entender y declarar las pragmaticas de Cordoua y Leon, aunque sean mas nueuas.] l. non est nouum ff. de. ll. gloss. in authen. offeratur. de lit. contest. gloss. in. l. sciendum. vbi Docto. ff. qui satisd. cog. vel aliter. &. 2. quod ista pragmatica loquitur vbi & quando agitur de præscribendo iure nobilitatis, quo casu cũ non sit ius verum & titulatũ ex parte particularis acquisitum ex concessione vel priuilegio, imò id quod prætẽdit, repugnat iuri cõmuni: verissimum est nõ posse causari, nec acquiri citra illam quasi possess. trium personarum cum suis qualitatibus: quia (vt dictum est) isto casu dominiũ, & proprietas debet à poss. incipere & deriuari, cum non sit in esse productum, & careat vero titulo: secus tamen est in nobilitate iam causata, & quæsita vel priuilegio, vel maxima notorietate & antiquitate generis: quo casu, vt supra dixi, ego credo, que aunque no probasse posse. de mi padre, si probasse el solar y nobleza antigua de mi abuelo, o visabuelo, o de ay arriba, obtinerem in proprietate: quod licet videatur nouum ad istam pragmaticã, procedit ex mera iuris ratione, & dispositione, tum: quia probando titulũ sufficientem cum possess. alicuius, qui loco traditionis vsus est eo, non videtur magis necessaria possessio in successores cum ex titulo & traditione acquiratur omnium rerum dominium & proprietas, vt vulgata. l. traditionibus. C. de pact. & in. §. per traditionẽ de rer. diuisio. cum alijs: quo semel acquisito transit & deriuatur in omnes successores legitimos probata descendentia & legitimatione. cum hoc ius nobilitatis vel generis sit hæreditas & patrimonium à maioribus deriuatum vt in. l. 3. titul. 21. part. 2. ibi, [ca el linaje faze que ayan los hombres la hidalguia como herencia,] facit. l. eum qui. ff. de interd. & releg. Quis enim dubitat, [que si yo probasse ser descendiente legitimo de la boz de Lara, o de vna de las casas de los grandes de Castilla, y lo auerigiuasse bastantemente por testigos, y escripturas muy antiguas, y authenticas, que aunq̃ no probasse possession, y reputacion de mi padre, ni abuelo. Imo se probasse, que hauiã pechado, porq̃ por ventura por flaqza, o pobreza, o descuydo cayerõ de su possessiõ, y reputaciõ, y se dexaron empadronar, y repartir cõstando de mi solar y nobleza bastantemente, sino que me declararian por hijo dalgo en propriedad hauiendo yo deduzido el petitorio en juyzio: pues aunque me tengan probado, y vencido en la possession,] iudicium proprietatis (de qua constat) absorbet iudicium poss. vt in cap. cum dilectus de causa. possess. & propric. & in. c. querelam. in fine. de elect. & in. c. cum ecclesia sutrina. & in. c. significantibus, de testib. cum alijs. Et hoc in terminis nostris fere in indiuiduo, voluit Io. Faber Doctor maximę autho. & erudirionis, in §. retinẽdę. in. 5. col. de interdi. vbi sin

Universidad de Deusto
Biblioteca

gulariter dicit, quod licèt in interdicto retinendæ requiratur poss. vel quasi tempore lit. cõtesta. vt ibi: tamẽ si is q agit, doceat de titu. antecessoris, obtinebit etiã sine possess. Et hanc doctrinã vidi & audiui applicari in terminis nostris [a esta pragm. en estas causas de hidalguia] per clari ingenij, et eximiæ eruditionis virum Docto. de Mora Cæsaris nostri quódã meritissimũ Auditorem in suo Pintiæ regio cõsil. eo tempore, quo etiam eiusdẽ Pintianæ vniuersitatis cathedrã primariam regebat in iure ciuili, cuius viriopinio dum viueret nõ minus, quam Papiniani consulti venerabatur, & nũc post mortem dũ inuidia cessat, magis est veneranda: addebat insuper idẽ Doctor pro hac opinione iura, quę dicebat ab ipso cõsiderata. s. tex. in. l. 2. §. pomponius. ff. si servi. vend. & in. l. apparet. §. fin. ff. de itine. actuq; prima. & in. l. 1. §. ait prætor. el primero. ff. de aqua quoti. & æsti. vbi dicitur, quod in iuribus incorporalibus ex tit. & sola quasi poss. & vsu antecessorum sine vsu & poss. hæredis cõpetit interdictum retinendæ, & suppletur defectus possess. Et secundũ eũdem docto. videbatur mirabilis & noua differentia inter res corporales, & iura in corporalia: ná in rebus corporalibus oportet possidere tẽpore litis contest. in interdicto retinendæ, nec prodest poss. anteces. sed in iuribus incorporalibus sufficiat antecessoris vsus & quasi pos. & sic in his causis de hidalguia, vbi doceretur de vsu & tit. antecessorũ, etiam si deficeret quasi pos. mea vel patris, possem obtinere in pe-

Mora

titorio, & ita est intelligenda & limitanda ista pragmati. & vltra ipsius doctoris authori. & rationes ipse tanquá regis consiliarius & testis de facto suo & aliorum Auditorum affirmabat ita practicari, & intelligi in dict. cancellaria istam pragma. apud omnes eius cãcellarię iudices: alioquin asserebat videri iniquã, & valde iuri cõmuni contrariam dispositionẽ ipsius, si intelligeretur etiam quãdo cõstaret de titu. Et vltra ipsius Docto. autotitatẽ ego (dũ hæc scriberem) inuestigandi hoc magis cupidus exquisiui à Domino Licẽtiato de Quiedo primùm Pinciançę cãcellariæ Fiscali, postea vero huius Granatensis meritissimo auditore (cuius anima iam requiescit in pace (an tempore quo fuit fiscalis ita practicaretur dicta pragmatica: qui vtiq; respondit sic intellectam & practicatam fuisse. Et iudicio meo hoc colligitur clarè ex mente & verbis, [de la pragmatica de Tordesillas, adonde de mas de la probança que requiere la pragmatica de Cordoua, q̃ es por la possession delas tres personas, admite otra. s. por solar conocido y carta executoria, y lo mismo sintio la ley 2. titul. 21. part. 2. quándo dixo que la hidalguia se causaua y probaua, probando decender de buen linaje de padre abuelo y visabuelo, y ansi parece que probando titulo, y propriedad, non sit necessaria probatio possess. de qua in pragmati. Cordubẽs. & est optima decisio Guydo. in proposito & consilium Casan. de quibus infra dicetur. capit. 4. 2. parte. 3. principalis vbi alias difficultates

2

huic

huic proposito similes latius explicaui, quæ licet prima facie videtur eadem, sunt tamen diuersæ. Nec istis obstat, si dicatur, quod eo ipso, quod pater meus amisit, vel non fuit vsus nobilitate sua, nec continuauit ius nobilitatis à maioribus sibi transmissum amiserit ius nobilitatis, & per consequens filij ex eo nati. argumento tex. & gloss. in. l. diuo Marco. cum similibus ibi traditis. C. de quæstionibus. quia respondeo, quod istud procederet, si pater meus ante quam me genuisset, propter delictũ esset priuatus per sententiam iure nobilitatis ex eo quod per eam effectus & redditus est infamis: secus tamẽ si propter segnitiẽ vel negligentiam, vel aliã causam non fuit vsus nobilitate nec reputatus nobilis: quia isto casu non fuit extinctũ ius nobilitatis, sed quodammodo cessauit. vt in simili dicũt Docto. Moderni. in. l. 2. §. harum. ff. de verbo. obliga. Vel aliter & secũdo quod supra dicta obiectio procederet si ius nobilitatis non esset ante patrem meũ, vel illum. qui cecidit à poss. perfectè & plenè in esse productũ, quia isto casu cum adhuc ageretur de aquirẽdo per præscriptionem non posset quæri, nec acquiri ex eo quod esset interrupta possess. per nõ vsum patris qualitercumq; cecidisset à poss. secus verò quando agitur de probãdo iure titulato & causato & perfectè acquisito in persona antecessoris: quia isto casu nihil obest sequẽtibus quibus id ius cõpetit negligentia vel non vsus patrũ vel aliorum qui sunt intermedij, cũ non deriuetur hoc ius ab illis, sed à maioribus argumento l. cohæredi §. cũ filiæ. ff. de vulga. & l. vnum ex fa. §. si de falci. ff. de leg. secundo. Cũ enim ius nobilitatis sit iam perfectè causatum titu. vel præscriptione non potuit perdi ex negligentia vel inquietatione facta patri vel mihi: quia præscriptio iam formata non interrumpitur per turbationẽ vel contra dictionẽ postea sequutã vt per Bald. in. l. 2. col. 2. C. de serui. & ibi Pau. Ioan. Faber. in. §. æquè si agat. 6. col. Vel aliter quod etiam si pater vel auus (propter delictum, vel aliam causam) non fuit vsus nobilitate vel iure exemptionis, nihilominus si nobilitas est in esse producta & ticulata ex origine & stirpe maiorum por solar, o priuilegio, non obsit descendentibus, quin docẽdo del tal solar, o priuilegio, per quod communicatur illis ius priuilegij, possint obtinere in proprietate ea ratione: quia sicut ius istud non potest remitti expressa remissione in præiudicium suæ personæ nec quantum ad torturam, vel carcerem, vt notant Doctor. per textum ibi in. l. alia. §. eleganter. ff. solu. matri. multo minus potest remitti in præiudicium descendentium: nec eis debet obesse delictum vel omissio patris, cum hoc sit ius sanguinis inseparabile (vt supra dictum est) & non incepit ab isto, sed à prædecessoribus, argumento textus, & ibi notatorum. in. l. vnum ex familia. §. si de falcidia. ff. de lega. secundo. Hoc tamen limitarem nisi delictum esset læsæ maiestatis diuinæ vel humanæ, quo casu tam per ius

Universidad de Deusto
Biblioteca

commune, quam regium filij & cæteri descendentes tanquam infecti sanguine venenato priuantur omni priuilegio & immunitate, vt in. l. quisquis cum sua materia C. ad. l. Iuli. maiesta. & in. ca felicis. de pœnis. & in. c. statutum. de hæret. & in. l. secunda, titulo de las trayciones part. 7. restat ergo nouiter disputatum, an in his causis nobili tatis possit dari seu considerari proprietas de per se separata à possessio. Et ex omnibus supradictis solum mihi est dubium an eo casu quo aliquis, qui vere est genere nobilis ex notorio & antiquo nobilium genere, & stirpe propter negligentiam, vel animi vilitatem, & vecordiam passus est aliquo tempore se incollectari, & spontanea voluntate soluit collectas & tributa taliter, quod non solum non est vsus poss. nobilitatis suorũ maiorum, verùm ipse passus est se atributari, an si postea reclamet & petat se pronunciari nobilem & probet titulum, hoc est, solar conocido, & posse. patris & aui, an possit obtinere in petitorio, & crederem sub dubio, quod non, nisi beneficio minoris ætatis vel alterius iustæ causæ restitueretur aduersus patientiam & solutionæm tributorum, & sic est notabile, quod defectus possess. & usus nobilitatis patris vel aui non præiudicat successoribus, qui possunt probare titulum & causam proprietatis: defectus verò possessionis propriæ, & patientia contraria nocet ipsimet. Ratio potest esse, quia isto casu culpa propria nocet culpato, vt in regula damnum, quod quis. de reg. iur. Superiori verò casu culpa, vel omissio patris vel aui non debet nocere successorib', maximè in eo quod iure hæreditario sanguinis & successionis eis debetur. argumento textus in l. si quis in suo. §. legis iuliæ. C. de inoff. testamen. & in. l. si quis filium. C. eodem. & in. l. paterfamiliàs. ff. de hæredi. instit.

SVMMARIVM
ex capite sequenti.

1 *Quid & qualiter particularis debeat probare ad obtinendum in proprietate nobilitatis.*
2 *Exponitur per partes pragmatica Cordubensis.*
3 *Qui caret bonis non tenetur ad collectas, vel tributa.*
4 *Quæ qualitates sint probandæ ad obtinendum in proprietate.*
5 *Quæ sint de substantia ad probationem immemorialis.*
6 *Quo iure & ratione in his causis requiratur tempus immemoriale ad obtinendum in proprietate, cum videantur rationes in oppositum.*
7 *In præscriptione seruitutum habentium causam discontinuã quando allegatur titulus, sufficit lõgum tempus.*
8 *Dispositio pragmaticæ requirentis tempus immemoriale in præscriptione harum causarum procedit secundum ius commune.*
9 *Vbi quasi possessio est contra ius commune, præsumitur mala fides.*
10 *Præscriptio tributorum tripliciter potest considerari.*
11 *Quantumcunque. l. tollat præscriptionem, non censetur tollere immemorialem.*
12 *Immemorialis an requirat tempus centum annorum, vel perficiatur ex eo solo?*
13 *Resoluitur substantia probationis, quæ requiritur in his causis ad obtinendum in proprietate.*
14 *In his, quæ excedunt hominum memoriam, non potest redditi ratio per visum.*
15 *In præscriptione immunitatis an requiratur bona fides?*
16 *In præscriptione immem. semper præsumitur bona fides.*
17 *Per instrumenta non probatur immemorialis.*
18 *In præscribenda immunitate non est sufficiens titulus titulo hæredis.*
19 *An in præscriptione immunitatis requiratur scientia Principis?*
20 *In præscriptione immunitatis quasi poss. incipit à die contradictionis.*
21 *Quatuor requiruntur ad præscriptionem immunitatis.*

QVID

QVID SIT PROBANdum ad obtinendum in petitorio harum causarum: & de probatione & qualitatibus immemorialis præscriptionis.

CAP. VII.

QVÆRO Vlterius principaliter, quid & qualiter particularis qui agit super iure nobilitatis & exemptionis, debeat probare ad obtinendum in proprietate, respõdeo, quod debet probare id, quod disponitur in dicta pragmatica, cuius verba supra retuli, scilicet, possess. suam & patris & aui, secundum formam, & modum traditum per leges, & pragmaticas regni: dicit nanque: [mandamos y ordenamos, que de aqui adelante, cada y quando, que qualquiera que litigare sobre su hidalguia, y se dixere hijo dalgo quier ante Alcaldes de hijos dalgo, quier ante Oydores, y probare enteramente de si seyendo casado, o biuiendo sobresi y de su padre y abuelo: en la manera que las leyes y pragmaticas de estos Reynos lo disponen, que este tal sea pronunciado y dado y auido por hijo dalgo en possession, y propriedad. In his verbis est aduertendum, que dixe seyendo casado, o biuiendo sobre si,] ad denotandum, quod si esset in patris potestate, cum non habeat bona, frustra circa eum tractaretur de tributis soluendis, quæ debentur ex bonis, & ratione bonorum; & ista verba, seyendo casado, procedunt secundum dispositionem. l. 47. Tauri, qua introductum est: [que el hijo casado y velado sea auido por emancipado:] nam secundum ius commune, etiam si esset coniugatus, remanebat in patris potestate. vt in. l. quarta. C. de condit. in ser. & latè per Rodericum Xuarez in. l. nona. §. vlterius, titulo de los pleytos, que deuen valer, que es. 11. libro primo foro legum. Præterea subdit textus. o biuiendo sobresi, vt det intelligere, quod non cõsistit, nec stat iuris mysterium solum, [en que sea casado, porque aunque no lo sea, si viue sobre si y tiene bienes de que pechar, basta para el effecto desta pragmatica: qui aliàs, aun q̃ sea casado, o biudo, o soltero, si no tiene casa y bienes de que pechar, no tiene para que litigar: porque como dizen quien mas no tiene el Rey le haze franco, y de aqui se podra entender lo que vulgarmente dize el text.] in. §. cogitatio. in authẽ. vt iudi. sine quoquo suffra. colla. 2. & gloss. in. §. fin. insti. de his qui sunt. quod expedit principi, & rei publicæ subiectos habere locupletes: expedit, inquã, vt habeãt bona, ex quibus possint contributiones soluere, cum pauper & egenus non habeant, vnde soluant. [y por esta mesma razon es necessario, que el litigante prueue auer tenido casa sobre si y bienes, y q̃ teniendolos, no ha pechado, ni contribuydo: antes ha estado, y gozado de possession de hijo dalgo porque aunque el probasse, que no ha pechado,

Universidad de Deusto
Biblioteca

si pareſcieſſe,que no ha tenido bienes de que,no le aprouecharia ſu proban ça:hoc ergo volunt denotare illa verba,ſeyendo caſado, o biuiendo ſobre ſi. Dicit vlterius, y de ſu padre, y abuelo, en la manera que las leyes, y pragmaticas deſtos reynos lo diſponen]in his verbis, latet tota ſubſtãtia
4 huius probationis. Quare expediendum eſt, quis ſit modus & forma dictarum legum, & pragmaticarum. Dico,quod forma conſiſtit circa multa,inter quę principale eſt,quid teſtes deponant de immemoriali: nam (vt notiſsimum eſt(ad probationem proprietatis nobilitatis non ſufficit,quod teſtes deponant [de la poſſeſsion del que litiga, y del padre, y abuelo ſino concluyen en la immemorial,diziendo que ellos aſsi lo vieron, y ſupieron y lo oyeron dezir aſus moyores,y mas ancianos, que en ſus tiempos aſsi lo
5 auian viſto y oydo a los ſus mayores, y que tal auia ſido, y era la publica boz,y fama, y comun opinion: y que nunca vieron ni ſupieron, ni oyeron coſa en cõtrario.]Quę omnia ſunt de ſubſtantia ad integram, & perfectam probationẽ immemorialis ſecundum diſpoſitionem. l. 41. in legibus Tauri, quæ proceſsit à diſpoſitione ſingulari textus in.l.ſi arbiter.ff. de probationi.cuius verba libuit hic referre, quæ talia ſunt.

Si arbiter animaduertere debeat an operis facti memoria exteat:hoc eique rundum eſt, an aliquis meminerit id opus factum eſſe. Paulus: imo cum ab arbitrio quæritur memoria facti operis extet, non hoc quæritur, num aliquis meminerit quo die, aut quo Conſule factum eſt:ſed num hoc aliquo modo probari poſsit quando id opus factum ſit: & ita hoc græci τριλαθρα. dicere ſolent, poteſt enim hoc memoria teneri intra annum puta factum: cũm interim nemo ſit eorum,qui meminerit, quibus Conſulibus id viderit,ſed cum omnium hæc eſt opinio,nec audiſſe, nec vidiſſe cũ id opus fieret,nec ex his vidiſſe, qui vidiſſent, aut audiſſent, & hoc infinite ſimiliter ſurſum verſus acciderit, tum memoriam operis facti nõ extare.hæc ſunt verba illius.l.exqua,vt dixi, ſumpta videtur.l. Tauri diſpoſitio. & doctrina gloſ.in capitulo primo.de præſcriptio. libro ſexto. & in.l.ſecunda. §.labeo.ff.de aqua quotidia. & æſtiua. & in .l.prima.§.fina. ff. de aqua pluui. arcen.

§ Sed quærẽdum eſt,quare in his cauſis ad obtinendum in proprietate requiratur probatio temporis immemorialis: videtur enim,quòd ſufficiat probatio longi temporis decima vel vigeſima annorum,nam eo ipſo: quod allegatur titulus à particulari,hoceſt,ſer hidalgo de ſolar conocido: iſto caſu videtur ſufficere quaſi poſſeſsio exẽptionis temporis ordinarij ſecundum doctrinam Doctorum per textum ibi in lege cum de in rẽ verſo. ff. de vſu. & in lege.ſi certis annis. C. de pactis. licet enim non oſtendatur titulus, ſatis eſt,quod allegetur, & probetur vſus & quaſi poſſeſsio per tempus ordinarium, vt ibi dicitur: quod maximè videtur,hic admittẽdum, vbi particularis agit de probanda libertate,& immunitate, quæ fauorabiliseſt. facit glo.ſingularis,& ordinaria. in.l.ſeruitutes. la grãde.vbi habetur, quod etiã
7 in ſeruitutibus habentibus cauſam di ſcontinuam, quæ natura ſua non niſi tempore immemoriali præſcribũtur. vt ibi &in. l. ſecunda. C. de ſerui. & aqua ſi allegetur titulus ſufficit proba tio longi temporis.

Item dato,quòd non ſufficeret tempus.10.vel.20.annorum, ſaltem vide tur quod ſufficiat tempus. 40. annorum,quo tempore omne ius, & actio finitur,vt in.l.omnes.C.de præſcript. 30.vel.40. annorum, & in his terminis per illã l.tenuit Bar.in.l.licitatio.§. earum.ff.de publica.dicens, quod per 40.annos præſcribitur libertas & immunitas non ſoluẽdi collectas. & Alex.conſi.30.incipienti põderatis narratis circa mediũ in.5.volu.conſ.in. 5. dubio, maximè, ſi ſubeſt aliquis titulus coloratus.id concludit Bar. in ſuo conſilio incipiẽte.commune ſpoleti. in ordine.125. Vbi dicit quod qui ſtetit per quadraginta annos non ſoluens collectas,eſt tutus à futura ſolutione,& in hãc partẽ adducit alia plura Balbus in tractu præſcri. in. 2. parte 5.princi.in.7.q.facit etiã.l.fi. de fundis patrimon. vbi tributa & publicæ functiones præſcribũtur.40.annis: ergo videtur quod non requiratur tempus immemoriale,vel ſaltẽ, quod diſpoſitio.d.pragmaticæ ſit contra iuris
8 cõnis diſpoſitonem: ſed his non obſtãtibus dicendũ eſt diſpoſitionẽ. d. pragmaticæ procedere ſecundũ ius commũe in quantũ requiritur tempus immemoriale:nã cum ius commune reſiſtat huic particulari,qui agit de præſcribẽda immunitate,vt ſupra dictum eſt:[y la meſma pragmatica dize, q̃ el Principe y Rey tiene fundada ſu intẽcion, ſequitur quod deficiente titulo (etiã ſi adſit bona fides) neceſſariũ ſit tempus immemoriale. vt in ca.1.cum ſua materia de præſcri.libr.6.& in iſto propoſito tenet Hoſtien. & Doctor. in.c.peruenit.de cenſibus & latè Franciſ.Balbus tracta. præſcripit.in.3. parte quintæ princi. &in ſecunda parte.
9 3. princip. Imo hoc caſu, quia quaſi poſſeſſ.eſt contra ius commune, mala fides præſumitur ſecundum Battol. in.l.1.§.2. ff. de itine. actuq́ue priua. pen.quæſtio. & ex tali quaſi poſſ nullum ius præſumitur ſecundum eundem Bartol.in.d.l.1.§.2. circa pricipiũ ibi.quæro quid prodeſt.facit textus in c.ſuperquibuſdam.§.præterea. de verbo ſignifi.&.l.vectigalia & ibi Bartol. ff.de publica.nec ſatis eſt dicere,quod eo ipſo,[que el que litiga dize:deſcienden de ſolar conocido, eſto baſte por titulo:]quia huic allegationi contradicit ius,& ſuper hoc agitur & litigatur. Nec obſtat. l.omnes.C. de præſcript. 30.vel.40.annorum:quia illa lex ſecũdum communem intellectum loquitur & intelligitur in actionibus & iuribus,quæ non finiebãtur.10. vel.20. annis,in quibus diſponit,quod ſaltem finiantur. 30. vel.40.annis. non verò loquitur nec habet locum in rebus vel iuribus,quæ de natura ſua ſunt impræ

Universidad de Deusto
Biblioteca

scriptibiles, vt sunt tributa, de quibus agimus. & ita magistraliter declarat Bal. in l. 2. C. ne rei dominicæ, vel templa. & idem Bal. & Sali. in d. l. omnes. & Cano. in c. cum à nobis. de præscri. & in d. §. præterea. & Ripa in respon. 4. nu. 4. & Guido in decisione supra allegata. & Bal. vbi supra. minus obest. d. l. fi. C. de fundis patrimo. Quia loquitur quando immunitas esset concessa à Principe per rescriptum inualidum. ita Bal. in l. competit. de præscri. 30. vel 40. annorum. & Balbus. in. 2. parte. quintæ. nu. 7. & num. 34. Bartoli vero & Alex. consilia, quibus dicitur quod tributa & pedagia possunt præscribi. 40. annis. loquuntur quando præscribitur contra aliquem inferiorem, non contra Principem. Tripliciter enim potest agi & tractari de prę scri. tributorum: vno modo, an præscribantur, & quanto tempore contra supremum dominum, Regé vel Principem, & iste est noster casus: secundo modo, an præscribantur, & quanto tempore contra dominum inferiorę, & isto casu intelliguntur iura & consilia allegata: tertio, an aliquis possit prę scribere contra incolas. de quibus omnibus vide optimè Ripam in. d. respon. 4. nu. 4. Nec obstat. l. cum de in rem verso. vbi videtur communis doctrina, quod satis sit allegare titulum & probare præstationem longi temporis, vt quis sit in futurũ obligatus, & sic multo magis videtur, quod ad consequendam liberationem à collectis & contributionibus, quę facilius consequitur, & fauorabilior est, satis sit allegare causam, vel titulum de solar, [o priuilegio, y probar possesion de quarẽta años.] quia respõdeo, quod illa. l. cum doctrina & materia sua intelligitur prętęquam quando illud, quod prætenditur, contradicit iuri cõmuni. vt in nostro casu: nam tunc non sufficit allegare titulũ, & si fateamur, quę el solar, habeatur loco tituli. Itain eisdem terminis, & in eadem materia respondit Guid. consi. 1. nu. 9. cum sequentibus, & idem latiùs decis. parla. 35. & Innocen. in. c. bonę. el segundo de postu. præla. & ita videntur disponere iura regia in tit. de las prę scriptiones, de quibus infra. Sed huic solutioni & superioribꝰ videtur obstare text. in. l. si quis diuturno. ff. si serui. vendi. vbi licèt resistat ius commune possess. nihilominus sufficit tempus ordinarium, vt patet in seruitute continua, quæ præscribitur spatio longi temporis sine titulo, & tamen iuris præsumptio est contra præscribentem: quia omnis res præsumitur libera, nisi probetur seruire. vt in. l. altius. C. de serui. & aqua. & in. l. si in ædibus. eodem titulo. notat plene Barto in. l. si prius. in tertia parte principa. colum. nona. ff. de noui operis nunti. Istam difficultatem sensit glosa in capitulo primo de præscipt. libro. 6. & illam format Imol. in capit. de quarta. circa finem. & in repetition. capitul. final. eodem titu. & in capitulo. cum ecclesia col. fina. de causa possessio. & proprietatis. & in alijs locis. & soluit vbique, quod regula. d. c. primi, non habet locum vbi agitur de modico præiudicio.

cio, vt in dict. l. si quis diuturno. causa enim seruitutis reputatur leuis præiudicij, vt ibi dicitur: & in. l. cum de in rem verso. ff. de vsu. Et licèt huic difficultati assignentur per Doct. aliæ multę solutiones, quas remissiuè refert Balbus in secunda parte tertiæ partis principalis numer. 39. tamen inter omnes ista magis communiter tenetur per eos, vt est videre per eũdem Balbum ibidem vsque ad numerum. 40. Cùm ergo in his causis nobilitatis non agatur de præscriptione rei leuis præiudicij, sed maximi, vt sunt tributa & collectæ, & ipsum ius nobilitatis, merito habet locum regula dicti. c. primi de 11
præscript. in. 6. & pragmaticæ regni, & non regula, vel intellectus dict. l. si quis diuturno. &c.

Sed adhuc possunt considerari duo dubia: primum, quod videtur quod istæ contributiones, & tributa Imperatori debita nullo tẽporis spatio possint præscribi etiam immemoriali cũ de iure sint impræscriptibilia, vt in. l. comperit. C. de præscrip. triginta, vel quadraginta annorum, & in. l. 6. titulo de las præscriptiones. libro. 3. ordin. vbi dicitur: [Y las leyes que dizen que las cosas del Rey no se puedan ganar por tiẽpo, se entiendan de los pechos, y tributos que a nos son deuidos.] Quibus iuribus, & alijs absolute dicitur, quod istæ publicæ functiones, & tributa, quæ debentur in signum recognitionis, & superioritatis, sunt impręscriptibilia.

Secundum dubium est, quod dato 12
quod sufficeret tempus immemoriale, videtur quod non sufficiat quod testes deponant de quadraginta, vel quinquaginta annis: sed quod necessario debeant deponere de cẽtum, cũ hominum vita à iure præsumatur ad eos perdurare. vt in. l. fina. C. de sacro. sanct. eccless. & in ista eadem materia notatur in. l. vectigalia. ff. de publica. & in. d. c. forus. §. præterea. de verbo. significa. & obiter tenuit Guido consilio. 150. numero quarto. Sed videmus quotidie, quod si testes deponant de quadraginta annis cum auditu maiorum, sufficit, & habetur pro immemoriali: ergo.

Ad primum respondeo, quod illa iura quæ dicũt, quod ista tributa sunt impræscriptibilia, intelliguntur communiter tempore ordinario: secus verò immemoriali, vt in eisdem declarant Docto. & in dicta. l. omnes, & in specie. Bal. in dict. l. vnica. C. ne rei dominicæ, vel templo. vbi in proposito & confirmatione plura notãda dicit. vbicũque enim, & quantuncunque à iure inhibeatur præscriptio, non intelligitur sublata præscriptio temporis immemorialis. vt latissimè tradit Balbus in tractatu præscript. in secunda parte tertiæ partis principa. numero 24. cumpluribus sequentibus & Felin. in capit. si diligenti. de prę script. & per Bachal. Xuarez in allegatione tertia, in tertia columna. & per Doct. in capi. peruenit de censi. & in. d §. prę terea: in quibus locis ita intelligunt. d. l. competit.

Ad secundum dubium respondeo, 12
quod non requiritur, quod deponãt

Universidad de Deusto
Biblioteca

de centum annis, sed tãtum quod deponant de visu per se ipsos, & de auditu suorum maiorum secundum formam.d.l.si arbiter.ff.de probat.&.d.l. Tauri.dicendo, quod ipsi ita viderunt suis temporibus, & ita audierũt à suis maioribus, quod ipsi suis temporibus ita viderant, & audiuerant à suis, & quod sic fuit communis opinio,& publica vox populi,& fama sine vlla contradictione: & talis probatio dicitur perfecta quãtum ad immemorialem, & reputatur centum annorum secundum omnes Doct.vbi supra, & secundum glossatores dictæ.l. Tauri, & secũdum Guidonem, qui in nostris terminis ita dicit consulendo in.d.consi. 150.numero quarto,& secundum Balbum in dicto loco in dicto nume. 24. Imò (quod amplius est) probatio centum annorum sine requisitis supradictis non haberetur pro immemoriali. secundum plurimos & Doctor. quos refert idem Balb.loco citato, licèt sint alij in oppositum. vt ibidẽ est videre.

Restat igitur ex supradictis, [que la qualidad principal, que se requiere para probar hidalguia en propriedad de mas de la posseſion de todas tres parsonas es la immemorial con las qualidades y circũstancias dichas] quę sunt conformes iuri communi secundum dict.l.si arbiter, & tradita per gloss. & Bartol. in dict.l. prima. §. idem labeo. ff. de aqua pluri. arcen. & per Innocentium in dict. capitul. bonæ. & per Guidonem consil.vel decisione. 356. qui pulchrè & latè prosequitur. & latius Balbus in dict. secunda parte tertiæ principa.numero.35. cum sequentibus & Curtius consilio. 77. vnum tamen est, quod quando mors aui esset tam antiqua, quod testes non potuissent naturaliter eum cognoscere, sufficit probatio de auditu secundum istam pragmaticam, quod etiam vltra ipsam æquitatem est secundum dispositionem iuris communis: nam de factis, quæ excedunt hominum ætatẽ, non potest reddi ratio per visum vt notat Innocent.in capitul.cum causam. de iure.calumniæ,& ipsa natura manifestum est: nam, vt inquit Bald.elegãter in.l.non ignorat, quarta col. C.de his qui accus.non poss. Nemo ex his, qui nunc sunt, vidit Cæsarem, aut Federicum Imperatores, vt. ff. de iudi. l. cum proponebatur.

Vlterius principaliter quæro: dato, quod in præscribendis tributis (de quibus loquimur) non possit dari titulus nisi à principe, quo casu non est necessaria præscriptio, an requiratur bona fides? & videtur, quod non: quia cum requiratur tempus immemoriale vt dictum est, videtur quod non sit necessaria bona fides: & ita tenuit Sali.in secunda.C. de serui.dicens, quod vbi habemus tempus immemoriale non est curandum de bona, vel mala fide: idem tenet Iacobus in tracta. de omagio columna quarta. & videtur facere regula textus in.l. omnes, & in l.cum notissimi. C. de præscriptio. 30. vel. 40. annorum. vbi longissima præscriptio 30. vel. 40. annorum procedit sine bona fide: ergo multo magis ea, quæ est immemorialis.

Sed

Sed his non obstantibus cõtrarium est verius,& magis communiter tenetur, quod imò requiratur bona fides. vt tenet gloss.in.d.c.primo.de præscriptio.libro sexto. & Philippus Francis. ibi & Berta. in reperto. in verbo præscriptio el segundo. columna quarta, & Cano.in dicto capitu.si diligenti.& Balbus late in.d.secunda parte tertiæ principa.numero.30. benè verum est, quòd in præscriptione immemoriali ista bona fides semper præsumitur: vt singulariter tenet Innocen. & Bal. in dicto capitul. si diligenti. quorum doctrinam refert, & sequitur Balbus vbi supra numero.29. Imò (quod amplius est) dicit Panor. consilio.71. incipiente.clericus.quod qui tanto tempore non soluit tributa, præsumitur quod aliqua causa iusta fuerit exemptus, quod est notandum. & Felinus in cap.cum à nobis,de præscrip.dicit, quod ista præsumptio resultãs, ex tanto tempore est iuris & de iure, & non recipit probationem in contrarium, licèt admittatur probatio, quod non sit lapsum tantum tempus.

Vnum tamen est notandum, quod licèt nõ possit probari per instrumenta memoriam non extare secundum Ioan. Andræ. & alios in dicto capitulo primo: tamẽ benè potest per instrumenta probari contrariũ. scilicet, memoriam extare: quo probato cessat omnis probatio testium, quod est notandum, quia est contingibile, & quotidianũ in his causis nobilitatis, in quibus frequenter inueniuntur instrumenta antiqua: [especialmente padrones, y alardes: por los quales parece, que el visabuelo, o algun ascendiente pecho: y constando desto, aunque este probada immemorial por testigos, no es bastante. Et est limitatio ad text. in. l. in exercendis. C. de fide instrumen. quia isto casu maiorem vim habent instrumenta, quàm testes. Ex supra dictis infero vnũ, quod in scholis forsan videretur nouum, quod in præscribendis tributis, vel immunitate eorum, non est sufficiens titulus ad præscribendum titulus pro hærede: ex eo enim quod pater, & auus meus non soluerint suis temporibus tributa, nõ propterea ego potero titulo pro hærede præscribere tempore ordinario, quod fortè procedit ea ratione quia ius commune contradicit tam mihi, quàm patri & auo. Si tamen ostenderetur titulus principis, etiam minus sufficiens, sufficeret tempus quadraginta annorum, vt supra dictum est, per.l.fi.C.de fundis patrimon.de quo latius infra dicemus.

Vlterius principaliter quæro, an ex parte principis, contra quem præscribitur immunitas, debeat concurrere scientia, & patientia, vt particulariter possit præscribere? Et videtur quod sic, quia sicut præscriptio in corporalibus non potest procedere sine poss. vt in.l. sine possessione. ff. de vsucap. cum alijs: ita in incorporalibus non procedit sine quasi possess. quæ quasi possess. consistit in scientia, & patientia, vt in.l. quoties. ff. de seruit. & in.l. seruitutes, la magna. & in.l. secunda. C. de seruit. maximè in præscribenda liber-

Universidad de Deusto
Biblioteca

20 libertate, vbi nõ acquiritur quasi possess. nisi à tempore contradictionis, vt est glos. ordi. in. l. qui luminibus. ff. de seruit. vrba prẽd. vbi dicit, quod etiam si per mille annos ego non tollã ædes meas, non acquiro quasi possess. altius tollendi, nec incipiam præscribere libertatem, nisi à tempore, quo vicinus sciens, & patiens consenserit, vel eo contradicente fecerim, & in hanc partem consuluit Ripa respon. quarto in fine, vbi dicit, quod ad præscribẽdam immunitatem tributorum requiritur scientia & patientia, & in super alia tria, quæ ante eum posuit Alexand. in cõsilio. 136. incipiente in causa & lite. & retulit Balbus in secunda parte quintæ principalis numero. 34. vbi
21 dicit, quod ad præscribendam immunitatem collectarum requirũtur quatuor vltra ipsum tempus immemoriale. Primum bona fides de qua dictum est secundum scientiã & patientiã superioris de qua nunc agimus. Tertium quod iste qui prætendit, fuerit aliquando requisitus. Quartum, quod noluerit soluere, argumẽto tex. in. l. hæc anteà iura. ff. de seruitu. vrba præd & gloss. in. d. l. qui luminibus, & notatorum per Bartol. in. l. cum scimus de agri. & censi. vbi dicitur, quod si per mille annos non exercui iurisdictionem, si non fui requisitus, non præscribitur contra me, cùm non euenerit casus.

His tamen non obstantibus communis opinio est in contrarium secũdum Balbum, vbi supra in dict. secunda parte quintæ principalis, num. 27. & latiùs in secunda parte tertiæ principalis, numero. 32. vbi refert Alexan. consilio. 6. incipiente viso thema. Iaso. in. l. imperium. 9. col. ff. de iurisdict. omnium iudi. Felin. in dicto. c. cum à nobis, colũ. prima, & secunda, & Decius consilio. 85. incipiente diligenter: quibus locis & alijs multis concluditur, quod vbi agitur de possess. vel quasi temporis immemorialis non requiritur scientia & patientia Principis in præscribendis iuribus regalibus, sed sufficit scientia communitatum, que llamamos concejos, secundum Bartolum in. l. si publicanus. §. finali. ff. de publi. licèt contrarium tenuerit Salic. in. l. vectigalia. C. noua vectigal. inst. non possess. Sed prout dixi, communis opinio est cum Bartol. secundum Balbum qui latè refert opiniones in dicta secunda parte numero. 27. Et ista pars in his causis nititur maiori ratione: nam aliàs nullus posset præscribere immunitatem vel pauciss imi, si esset necessaria ipsius principis certa scientia: satis enim est, vt dixi [que interuẽga sciencia y paciẽcia de los concejos.] digñ quot habes m:z C deses & scribte depatiente &

Circa illud vero, quod fuerit requisitus & denegauerit soluere, ambiguũ est apud me an in his causis sit necessarium vel noceat: [atẽto que esta pragmatica dize, que prueuen pacifica possession sin contradiction: dõde parece, que hauiendo sido requeridos, o pedidos en algũ tiempo, arguye que no ha sido la posseſion pacifica:] nisi intelligamus, quod tempus immemoriale currat à tempore huius contradi

tradictionis, vt in eodem articulo videtur tenere idem Balbus, vbi supra num. 34. in fine.

SVMMARIVM
Ex capite sequenti.

1 *IN præscribenda immunitate quasi possessio debet causari ex sola nobilitatis opinione.*
2 *Refertur & exponitur pragmatica de Tordesillas anno. 1403. & l. Domini Regis Henrici anno. 1398. in titulo de los hijos dalgo. lib. 4. ordina.*
3 *In præscribẽda immunitate requiritur, quod quasi possessio ſit iure libertatis.*
4 *Iudices harum causarum nobilitatis negligenter in consideratione qualitatum requisitarum se habent.*
5 *Tempore, quo non est libera iustitiæ administratio, non quæritur quasi possess. immunitatis.*
6 *An in præscriptione immunitatis ſit necessarium, quod domicilium patris & aui fuerit idem.*
7 *An in locis liberis, & immunibus à tributis possit quæri quasi possess. immunitatis.*
8 *Quasi possess. etiam per mille annos non quæritur, quando non euenit casus contradictionis uel seruitutis.*
9 *Vbi est differentia nobilium & ignobilium potest quæri quasi poss. nobilitatis ex quibusdam actibus, etiam si non ſit tributorum præstatio.*
10 *Furor superueniens præscribenti non mutat statũ, quem inuenit.*
11 *Qualitas poss. princ. an præsumatur uel transeat in filium.*
12 *Quando agitur de nobilitate incidenter, leuior probatio sufficit.*

DE QVALITATIBVS & adminiculis immemorialis præscriptionis in his immunitatis causis considerandis.

CAP. VIII.

1 QVÆRO vlterius, quæ aliæ qualitates requirantur ad probationẽ proprietatis in his causis? Respon. quòd requiritur, [que la possesion y exempcion que hantenido los que litigan y su padre y abuelo aya sido por auer sido tenidos por hijos dalgo, y no por otra causa ni razon. Secundum
2 quod disponitur en la pragmatica de Tordesillas del Año de. 1403. Donde esta encorporada la ley del Señor Rey don Henrique el tercero hecha en Toro Año de. 1398. Ibi dum dicit: [Pero si en la dicha ciudad, o villa, o lugar do agora mora este, y que se dize hijo dalgo (a que agora nueuamente se demanda por el concejo que peche) su abuelo o su padre moraron en la ciudad, o villa, o lugar do es agora esta contienda, o ay bien cerca en la comarca, y nunca en su vida pecharon por dezir que eran hijos dalgo, ni tampoco pecho este su hijo y nieto, quiero y es mi merced, que en tal caso no peche este, saluo si la fama es, que su padre, o abuelo no eran hijos dalgo: y no dexaron de pechar por ser hijos dalgo, saluo por ser acostados de algun señor, o de algun cauallero, o escudero, o de algun maestre, o de y glesia, o que por otra razon alguna no pechassen: mas no por ser hijos dalgo. &c. Y esta qualidad tambien es conforme a derecho comun:] nam adhoc, vt aliquis præscri

bat

Universidad de Deusto
Biblioteca

bat libertatem seruitutis, vel exẽptionem, requiritur quod vsus sit quasi possessione iure libertatis,& non alio. 3 Nam si iure facultatis, vel precario vsus sit, nullo tempore acquirit, vt est textus singularis in.l.fina. ff. quemad. serui. amitta. & in. l. vt pomum. ff. de serui. titulo genera. & in.l. final. ff. de itine. actuque priua. & in.l. prima. §. hoc interdicto. vbi glos. nota. in verbo. vsus. ff. eodẽ. Possessio enim, quæ non iure seruitutis acquirendæ,vel extinguendæ habetur,non requirit nec extinguit seruitutem,maximè in libertate quærẽda, vel exemptione, in qua (vt dixi) non quæritur quasi possessio nisi à tempore, quo requisitus noluit soluere,vt per glo.in allegata.l. qui luminibus.& per textum in dicta.l. hæc autem iura. & Balbum, & Guido. vbi supra Ex quo constat, quòd particularis, qui vult probare proprietatem nobilitatis, vel exemptionis, debet qualificare quasi possessiõnem suam & patris & aui modo, & forma supradictis:nec satis erit probare quasi possessionem nudam, vel exemptionem, nisi simul probet qualitatem:quia vbi 5 lex requirit actum cum qualitate,non sufficit probare factum nisi simul probetur qualitas, vt in. c. primo. de homil. libro sexto. c.auditis de præscrip. l.1.§.quòd autem. & ibi Bartolus ff.ne quid influmi. public.& in.l. fulcinius. §. cum autem. ff. ex quibus causa. in possessio. catur. cum concordantijs: de quibus per Iaso.in.l.1. §. in eum. ff. ne quis eum. Felin. in. c. cum Ioanne Herem. decimaseptima col.de fide instrumen. Curtius consi. 84. in secunda columna,& in materia nostra est textus expressus in.l.). §. hoc interdicto in verbo vsus. ff. de itine.actuque priuato.

Ex quo negligenter, imò iniustè sæpè faciunt iudices harum causarum, qui parùm aut modicùm aduertunt ad probationem huius qualitatis, & aliarum,sed sine consideratione illarũ eo ipso, [que los testigos del litigante dizen que saben que el y su padre y abuelo no pecharon.Dan sentencia en su fauor en propriedad.] Imò (quòd grauius est)que muchas vezes prueua el cõcejo y Fiscal, que el padre y abuelo, o alguno dellos fueron allegados a personas poderosas, o fueron Regidores, o Alcaldes, y que por esto dexaron de pechar, y otras cosas de las contenidas en esta pragmatica, & nihilominus apud illos est modicè aut nullius considerationis:quod certè videtur contra legum, & pragmaticarum intentionem, & non sine aliquo Cæsaris & communitatum præiudicio fit.

Est etiam alia qualitas necessaria, scilicet,[que la quasi posseisió,que prueuan, no aya sido violenta, ni viciosa] putà acquisita tempore quo opprimebantur iura regalia, & ipsa iustitiæ administratio, vt dicit pragmat. de Cordoua. in secunda colum. in versiculo [no mirãdo] talis enim quasi possessio non releuat,cùm sit vitiosa, & violenta,vt ibi dicitur: & idem si sit clandestina, vel dolosa, vel ex falsa causa quæsita:putà, [monstrando a los officiales

ciales del concejo executorias agenas por proprias,o priuilegios reuocados o otras escripturas tales,] vt quotidie fit: his enim casibus comperta veritate, & detecto dolo talis quasi possessio non proficiet:imò nocebit, vt fuit [en el pleyto de los Portillos de villa Rubia,a donde cõ vna executoria de parte de madre gozaron muchos años haziendo entender al cõcejo que era de parte de padre. Denique in his causis siue agatur de petitorio,vel possessorio probando, quasi possessio debet esse iusta,& iuridica, non vi, non clam, non precario, vt in dicta. l. finali.ff. de itine. actuque priuat. & in l.prima. §. perpetuo. ff. vti possidetis. Cuius verba, Perpetuo autem huic interdicto insunt hæc: quòd nec vi, nec clam, nec precario ab alio possideas: quæ verba declarantur per legem primam.§.fina. cum lege sequenti. eodem titulo: sicut enim in interdicto vti possidetis. is vincit, qui docet de possessione, non vi, non clam, non precario habita: vt in. l. si duo & per totum.ff. vti possidet.& in capitulo licèt causam. de probationi. ita in his iudicijs siue agatur de possessione, siue de proprietate, possessio debet esse iusta.

6 Illa verò qualitas quam, ponit illa pragmatica de Tordesillas, que el padre, y abuelo ayan biuido en lugar do biue el que litiga, o en su comarca, non multùm attenditur, verũ tamen est, quòd solùm videtur ista pragmatica requirere istam qualitatẽ quando agitur de possessione. [Porque solamente la pone, y repite quando habla del entendimiento de la ley del señor Rey don Henrique: hecha en Leon. La qual solamente habla, y trata del amparar en la possession alos que probaren que su padre y abuelo por veynte años en los lugares donde biuieron seyendo vnos mesmos, o en la mesma comarca no pecharon. Et ista etiam qualitas, licèt videatur leuis, esset attendenda: quia procedit de mera iuris communis dispositione, qua cautum est: quòd in causis quæ requirunt probationem temporis immemorialis, testes debent esse vicini vel circumuicini, quia scientia istarum causarum cadit meliùs in eos & præsumuntur meliùs scire, vt in.l.1.§.1.ff.de flumi.ibi dum dicit: æstimatione circumcolentium & eadem ratione quasi possessio patris & aui debet esse cõtinuata in eodem vel vicino loco,vt clarius possit probari, ita Ioã. Andr.in allegat.c.1.de præscript. libr. 6.Baldus in dicta.2.part.3.part. nume. 36.quãdo enim auus fuit incola vnius 7 puinciæ vel diœcesis & pater alterius &ipse qui contendit alterius,non potest facile probari de continuata quasi possess.& reputatione aui & patris deriuata in filiũ & nepotem: sed videtur, quod vnusquisq; tantum de sua persona doceat, & potest reddi probatio captiosa & equiuoca ex mutatione domicilij:ex quo videtur, quòd ista qualitas non esset omnino contẽnenda.

Sed iuxta hanc partem quæro,an in probatione proprietatis in his causis prosit vel noceat litiganti quasi possessio:

sessio: quam habuit pater vel auus in loco exempto vel ratione alicuius officij, vel dignitatis temporalis, vel personalis? & vt hoc melius intelligatur, subijcio exemplũ, pater, vel auus meˢ vixerunt in aliquo loco, vel ciuitate libera, & immuni à tributis, [puta en Valladolid, o Toledo donde no ay pechos, o en Granada, y en todo su Reyno, donde tan poco los ay, ni differencia de pecheros a hidalgos, o en otro lugar libre, o fue Licenciado, o Doctor por vniuersidad de las que gozan, o Alcalde, o Regidor en pueblo, donde por estos officios no era obligado a pechar por priuilegio del officio, o por costumbre.] Quæro an his casibus, vel quolibet illorum istud tẽpus, quo tales personæ pater vel auus ratione loci exempti, vel causarum supradictarum fuerunt immunes & nõ soluerũt tributa, computetur illis vel nepotibus pro quasi possess. iusta, & sufficiente ad probationem nobilitatis, vt ex eo nepos possit probare plenè secundum formam supradictam & positam à dictis pragmaticis [probando en aquellos lugares la comun reputacion y opinion de hidalgos, vel an nocebit illi ex eo, quod non possit se iuuare ex tali tempore & possess. patris vel aui. Et videtur quod in talibus locis liberis vel exemptis sufficiat cõmunis opinio, & reputa. patris vel aui, cũ ex ea probetur nobilitas, ut per Bald. & doctores in. l. prouidendum C de postulat. & per Alex. consi. 146. & Guido. consi. 217. & dixi supra latiùs. ca. 63. partis. nume. 6. facit quod nota. dicit Bald. per tex. ibi. in. l. 2. C. si seru. vel liber ad Decu. aspir. libr. 10. vbi firmat quod fama publica & communis opinio constituit aliquem in quasi possessione ingenuitatis & nobilitatis. & ita dicit. Bartol. in. l. prima. de dignit, quod ille est nobilis quem populus talem existimat. idem dicit Alberi. prima part. statu. quæstio. 137. Lucas de pen. in. l. mulieres colum. 3. versiculo nono. C. de dignita. Soci. consilio. 246. incipien. eleganter. col. secunda. libro. secundo.

Item sicut in locis vbi soluuntur tributa, distinguuntur nobiles à plebeis per non solutionem, & per eam probatur nobilitas: ita in locis liberis debet probari per cõmunem reputationem. [Y anssi la pragma. de Cordoua dize, que prueuen auer estado el y su padre y abuelo en reputació de hijos dalgo. Y no auer pechado.] Quæ verba debet referri singula singulis, el no auer pechado quando ay pechos y la reputacion quãdo no los ay,] prę terea si quam formam exigunt. ll. & pragma. illa est probatoria quam Bal. in. l. 1. ff. de liber. & posthu. appellat demonstratiuã. cum ponatur ad demonstrandam qualitatem prout in nostro casu demonstratur nobilitas, sed talis formæ omissio non reddit actum nullum quando per aliud genus probationis cõsequitur effectus, vt per Bar. & mod. in. l. Gallus §. & quid si tantum, & in. d. l. 1. facit text. singul. in. l. 1. C. quo bono. vbi licèt illa lex loquatur per verbum si, inducens conditionem & formam in probatione filiationis:

tionis: tamẽ quando subjecta materia non patitur illam admittitur alia æquipollens, de qua in. l. si vicinis. C. de nupti. & in. l. neq; professio de testa. & in. c. Michael de filh. presby. & in ita illum tex. inducit Dec. in simili casu interpretãdo statutum quoddam requirens probationem formalem in consi. 11. nu. 19. ita ergo dicemus, [que quando no se puede probar la hidalguia por el no pechar por ser los lugares libres, baste probar la comũ reputació, y parece q̃ no es verisimil q̃ los reyes Catholicos que tanto fauorecieron los hijos dalgo les imposibilitassen de probar su nobleza cõtra reglas de derecho,] in. l. quoniam. C. de hæreti. Imo [parece que en este caso quisierõ q̃ bastasse la reputacion, pues tambiẽ admitieron por probãça el solar y otro. tit.] vt dictum est. breuiter in hac. &c. In hac. q. crederem distinguendũ aut is, qui litigat: vult sumere initium quasi possess. aui vel patris ex his causis, vel ijs tẽporibus, quibus vterq; vel alter vixit in locis exemptis, vel fuerũt in aliquo officio, vel dignitate, propter quod potuerunt se excusare: & isto casu credereẽ, quod non suffragaretur illi talis possess. etiã si de tempore immemoriali probet talem exẽptionẽ, vel immunitatẽ cum cõmuni reputatione aui ex eo quia (vt supra dictũ est) non videtur probatio concludens in qualitatibus requisitis à iure & à dictis prag. [que requieren q̃ no ayan pechado, y q̃ ayan estado en reputacion de hijos dalgo, y q̃ en los lugares do han biuido aya pechos.

Item quia cùm cõmunitas & Cæsaris procurator nunquã potuerũ petere tributa ab auo, vel patre ratione loci liberi, vel officij vel dignitatis, & per cõsequens fuerunt illis tẽporibus impediti agere, nõ potuit eis prẽiudicare tẽporis lapsus: nec aduersus illos potuit præscriptio currere ex regula. l. fi. C. de anna. exceptio. &. l. in rebus. C. de iure dot. cum hoc sit impedimentum iuris, & ista põt esse noua ratio ad dic. prag. & ad. l. ordi. q̃ specialiter requirũt, [q̃ ayan excusado se de pechar solamente por ser hijos dalgo, y no por otra razon, ni causa: y que en los lugares, do han biuido aya hauido pechos. Nam si non soluebantur ibi tributa, vel pater vel auus excusabantur ratione officij, vel statuti, vel consuetudinis: nũquam potuerunt habere contradictionem, & per cõsequẽs, vt dictum est, nõ potuerunt incipere vsucapere, per. d. l. hęc autẽ iura & per glo. in. l. qui luminibus, iam allegata. Facit quod dicit notanter Bartol. in. l. cum scimus. C. de agricol. & censit. quod si vna ciuitas vel persona debeat seruitia vel tributa Principi pro tẽpore guerræ, vel necessitatis, quod etiam si per mille annos non soluerit: si tamen in his annis non euenit guerra, vel necessitas, nũquam potest præscribere, nec incipere quasi possidere exemptionem. Idem dicit idem Bart. per tex. ibi, in. l. in filijs. C. de decu. Baldus, & Ange. in. l. secunda. C de præscriptio triginta, vel quadraginta annorum Bal. 1. & Moder. in. l. imperiũ, 7. colum ff. de iurit. omnium iudicũ.

& alij plures ibi relati, quod in nostra eadem materia deducitur per eosdē:
9 Benè verum est, quòd si in talibus locis esset aliqua differentia, qua distinguerentur nobiles ab ignobilibus, & plebeis, vt ferè est in pluribus locis huius prouinciæ Bæticæ, vbi medietas officiorum dantur nobilibus, & altera medietas plebeis: [Assi en regimientos como en varas de hermandad, o otras diferencias y actos positiuos como enel partido de Leon donde se jūtan los hijos dalgo a comer el hornazo por Pascua Florida, y en otras partes donde ay carniceria a parte para hidalgos: y fieldades como en ciudad Real: y assientos en las yglesias como en Xerez: y costumbre de lleuar las andas de los hidalgos, otros tales: y cofradias y Cabildos de hijos dalgo como en Cuenca, y otras muchas differencias introduzidas por costumbre, o ordenanças antiguas, probando el que litiga muchos y muy antiguos y continuos actos destos: y alegādo solar por titulo,] forsan sufficerēt tales actus ad obtinendum in possessione.
Ad proprietatem verò non auderem affirmare, nisi probaretur titulus, vel adessent plures & validæ circunstantiæ quibus iustè moueretur iudicū animus, & isto casu haberent locum rationes supra adductæ, & etiam posset ferri sententia, [por la qual les mandasse amparar en la possession de aquellos actos, y no mas,] cum in ptæscriptionibus sit regula tantum præscriptum, quantum possessum. l. 1. §. Iulianus. ff. de itiner. actuq; priua. c. audi tis de præscrip. & eisdem rationibus & fundamentis iuridice responsum est Cæsaris nostri consultationi per vtriusq; chancellariæ Pintianæ & Granatēsis senatores Anno. 45. & 50. dum ab eisdem consilium peteretur, an illæ personæ quæ domicilium habent vel habuerunt in Cantabrię locis, quibus non soluuntur tributa. [como son en la prouincia de Guipuzcua. y otras partes de Vizcaya donde son essentos de pechos, o no los ay, alomenos no se pagan por repartimiēto, si las tales personas probando esta possession, o immunidad, podrā gozar de hidalguia en possession o propriedad fuera de aquella tierra: y fue respondido por el acuerdo que no pudiessen gozar, sino probassen otros adminiculos, y actos positiuos, y calidades, en que se differenciassen los no bles y hidalgos de los villanos y pecheros.] Et hoc videtur de mente pragmati. Cordubensis licèt in hoc articulo variæ & contrariæ sententiæ aliquando in Pintiana hac cancellaria sint prolatæ. Et hæc dico, quando iste, qui nunc litigat, vult initiare quasi possess. patris vel aui in talib⁹ locis liberis & exēptis vel qñ habuerūt aliquod officiū, propter quod ex cōsuetudine, vel statuto poterunt se excusare à tributis vt dixi.
Si verò nō vult initium sumere, sed continuare, vel mediare quasi possessio. aui vel patris, putà probat, quod auus vel pater per aliquot annos fuit in quasi possess. exemptionis & nobilitatis, & non fuit incollectatus nec soluit tributa in loco, quo morabatur, in quo

quo soluebantur tributa per ignobiles, & plebeios: deinde idem auus, vel pater trāstulit domicilium ad locum exemptum, vel assequutus fuit officium vel dignitatem, propter q̄ non tenebatur ad tributa, etiam sinon esset nobilis. Isto casu credere q̄ istud medium tempus vel successus officij non officeret etiam ad obtinendum in proprietate, si cōcurreret tēpus, & qualitates requisitæ: illud enim initiū & quasi possessio aui bene initiata & qualificata continuatur in eandē personam: vel filium, etiā si mutetur domicilium, vel alteretur qualitas suæ personæ: quia nō mutatur causa poss. vt in. l. non solum. §. quod vulgo. cum alijs. ff. de vsu cap. sicut contra malum & vitiosum initium cōtinuaretur, vt in. l. Pōponius. §. cū quis. ff. de acqui. possess. & in. l. cum hæres. ff. de diuer. & tempora. præscriptiō. & authentica malę fidei. C. de longi tempo. præscript. media enim tempora non solēt nocere. l. solemus. ff. de hæred. institu. & l. nūquàm. §. si seruus. ff. de vsuca. pro empto. l. si is qui pro emptore. §. eū qui. ff. de vsuca. vbi habetur, quod si initiata vsucapione cū titulo, & bona fide superueniat furor vel amētia, vel defectus tituli nihilominus continuatur & finitur vsucapio ex primo tit. & causa: & per illa iuta dicit Barto. in dict. §. cum qui; quod furor superueniens operatur secundū statum in quo superuenit, vt si quis erat in statu gratiæ, & moriatur furiosus, saluetur: sin vero in statu reatus mortalis cōdēnetur, facit. l. si fundū. ff. de fund. do. ta. cum his quæ argum. illius tradunt docto. in varijs locis. Possessio enim semel quæsita perdurat cum sua qualitate, vt in. l. licet. C. de acqui. posse. Innoc. & Docto. in. c. olim, el. 3. de restit. spolia. & in. c. 2. de resti. in integ. [y como aqui el hijo onieto se quiere ayudar de la possessiō de su padre, y abuelo, o de ambos,] qualitas possessionis paternæ præsumitur cōtinuata in filiū & neporē, vt singulariter voluit Bald. in ca. 1. § inter filiam. si defeu. fue. contro. idem Bald. in capit. 1. in princi. de conten. inter mascu. & fœmi. vbi notanter dicit quod substantia & qualitas possessio. paternæ deriuatur in filium maximè non accedente noua causa, vt in. l. cum nemo. C. de acquir. possess. [y en las causas de hidalguia ay mayor razon en las quales el hidalgo] posidet nobilitatem in se ipso, vt singul. dicit Oldrald. cōsil. 172. & alibi in hoc operè dixi. & in ea nobilitate quodammodo possumus dicere [que el hijo sea y succeda como suyo y necessario], cum hoc ius nobilitatis sit gentilitium & hæreditarium, vt supra dictum est. per. l. 3. titu. 21. partit. 2. Imo potest dici, quod in his causis possit saluari glo. alias reproba. in. l. in suis. ff. de liber. & posthum. vbi voluit quòd possessi. trāseat ipso iure in filiū: promiscua enim est possessio patris & filij. vt eleganter dicit Baldus. in. l. si cius. C. de leg. hæred. Item hæc pars huius distinctionis probatur, alia iuris consideratione scilet, quia possessio vel ius semel causatum vel initiatum non debet perdi propter impedi

Universidad de Deusto
Biblioteca

mentum rei in qua exercenda erat. vt in priuilegio dicit gloss. sing. quam ibi commen. Ant. Abb. in. c. Abbate sancti Siluani. de verbo. sign. quia quis non potest vti iure vel priuilegio, vt est sing. tex. in. l. Atilicinus. ff. de serui. rustic. prædio. Barto. in l. 1. per text. ibi ff. de itine. actuq; priua in. §. hoc inter dictũ. Sicut enim exsiccato fonte non perditur seruitus nec poss. ita nec perdi debet ex eo quod in loco vbi vixerunt pater vel auus cessassent, vel non essent tributa facit. l. filijs & quod ibi Bartol. & Plat. C. de decu. libro. 10. ad cotinuandam namq; & retinendam possessionem non requiritur præcisus vsus, sed aptitudo & potentia: vt notanter dicit Barto. in. l. arboribus §. nam & si agrum. ff. de vsufruct. vbi dicit quod per erectionem furcarum. retinetur quasi possessio, licèt nõ eueniat casus quo aliquis suspendatur.

Item ex quo iam quasi possessio nobilitatis per non solutionem tributorum fuit initiata in patre vel auo in loco vbi soluebantur tributa immutatio loci vel tributorum quantum ad filios vel nepotes non interrumpit præscriptionem, [si en los lugares donde el hijo y nieto an biuido, an estado en reputacion de hijos dalgo continuando la possession de su padre, o abuelo:] vt vidimus in prescriptiõe inchoata contra maiorem, cui succesit minor vel ecclesia, nam hæc succedit cõtra eos, licèt non posit inchoari: vt in l. prima. C. si aduer. vsucap. & in. l. fi. in quibus cau. resti. non est necessaria, & in. l. Aemilius largianus. ff. de min.

Sic etiam videmus in re dotali, vt in l. fundus. ff. de fund. dota. quæ est singu. itaq; cõcludo quod inchoata quasi possessio ab auo vel patre in loco non libero per non solutionem tributorum continuabitur in filium vel nepotem habitãtes in locis liberis ita, demum si de sua persona probent communem famam & opinionem nobilitatis: scilicet, [auer estado reputados comunmente por hijos dalgo.]

11 Vnum tamen est notandum, quod licèt ad probandam proprietatẽ exẽptionis vel nobilitatis requiratur probatio temporis immemorialis cũ qualitatib' supradictis, hoc procedit quãdo agitur principaliter de immunitate, vel nobilitate ad consequendum omnes eius effectus: si vero incidenter & accessorie deducatur in iudiciũ, putà ad euitandam torturam, vel carcerem, vel ad habilitãdam personam ad aliquod officium, vel dignitatem, credo, quod non exigatur tam perfecta & qualificata probatio, sed sufficiat depositio testium de communi opinione & reputatione nobilitatis cũ aliquibus circunstantijs & cum debita ratione, & ita ad huiusmodi effectus admittitur talis probatio à iudicibus quotidie, & procedit ex singulari doctrina. Bald. supra relata, in. l. non ignorat. C. de his qui accus. non poss. Nec est omnino extra iuris rationem quia de iure cõmuni nobilitas probatur per famam & cõmunem reputationem, vt tradit eleganter Bald. in. l. penul. C. de postu. & per Bartol. Plat. & Alexand. in. l. 1. C. de dignit. & per Guido.

Guido. consi. 217. & per Socinum consil. 24. vbi dicit, quod nunquã nobilitas præsumitur, & propter hoc in articulo proprietatis, quem supra posui, dicitur, [si saben que el dicho fulano, es hijo dalgo de padre y abuelo, sequitur, y el y ellos por tales han sido hauidos y tenidos y cõmunmente reputados, &c.] Ista enim cõmunis opinio & reputatio est pars principalis nobilitatis & probationis, vt suprà dictũ est, & late tradit Alberic. in dictionario in verbo nobilitas.

Item quia quando agitur de probatione alicuius qualitatis incidenter nimirum si sufficiat leuior probatio. argu. eorum, quæ traduntur per gloss. & Docto. in. l. 1. C. de ordin. cognit. & in. l. nulli. C. de iudicijs. & late & singulariter per Bald. in. l. non ignorat secunda & tertia colum. C. de his qui accusa. non poss. maximè, vbi agitur de uitanda tortura, vel pœna corporali, ad cuius exclusionẽ quælibet æquitas admittitur, vt in. l. sancimus, & in. l. interpretatione. ff. de pœnis cũ alijs. licèt ista vltima ratio potest in contrarium retorqueri. quia si ad consequẽdam immunitatem tributorũ & munerum realium requiritur tam plena, & antiqua probatio, multo maior esset exigenda ad consequendam excusationẽ pœnæ corporalis, cũ hoc præferatur omni rerum æstimationi, vt in l. final. C. de sacrosanct. eccles. & in. l. in seruorũ. ff. de pœn. Præponderat tñ fauor personæ & æquitas, maximè quia quãdo agitur de nobilitate principaliter, nõ est principale quod prætendatur excusatio tributorum: sed ipsa nobilitatis essentia, quæ tribuit immunitatem & priuilegia ipsi personæ principaliter & rebus secundariò.

Liquet igitur ex superioribus qualis debeat esse libellus in his causis, & qualiter debeat cõcipi articulus super proprietate, & quid sit probandũ ad obtinendum in ea. restat nunc videndum qualis debeat esse sententia, quibus verbis concipienda. Et secundum stylum hodiernum, qui longe emendatior est antiquo, sententia concipiẽda est per verba sequentia, quando aliquis declaratẽ nobilis in proprietate.

SVMMARIVM
Ex capite sequenti.

1 Sententia immunitatis & nobilitatis in particularis fauorem qualiter formetur.
2 Exponitur principaliores clausulæ huius sententiæ.
3 Referuntur uerba legis octauæ tituli de los hijos dalgo lib. 4. ordina.
4 Sententia in his immunitatis causis in fisci fauorem lata an ualeat, si non feratur cum communitate.
5 Sententia in his causis debet ferri cum defuncto & cum filijs & procuratore illius tanquàm cum successoribus instantiæ.
6 Verba sententiæ (ser hombre hijo dalgo) denotant proprietatem & effectum.
7 Verba sententiæ (declaramos al dicho fulano por hombre hijo dalgo) denotant ius nobilitatis & immunitatis esse Reale.
8 Sententia in his causis an noceat & prosit toti regno.
9 In his causis uenit condemnatio de præsenti & cautio in futurum, sicut in confessoria & negatoria.
10 Quædam tributa uel collectæ sunt, ad quæ tenetur etiam nobiles.
11 In sententia proprietatis imponitur perpetuum silentium, secus in sententia possessionis.
12 Quando se pueden lleuar las doblas.

DE CONCEPTIONE & declaratione sententiæ, quæ in nobilitatis causis ferri debet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. IX.

ENEL pleyto y causa, que es entre fulano vezino de tal parte y su procurador en su nombre de la vna parte: y el Licenciado Arce de Otalora Fiscal de su Magestad, y el concejo justicia y Regidores, officiales y homes buenos del dicho lugar y su procurador en su nombre de la otra, hallamos que el dicho fulano y su procurador en su nombre prouaron bien y cumplidamente su intencion y demanda, y todo aquello que prouar deuian, conuiene a saber, ser hombre hijo dalgo de padre y abuelo: y el y los dichos su padre y abuelo y cada vno dellos en su tiempo en los lugares donde biuieron y moraron, y biuen y moran, auer estado y estar en possession, vel quasi de hombres hijos dalgo, y de no pechar, ni pagar pedidos, ni monedas, ni seruicios, ni otros pechos, ni tributos algunos Reales, ni concejiles con los hombres buenos pecheros sus vezinos en que los otros hombres hijos dalgo no pechan, ni pagan, ni fueron, ni son tenidos de pechar ni pagar: damos y pronunciamos su intencion por bien y cumplidamente prouada: y que el dicho Fiscal de su Magestad, ni el dicho concejo, y homes buenos del dicho lugar, ni su procurador en su nombre no prouaron sus excepciones, ni defensiones, ni cosa alguna que les aproueche para hazer vitoria en esta causa: damos y pronunciamos su intencion por no prouada. Porende que deuemos declarar y declaramos al dicho fulano por tal hombre hijo dalgo de padre y abuelo: y el y los dichos su padre y abuelo y cada vno dellos en su tiempo auer estado y estar en la dicha possess. de hombres hijos dalgo libres y essentos de pechar y contribuyr en los dichos pechos y tributos de pecheros segun que de suso se contiene, y deuemos condemnar y condemnamos al dicho concejo justicia, y regidores, y officiales y hombres buenos del dicho lugar: y a todos los dichos concejos de todas las ciudades villas y lugares de todos estos Reynos y señorios de su Magestad dó de el dicho fulano biuiere y morare y tuuiere bienes y hazienda, y heredades, que agora, ni de aqui adelante no le echen ni repartan pedidos, ni monedas, ni otros pechos, ni tributos algunos Reales, ni concejiles con los hombres buenos pecheros sus vezinos en que los otros hombres hijos dalgo no pechan, ni pagan, ni fueron, ni son tenidos, ni obligados de pechar, ni pagar, ni les prenden, ni tomen ningunos, ni algunos de sus bienes y prendas por ellos, ni por causa alguna dellos. Y otrosi condemnamos al dicho concejo justicia, y Regidores officiales y hombres buenos del dicho lugar, y les mandamos que tornen y restituyan al dicho fulano, o aquien su poder ouiere todos y qualesquier marauedis, que les ayan sido lleuados por los dichos pechos y seruicios, y les bueluan todas y qualesquier

quier prendas que les ayan sido tomadas, o embargadas sobre esta razon tales y tan buenas como estauan y eran las dichas prendas al tiempo y sazon que les fueron sacadas, o por ellas su justo valor y estimacion desde el dia que fueren requeridos con la carta executoria desta nuestra sentencia, hasta quinze dias primeros siguientes, bien y cumplidamente en guisa que no les mengue cosa alguna: y que le quiten y rayen y tilden de qualesquier padrones que le tengan puesto y empadronado, y no le pongan, ni consientan mas poner en ellos: y ponemos perpetuo silencio al dicho Fiscal de su Magestad, y al dicho concejo justicia y Regidores, officiales y hombres buenos del dicho lugar, y a todos los otros concejos, y a todas las ciudades villas y lugares destos Reynos de su Magestad que agora, ni de aqui adelante no inquieten, ni molesten mas al dicho fulano sobre razon de la dicha su hidalguia y possession, vel quasi della. Y por algunas cosas y razones que a ello nos mueuen no hazemos condemnacion de costas contra ninguna de las partes: y por esta nuestra sentencia diffinitiua juzgando assi lo mandamos. Otrosi mandamos al dicho fulano que saque la carta executoria desta nuestra sentencia dentro de sesenta dias despues que fuere passada en cosa juzgada.

2 In hac sententia vltra ea, quæ in omnibus sentétijs sunt generalia, sunt aliqua peculiariter annotanda. Primum quod in capite dicitur. [Entre fulano de vna parte, y el Licenciado Arçe de Otalora Fiscal de su Magestad, y el cõcejo del dicho lugar, &c. Quæ verba sunt adeò necessaria, vt sine illis sententia sit nullius momenti: nam in his causis (vt supra dictum) pro forma & substantia requiritur, [q̃ el pleyto se trate con el Fiscal y con el cõcejo: y que la sentencia se de y hable con ambos, so pena que no valdra de otra manera, como expressamente lo dize la ley octaua titulo de los hijos dalgo libro quarto ordin. Cuius verba sunt: Ordenamos, que el hijo dalgo que no fuere dado en la nuestra Corte y Chancilleria, y cõ el procurador del lugar dõde mora y cõ nuestro procurador Fiscal que la sentencia que por el fuere dada que no valga. &c.] Ratio est, vt supra dictum est, quia cum in huiusmodi causis agatur de interesse principis & cõmunitatis çquè principaliter processus & sententia debet agitari & ferri cum ambobus: quia vterque simul & vnusquisq; prætendunt ius, & sunt partes æque principales. Si verò processus, & sententia ordinetur cũ solo Cæsaris fiscali quocunq; tempore cõmunitas illius loci, vbi habuit, vel habet domicilium particularis, potest reclamare, & est de nouo audiendus: vt dicitur in eadem l. octaua ibi: [Y si despues de dada la sentencia con el nuestro procurador, el concejo del lugar donde biuiere, opusiere no ser verdadero hidalgo, deue lo poner en nuestra audiencia: y mandamos que sea oydo, y le sea administrada justicia. Et idem est, si processus & sententia sit

factus cum solo cõmunitatis procuratore, & non cum Fiscale: eadem & maiore ratione, tum quia maius præiudicium infertur principi, quàm cõmunitatibus: tum etiam quia est maior suspicio collusionis, quando processus est agitatus sine Fiscale. Est itaque omnino necessarium, & substantiale, quod sententia ordinetur & loquatur cum vtroq;. Crederem tamen quod si feratur in fauorem Principis, & cõmunitatis, quod (etiam si nõ fieret mentio de cõmunitate, nec processus esset ordinatus cum ea, sed cum so
4 lo Fiscale) sententia valeret: quia di. l. ordinamenti solũ requirit illud, quod dictum est, vt sentẽtia posit ferri pro particulari, vt patet ex ipsius verbis, nõ ecõtra. Facit etiam regula tex. cum ibi traditis in l. non ideo minus. C. de procura. & glo. notabi. in l. quęcunq;. C. de bonis quæ liber. & in l. 1. C. de in vtili. stipu. & in l. neq;. C. de contrahẽ. stipu. Quibus dicitur, quod solennitatis defectus ex parte illius in cuius fauorem introducta est nõ vitiat actum, si actus est in vtilitatem ipsius, licèt vitier, si ex tali defectu sequatur illi præiudicium: & isto casu admittitur in iure inæqualitas & claudicatio cõtra regulas vulgares.

5 Vnum tamen est aduertendum in ordinatione sententiarum, quæ in huiusmodi causis feruntur, quod si forsan lis vt fit cepta cum patre, quo mortuo instantia continuata est cum eius filijs, caput sentẽtiæ debet ordinari cũ patre & cum illis & eorum procuratore: [diziẽdo: Enel pleyto que es cõ fulano y con sus hijos como successores en la instancia, y con sus procuradores en su nõbre, &c.] Quia cũ instantia translata sit in eis, cum ipsis debet ordinari sentẽtia: aliàs nõ noceret illis. & idem est aduertendum quando mortuus est procurator vnius partis lite pend. & alius suffectus est eius loco. Et licèt hoc sit clarũ & certũ de iure, sæpe tamen iudices & tabelliones tempore, quo ordinatur, & fertur sententia, non aduertunt, & postea agitur de nullitate, vt ego nõ semel vidi.

6 Secundum, quod in hac sententia, est annotandum vltra generales clausulas, est illa verba circa principiũ posita, [que dizẽ: Hallamos que el dicho fulano probo su intencion. &c. Conuiene a saber ser hombre hijo dalgo de padre y abuelo. &c.] In his enim verbis (ser honbre hijo dalgo) includitur essentia nobilitatis, & proprietatis: cũ (vt supra dictum est) verbum sum, es, fui denotet realem essentiam & substantiam, vt per glos. singularem in. l. mercis appellatione. ff. de verb. signi. facit glo. singularis in. l. seruos. ff. de legat. tertio. in verbo voluit vbi dicit, quod verbum sum denotat essentiam & proprietatem. facit quod notabiliter dicit Bald. in rubric. de cau. possess. & proprietat. in prima colum. scilicet, quod ius essendi denotat veritatem & realem substantiam. idem Baldu. in cõsilio scismatis, & in consilio, 374. volum. primo. itaque illa verba (ser hombre hijo dalgo) denotant proprietatem & essentiã: [y en estas palabras se conoce y differencia la sentencia de la propriedad ala dela possesion: por que la de la possesion no dize, que probo ser hijo dalgo, sino que probo el dicho fulano y su padre y abuelo en los lugares do biuieron cada vno en su tiempo hauer estado y estar en possesion de hombres hijos dalgo y de no pechar, vt infra dicet. ista enim verba (ser hõbre hijo dalgo) dicũt proprietatem. Pero por q̃ para probar propriedad cõforme a la pragmatica dicha, es necessario prouar possesió de si y de padre y abuelo, dizẽ luego las palabras de la sentẽcia: y el y su padre y abuelo auer estado y estar cada vno en su tiempo en los lugares do biuieron, y biuen y moran en possesion, vel quasi de hombres hijos dalgo y de no pechar.

7 Tertium, quod est notandum vlterius, est in quantum dicit: [Porende q̃ deuemos declarar y declaramos al dicho fulano por tal hõbre hijo dalgo, &c.] Ista verba denotant ius, quo agit̃ in his causis esse reale, & actionem ab vtraq; parte intẽtatam esse realem: cũ (vt infra suo loco dicetur) pro his tributis seu collectis petendis vel negandis competant actione confessoria & negatoria secundum Bald. & Salice. in l. 2. C. noua vectiga. & secundũ Barto. in. l. si prius. de noui oper. nuntia. quæ actiones sunt reales, vt in §. æque si agat. cum sua materia de actio. & in. l. 1. & in. l. seruitutes prædiorum. ff. de seru. & in. l. 2. ff. si ser. vend. Et in actionibus realibus certum est conclusionem libelli fore, vt declaretur ius competere personæ, vel fundo & ita sen-
8 tentiam concipiendam secundũ Bart. & Docto. per tex. ibi in. l. ex diuerso. §. 1. ff. de rei vendic. & in. l. Pomponius §. sed & is. ff. de procu. & Iaso. in. §. omnium. num. 172. Ista ergo ratione verba huius sententiæ dicunt, quę deuemos declarar y declaramos, quod maximè procedit & habet locum quando agitur de aliquo iure, vel qualitate cõpetenti & inhęrenti personæ, vt est qualitas nobilitatis, quo casu propriũ est declarare illam qualitatem, vel illudius inesse & competere illi persõnæ, quemadmodum de seruitute dicitur, in qua, quia est qualitas quædã inhærens fundo dominanti actiue, & seruienti passiue, vt traditur in. l. 4. ff. de serui. sententia datur fundo, declarãdo ius illi cõpetere, vt est tex. ille singularis in. l. qui in aliena. §. fi. vbi Bart. & Docto. ff. de nego. gest. & eadem ratione in cuasis status fertur etiam sententia declaratoria, vt infra dicetur.

Quartum, quod est in hac sententia attendẽdum est, in quantum vlterius dicit: [y que deuemos condenar, y cõdenamos al dicho concejo justicia, regidores, officiales y hombres buenos del dicho lugar, y a todos los otros concejos de todas las ciudades, villas y lugares de todos estos reynos y señorios de su Majestad, a donde biuen y biuieren y tuuieren bien y hazienda, que agora, ni de aqui adelante no les echen, ni repartã. &c.] In his verbis est considerandum, quod per hanc sententiam condemnatur nõ solum cõmunitas illius loci, cum quo lis est agitata, verùm omnes aliæ com-

munícates regni, quod ea ratione est: quia cum ista causa sit quodammodo status & liberalis sentẽtia, facit ius quoad omnes, vt in.l.ingenuũ cum ibi traditis.ff.de stat.hom.& infra dicetur.

Item quia cum sit agitata cum Cęsaris procuratore Fiscali, qui nomine Principis repræsentat & defendit ius totius regni: nimirum, si sententia faciat ius cum toto regno. Est tamen attendendum, quod in his verbis, non dicitur, que condenan al Fiscal, quòd videbatur dicendum, cum caput sententiæ loquatur cum eo: quod ea forsan ratione omittitur, quia condemnatio fit, [a que nole echen, ni repartá pechos de ay adelante, y le rayen y tildẽ de los padrones y le bueluan las prendas, vt patet ex sententia, quæ omnia spectant, a los concejos solos y no al Fiscal, y por esto en esta parte no es de marauillar que no hable la sentencia con el Fiscal: pues despues mas abaxo le ponen perpetuo silentio, vt statim dicetur, aunque no seria inconuenientẽ que dixesse, condenamos al dicho Fiscal y concejo, &c. Dicit etiam sententia, que nó les echen, ni repartan pechos ni seruicios reales, ni cõcejiles agora, ni de aqui adelante. Estas palabras q̃ no les echen, ni repartá pechos &c. son las mas essenciales, porque lo pricipal, y de mas prouecho de la sentencia es estos pechos reales, q̃ son los q̃ se echan para su Magestad, o para el Rey, o Principe, Cõcejiles son los que los cõcejos reparten entre los vezinos para sus gastos y necesidades y de todas son libres los hijos dalgo. Dize

9 mas: agora, ni de aqui adelante.] In futurum prouidetur per sententiam & per cautionem cauetur, & est de natura istarum actionum, vt in his per sententiam prouideatur de præsenti, & in futurum. vt in.l.& harum. ff. si ser. vendi. & per Bartol. magistraliter in.l. si prius. ff. de noui operis nuntiatio. dicit etiam sententia: [en los lugares dõde moran y moraren y tuuieren bienes y hazienda: en estas palabras se distingue esta sentencia de la sentencia de possesion local, en la qual solamente le mandan guardar la possession en el lugar do biue: y no en otra parte. Itém dize do moraren, o tuuieren bienes y hazienda, quia quemadmodum quis tenetur ad tributa pro bonis, quę habet in aliquo loco: etiam si non habeat ibi domicilium. vt in.l. quarta & quinta, titulo quarto libro quarto ordina. ita quando pronuntiatur sentẽtia in eius fauorem, debet gaudere pro bonis: quæ habet in omni loco, etiam si ibi nõ moretur, nec habeat domicilium, vt idem operetur oppositum in opposito, quod propositum in proposito iuxta textum in lege finali. §. finali. ff. delegat. tertio cum similibus.

10 Quintum, quod est notandum, est in quantum dicit dicta sententia [en que los otros hõbres hijos dalgo, no pechan adnotandum, que ay pechos en que pechan los hijos dalgo como son para reparo de fuentes y puentes y muros y en otras cosas, quæ por ordenança y costumbre puedẽ pechar.] Nam ab his tributis, quę de iure communi

muni statuto, vel consuetudine impartiuntur etiã nobilibus, qualia sunt supradicta, de fuentes y puẽtes, de quibus expresse cauetur. in.l.15. titulo quarto libro quarto ordinamen. Et in.l.ad portus. C. de operibus publicis. nobiles non excusantur, vt supradictum est. ea ergo ratione, dicitur [cõ los buenos homes pecheros sus vezinos en que los otros hombres hijos dalgo no pechan, ni pagan. &c. Y por esta mesma razon quando el que litiga biue en lugar dõde por ley, fuero, o costũbre pechá todos los hidalgos, y no hidalgos: como es en toda la mayor parte del Andaluzia, y en el Espinar, y en Belmonte, y en el Castillo de Garci muñoz. &c. Y otros lugares dõ de por priuilegio, o costumbre todos pechan se pone en las sentencias, que seles guarde la possesió. &c. y les pronuncian por hijos dalgo no para q̃ gozen segun el fuero y costumbre de la tal ciudad, o villa, o lugar.]

Ponitur etiam in eadem sentẽcia, [y queles bueluan las prendas que sobre esta razon les vuieren tomado y sacado tales y tan buenas. &c. opor ellas su justo valor:] quæ verba sunt etiam de substantia huiusmodi causarum & sententiarum: in quibus condemnatio fit pro damnis & interesse de præsenti & de futuro per cautionem, vt supra dictum est, per. d. l.& harum. Illud vero: [que las prendas se bueluan tales y tan buenas. &c.] Est de natura pignoratitiæ, in qua venit dolus & culpa. vt patet per totum titulum. ff. de pigno. actio. maximè in l. eleganter. §. fina. & in. l. si seruos. & inl. si cũ venderet. §. fi. ff. de pig. actio.

11 Adducitur etiam circa finem prædictæ sententiæ, [y ponemos perpetuo silentio al dicho Fiscal de su majestad, y al dicho concejo y a todos los otros concejos de todas las ciudades villas y lugares de los Reynos y señorios de su Magestad: para que agora, ni de aqui adelante no perturben, ni molesten al dicho fulano sobre razon de la dicha su hidalguia y possesion, vel quasi: quę verba denotant sententiam facere ius in proprietate & parare prę iudicium toti regno vniuersaliter: nã vbi ponitur partibus perpetuum silẽtium sine reseruatione alicuius iuris, totum ius absoluitur: [y estas palabras differencian tambien la sentencia de propriedad: de la possesion, porque en la de possesion, no se dize, ponemos perpetuo silentio, &c. antes se dize y reseruamos a saluo al dicho Fiscal y concejo el derecho de la propriedad: para que sobrella puedan pedir lo que vieren que les conuiene. &c. verum tamen est, que enlas sentencias que antiguamente se ordenauan no se miraua tan particularmente esta forma, antes aunque fuessen en possesió ponian perpetuo silencio. Verdad es que algunas dezian, ponemos perpetuo silencio para que sobre razon de la dicha possesion, vel quasi, y no dezian de la dicha su hidalguia:] quo casu etiam si non reseruaretur ius proprietatis tamen ex forma sententiæ & intentione iudicantium remanebat reseruatum, licèt etiam verũ sit, [que antigua

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiguamente confundian enlas senten cias el derecho de propriedad, y el de la posseisió sin distinguir vno de otro, y assi ponian en el principio de todas las sentencias aunque fuessen en possesion: fallamos que probo. &c. conuiene a saber ser hombre hijo dal go: quæ verba solum competunt sen tentiæ proprietatis. Verum cum glo. in. l. Gallus in principio. ff. de libe. & posthu. dicat quanto iuniores, tanto perspicaciores. Ita factum est, vt in his causis perspicacius procederetur, & procedatur istis temporibus, y de veynte Años aca se ha reformado el estylo del proceder y sentenciar: y se ha distinguido y apartado el estylo de la sentencia del señorio y de la possession.

glo.

12 Illud verò vltimum, quòd dicitur, [que saque la carta executoria dentro de sesenta dias, se pone a effecto, que los Alcaldes puedã lleuar sus doblas: porque antes de ser sacada la carta exe cutoria no las pueden lleuar conforme al cap. 36. de las leyes de Madrid, del Año de. 1502.

Patet ergo ex supradictis, qualis debeat esse libellus in his causis, & quales articuli respiciant ius proprietatis & qualiter sit probandum ad obtinendum in proprietate, & qualiter cõcipienda sit sententia, & quid importent clausulæ principales ipsius.

Finis huius Primæ Partis tertiæ principalis.

SEQVITVR SECVNDA PARS TERTIÆ principalis.

SVMMARIVM ex capite sequenti.

1 Quid sit probandum ex parte particularis ad obtinendum in possessorio nobilitatis, siue immunitatis.
2 An in his causis secundum iuris communis regulas possit competere aliquod remedium possess. curiosè disputatur.
3 Pro iuribus mere personalibus an detur à iure remedia possessoria?
4 Tria sunt remedia possess. à iure inducta.
5 Interdictum retinendæ quando & interquos detur.
6 Interdictum recuperandæ an detur illi cui ius resistit?
7 Princeps exigendo tributa neminem spoliat.
8 An pro iure mere negatiuo competat remedium possessorium?
9 In his causis citra pragmaticarum dispositionem ex iuris cõmunis regulis possunt remedia possessoria cõpetere.
10 In his causis diuersis respectibus possunt cõcurrere interdictum retinendæ, & recuperandæ.
11 Pignoris captura non priuat possess. reclamantem contradicentem nec interrumpit eius possessionem.
12 Ius nobilitatis uel libertatis possidetur in propria persona.
13 Quando ostenditur titulus antecessoris, non est necessaria possessio tempore litis contestationis in interdicto retinendæ.
14 Interdictum conseruandæ possess. an possit in his causis considerari?
15 Quod potest præscribi, potest possideri.
16 Ex non actibus potest quæri possess. & proprietas.

AN NOBILITATIS & immunitatis causis de iure competant remedia possessoria?

CAP. I.

1 RESTAT Nunc tractare, quid sit probandum ad obtinendum in possess. ex parte particularis, & qualiter debeãt articuli formari: & sentẽtia ordinari, de quibus sigillatim dicamus.

Quantum ad primũ ex verbis dictæ pragmaticæ supra positis in versiculo. [Otrosi, si alguno dixere. &c.] Cõstat clarè, quod ad obtinendum in possess. necessariũ est probare immunitatem & exemptionẽ tributorũ per tempus 20. annorum tam litigantis, quã patris & aui cum alijs qualitatibus, de quib⁹ ibidẽm: differt ita q; probatio possessionis à probatione proprietatis in tempore: quia in proprietate requiritur tẽpus immemoriale (vt supra dictum est) in possess. verò sufficit tempus. 20. annorum: Vtro q; tamen casu probandũ est de tribus personis, scilicet, de litigãte & patre, & auo, & alijs qualitatibus, scilicet, [de ser casados o biuir sobre si, y auer biuido enla comarca, y gozado por auer estado en possession de hijos dalgo, y no por otra razon. vt in. d. pragmatica dicitur.

2 Sed ante quam vlterius agamus de possessione probanda, nõ videtur præ termit-

termittendũ dubium quoddam iudicio meo subtile, scilicet, quod videtur secundum regulas iuris cõmunis nullum remedium possess. posse competere in his causis, & per consequens dictam pragmaticã fore præter, & cõtra ius commune in quantum tribuit particulari remedium possessorium & disponit de probatione, & obtentione possessionis; & hoc ostenditur sequentibus rationibus.

3 Prima, quia pro iuribus merè personalibus non datur à iure remedia posse. vt tenent magis communiter scrib. in. l. si certis annis. C. de pacti. & Moderni maximè Ioannes Corasius in lege naturaliter. §. nihil cõmune in præfatione penulti. & fina. colum. ff. de acquiren. possess. & est textus in. l. fina. ff quorum bono. Cano. in capi. querelam de electione, sed in his causis ab vtraq; parte agitur pro iure merè personali: nam particularis agit pro iure nobilitatis, & exemptionis accessoriæ consequendæ, Fiscalis verò & communitates agunt pro iure mere personali status, & subiectionis & accessoriè pro iure tributorum, ergo videtur, quod non possit competere remedium possess.

Item videtur, quod etiam, si hoc esset 4 fallet nullum remedium possess. possit huic particulari competere. Tria enim sunt remedia posse. vt notissimum est adipiscendæ, retinendæ, & recuperandæ, vt per glossa. magistram in l. momentaneæ. C. qui legiti. personam, & in rubrica de interdi. & per Doctores in. d. §. nihil commune. & in. d. c. querelam & in titulo de causa. possess. & in. l. incerti. C. de inter. & in. l. si de vi. ff. de iudi. cum alijs, sed nullum istorum potest competere in his causis: ergo: nam remedium adipiscendæ hic non potest habere locum: qui istud interdictum datur habenti titulum. vt in l. 2. C. de edi. di. Adr. & patet per totum titulum quorum bo. & quorum lega. & per Iaso. in. §. sed iste quid. de act. sed particularis, qui agit non ostendit titulum ad immunitatem, vel poss. ipsius, nec potest illum habere nisi à Principe, contra quem agit, 5 ergo non potest illi competere hoc interdictum: & ita verum est, quòd non agitur ex eo, nec de adipiscenda poss. sed de retinenda, vel recuperanda, vt patet: remedium vero retinendæ minimè potest cõpetere, quia illud propriè datur inter duos prætendentes se possidere: vt in. l. 1. §. inter ligatores. ff. vti possid. & in. §. retinendæ instit. de interdict. sed quãdo particularis agit, non prętendit se possidere, sed fatetur se spoliatum, vel saltẽ non esse in quasi poss. cum iam in initio litis præsentauerit testimonium capturæ pignoris, vt dictum est, ergo.

Item si ageretur interdicto vti poss. quod competit pro quasi posse. iuriũ incorporalium. vt in toto titulo. ff. de itine. actuq; priua. & in. l. si prius vbi per Bart. & Docto. ff. de noui operis. sufficeret probare de quasi possess. 30. dierũ illius anni. vt in. l. 1 §. annum. ff. de iti. actuque priua. sed per istam pragmaticã requiritur vsus, & quasi poss. per. 20. annos, ergo.

Item

Item in isto interdicto vti possi. necessarium est agenti possidere tempore litis contest: vt in dict. §. retinendæ de interdi. in versiculo hodie: sed is qui agit, non potest hoc ostendere, cũ iam sit incollectatus, [y le han sacado prenda,] ergo: Interdictum verò recuperandæ de quo est maius dubium, 6 non magis potest habere locum: quia vbi ius commune contradicit possessi non potest competere illi cui contradicit remedium recuperãdę. vt est textus expressus in cap. ad decimas, & ibi communiter Docto. de restit. spoli. libi 6. sed ius commune, imo diuinum, & humanũ cõtradicit posse. particularis, qui denegat tributa Cæsari. [Y assi lo dize la mesma pragmatica ibi, y nos tenemos fundada nuestra intẽcio &c.]

Item vbi non fit iniuria, non potest dari spoliatio, sed Princeps exigendo tributa sibi debita nemini facit iniuriam, cùm vtatur iure suo. vt in. l. iniuriarum §. 1. & 2. ff. de iniu. cuius verba, iuris enim executio, non habet iniuriam, imo eo ipso, quod particularis denegat soluere, & prætẽdit se subtrahere, videtur spoliare ipsum Principem: vt singulariter ponit Inno. in. ca. suborta. de re iudi. Abb. & Docto. in dict. capi. querelam. Corasius in dicta. § nihil commune in præfatione pe. col. Bar. in. & Platea per tex. ibi in. l. litibus. C. de agri. & censi. libro. 11. Nam quemadmodũ Colonus, vel vasallus qui recusat soluere pensionẽ, & recognoscere dominium, videtur interuertere eius poss. & cum spoliare, & non auditur de posse. quia habet titulũ ab illo. vt in. l. fin. C. vnde vi. & in. l. 13. titu. 30. part. 3. & in. l. siquis conductionis. C. loca. & in. l. si quis. ff. de acqui. possess. ita à simili quilibet particularis eo ipso, quod prætendit se subtrahere, & denegat Principi, & eius ministris solutionẽ tributorũ, videtur eum perturbare, & quodãmodo spoliare.

7 Item si huic particulari competeret remedium possessorium secundum metas iuris communis, sequeretur, q̃ probato vnico solo actu spoliationis esset restituendus: sed etiam, si doceat [que nueuamente le han empadronado, y repartido, no le pueden restituyr sino prueua auer estado en quasi possessió el y su padre y abuelo por veynte años,] ergo.

Item, & si omnia prædicta cessarent, videtur impossibile quòd huic particulari competat aliquod remedium poss. nam dato, quod in iure adinuenta sint remedia posse. adipisc. retinendę & recuperandæ, quæ competant etiam pro iuribus incorporalibus, putà pro iuribus seruitutum, & pro iuribus superioritatis, & obedientiæ, & pro iure eligendi & similibus, de 8 quibus per Docto. in. d. cap. querelam & in dict. capit. suborta. & in. d. l. litibus: nõ tamen inuenitur, nec videtur possibile, nec cõsiderabile, quod talia remedia competant pro iuribus mere negatiuis, putà pro iure non contribuendi, vel non recognoscendi superiorem, quia nõ est dabile tale ius, nec quasi possessio ipsius cum contradicat iuri diuino & humano. Item quia ad actum mere negatiuũ, scilicet, non

soluen

Universidad de Deusto
Biblioteca

soluendi, vel non contribuendi non potest iuris remedium adaptari, quia naturaliter negatiuum,& priuatiuum nõ est aliquid quod possit ius causare: qua ratione nec obligatio,nec probatio non cadit in eo.vt in.l. inter stipulantẽ in principio,ibi simplex abnutiuum.ff.de verbor. obligationi. & in.l. actor, quod asseuerat. C.de probatio. & in. c. bonæ vbi per Doctor de postul.prælato.non entis, vt vulgo dicitur,nullæ sunt qualitates.Grãdis enim est differentia quãdo aliquis agit pro iure, vel quasi possess.iuris positiui, vt quando Rex dominus, vel superior agit pro iure percipiendi tributum, vel censum, vel pro iure maioritatis, & obedientiæ, vel pro quasi posse. talium iurium, quæ sunt affirmatiua.Et ponunt aliquid in esse, quod potest prætẽdi de iure cõmuni, vel ex titulo, priuilegio,seu consuetudine,vt in tributis quæ prætẽduntur à principe de iure communi, & possunt prætendi ab aliquo duo ex titulo, vel priuilegio, vel consuetudine: quod non est, nec potest esse ex parte particularis in his causis,tum quia, vt dixi, est ius mere priuatiuum & negatiuum non considerabile de iure,nec de natura: tum etiam quia est contra ius commune. Item quia particularis non nititur ex titulo, sed sola temporis exceptione, seu præscriptione, quæ tum quia facti,tum quia odiosa & potissimum cõtra ius commune, nõ debet præsumi, nec potest possessio ad eam causandam iustificari: ergo.

His rationibus iudicio meo nouiter considerat is videtur, quod dicta pragmatica, quæ in huiusmodi causis admittit remediũ poss. ex parte particularis nullo iuris communis fundamento possit fulciri, propter quas forsan quilibet etiam mediocriter eruditus posset dubitare de ipsius fundamento, & dicere, quod ego à multis maximę authoritatis & eruditionis viris sæpe audiui.s. quòd dispositio.dic. pragmaticæ,& oẽs aliæ Regiæ leges & pragmaticę disponentes circa hac nobilitatis materiam quam appellamus hidalguia, sunt exhorbitantes à iure communi,& anormalæ taliter, quod non cadunt sub regulis iuris communis,nec proprie ius commune potest ad eam applicari.

Sed his difficultatibus non obstantibus,quæ certè non videntur faciles, conabimur ex debito officij iustificare dispositionem dictæ pragmaticæ, & communem stylum & practicam, & ostendere eam ex meris iuris visceribus deriuatam, nec enim Regum Hispaniæ consiliarij, quorum consilio dicta pragmatica & aliæ. ll. ordinatæ sunt, quidquam in regni legibus disponendum consuluerunt, quod non esset iuri communi Romanorum & Canonico valde conforme,aut saltem simillimum.

9 Affirmo igitur in his causis iuridicè posse competere remedia possess. & per consequens iuridicam esse dictæ pragmaticæ dispositionem in quantum præsupponit possessorium in his causis,& agit de ipsius probatione.

Nec obstat prima ratio, in qua dictum

dictum est, quod ius pro nobilitate cõpetens actiuè & passiuè est mere personale.&c. Quia respondeo, vt supra respondi in secunda parte principali in principio,scilicet, quod imò ius, & obligatio est mixta: causatur enim à persona propter res,vt ibi latè dictum est. Imò si esset mere personale competerent remedia poss. secundum cõmunem opinionem Cano. de qua suprà dixi,& magistraliter,& valde subtiliter posuit Bald. in. l. non ignorat.secunda & tertia columna C.de his qui accusa.non possunt.vbi affirmat,& mire ostendit & probat in iuribus personarum cadere, & dari quasi possess. & remedia posse.& ponit exempla in iure subiectionis homagij, & vassallagij filiationis, & fraternitatis militiæ,& clericatus, & alijs. & adducit rationes efficaces & subtiles: & est omnino videndus. Nec magis obest, quod dixi, nullum ex tribus interdictis, vel remedijs possessо. posse in his causis comperire. quia imò possunt cõperere & adaptari duo ex tribus, scilicet, remedium retinendæ, vti possid. & recuperandæ diuersis respectibus: nam eo ipso,[que el que litiga muestra por testimonio de la prenda,que le han empadronado y sacado prenda:] & prætendit se ante per tempus à lege & pragmatica requisitũ fuisse in quasi poss. nobilitatis, & immunitatis, videtur spoliatus, & per consequens competit illi hoc remedium. Et quando dicitur quod pro possessione cui resistit & contradicit ius commune,non datur remedium possess. vt in.d.c. ad decimas. Respondeo,quòd ius commune & regium simpliciter & absolutè bene verum est, quòd contradicunt possessioni cuiusliber prætendentis immunitatem & exemptionem, quãdo possessio stat in mero facto poss. sed quando iustificatur ex tẽpore. 20. annorum, vt hic,& prætenditur titulus. s. solar, isto casu non est propriè contra ius commune, cùm per leges ordinamenti, & per eandem pragmaticam talis possessio.20. annorum cũ qualitatibus requisitis admittatur, & defendatur,& interim durante lite super probatione huius temporis semper teneatur litigans recognoscere & soluere tributa per dictam pragmaticam,& legem Regis Henrrici. Itaque non excusatur à solutione,nec gaudet possess. vsquequo probauerit de se & patre & auo per. 20. annos cõtinuos, & habuerit sententiam in rem iudicatam,qua manu teneatur in tali possess. vel restituantur sibi pignora, quibus spoliatus nunc apparet,licèt tempore quo sibi fuerunt capta, & durãte lite, iure suo & sine spolatione, vel iniuria princeps vel eius collectores capere potuerũt, quia habebat fundatam intentionem, à iure communi: sicut enim in alijs causis,qui probat possessionem, & spoliationem, recte prætendit remedium recuperandæ & obtinet:sic in his causis, qui probat possessionem, vel quasi possessio.suam & patris & aui per viginti annos cum alijs qualitatibus, & in simul docet de spoliatione per capturam pignoris, de qua ostendit testimonium iu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ste & rectè defenditur, & restituitur.

Et eadem consideratione habita potest illi competere remedium retinendæ vti possidet cum asserat se quasi possedisse. Nec obest, quod eo ipso, [q̃ le prendaron, perdio la posseſſion: y fue despojado, y competiendole el remedio] recuperandę no puede cõperterle el retinendæ: cum sint incompatibilia: quia hoc est verum quando considerantur vno eodem respectu, secus quando diuersis. vt in dicto. §. nihil commune: vbi est casus secundum communem intellectum: quia licèt per capturam pignoris sit priuatus poss. naturali, retinuit tamen, vel potuit retinere ciuilem animo, cuius respectu potest intentare vti possid. & respectu naturalis remedium recuperandæ. vt in dicto. §. nihil commune.

10 & sic diuersis respectibus possunt ab isto particulari intentari ista duo remedia: [en estas causas de hidalguia, el recuperandæ: para que le bueluan las prendas y pechos leuados, el retinendæ: para que le amparen adelante, y no le turben y molesten en su posseſsion.] Et in hoc non videtur aliqua cõtradictio, nec repugnantia: imo est secundum doctrinam Barto. in lege. 1. §. interdictum. & in l. siquis. 1. col. ff. vti possid.

Maximè quia per capturam pignoris nõ amittit possesio ciuilem is qui pignoratur quando non acquiescit capturæ, sed reclamat & protestatur se prosequuturũ ius suum, y lo pide por testimonio, vt faciunt omnes qui prætendũt nobilitatem: quia licèt in naturali possesione perturbẽtur per ciuilẽ quẽ animo retinẽt, cõseruãt quasi possionem, vt est gloss. sing. in. l. vim facit ff. de vi. & vi arma. & ibi Docto. melior in. l. qui possesionem. vbi bonus tex. eo. tit. facit tex. in. l. clã possidere. §. quiad nundinas. ff. de acq. posse. & ibi Docto. talis enim pignoris captura quæ fit reclamante parte, non priuat illum quasi possesione. Bald. in. l. 1. de his qui spõ. mune. sub. libro. 12. Abb. & Doct. in. d. c. cum accesissent de cõsti. & ibi Feli. nu. 3. Modern. in. c. solicitudinem de appell. Hinc est quod in ista materia etiam si millies capiantur pignora litiganti, vel prætendenti litigare, nõ interrumpitur eius possesio nec præscriptio nisi quando expressè vel tacitè acquiescit pignoris capturę. In negatiuis enim prohibitio sequuta patientia priuat possesione: vt in allega. l. qui luminibus. & in. §. æquè si agat. & in. §. qui ad nundinas. parte vero reclamante & contradicente non: quia qui captis pignoribus aliquid facit, non dicitur cõsentire, sed compelli. vt in. §. sciendum. insti. de satisf. tuto. & in. l. 1. §. ex hoc scripto. ff. de vẽ. insp. & per hanc pignoris capturam violẽter factam non generatur præiudiciũ ei qui reclamat. vt in. l. 1. & per totum C. de his qui spo. mu. sub. [y claramente lo quiere la pragmatica de Leon. ibi saluo sino fuere por fuerça, o prendas, queles auedes fecho: quasi possesio enim in iuribus incorporalibus non perditur ex facto cõtrario, si cõstat de animo conseruandi eã vt per Inno. in c. 2. de rest. in integ. & ibi Docto. & per eundem

eundem in. c. olim. el. 3. de rest. spoli. quem sequitur Flori. in. l. seruitutes la 2. 2. col. ff. de serui. vbi notabiliter dicit quòd incorporalia tenacius adhærent & per hoc difficilius perduntur, & facilius retinentur. Maximè in hoc iure nobilitatis quod vnusquisq; possidet in se ipso sicut ius libertatis, vt in rubro & nigro. C. de præscriptio. quæ prolibe. & in. l. possideri. §. si seruus. ff. de acquiren. possesio. & in. l. liberis. §. finali. in. l. igitur. §. primo. ff. de liber. cau. per quę iura hoc tenet in terminis Oldal. consi. 172. col. 2. & in expresso videtur tex. in. l. 7. in fi. tit. 2. libr. 4. ordi ibi, [aunq̃ alguna vez fuesse prendado por fuerça] & nota. Bal. in capi. 1. quę sint rega. in. 2. col.

11 Nec etiam obest, quod non possideat realiter tẽpore litis contest. quod videtur necessariũ in hoc interdicto. vt in. d. §. hodie, & supra dixi: quia satis est ante possedisse, vel ostendere titulum vel possesionem antecessoris secũdum Theoricam illam valde singularem Ioannis Fabri. in. d. §. retinendæ. vbi dicit, quod quando aliquis nititur titulo, vel possesione antecessoris, etiam si non possideat tempore litis contestatę, datur ei interdictum vti possidetis, & ita quotidie practicatur, quando petitur aliquod interim, per hoc interdictum vti possideo. Quo casu si probatur possesio antecessoris, vel ipsius ante litem contest. etiam si tẽpore ipso litis contestatæ non possideat, obtinet in hoc interdicto, & ista practica est secundum merum ius cõmune ex doctrina tex. Abb. & Docto. in. c. cum venissent de institu. vbi videtur text. expressus. & ad idẽ facit. l. igitur. §. potest, & l. liberis. §. fin. de liber. cau. ff. & videri meo est text. in. c. cum ecclesia sutrina de cau. poss. & propri. ibi dum dicit in quasi poss. quam ante controuersiam. & in. d. §. potest ibi dũ dicit, tẽpore quo in iudicium itum est & in. d. §. fi. ibi tempore quo lis præparabatur. & secundum istam doctrinã intelligitur & practicatur regula text. in. d. §. hodie: & non videtur absque ratione. nam si ipso tẽpore litis contest. possideret quis, non esset illi opus agere de poss. ergo licet in nostro casu nõ possideat particularis tẽpore litis cõtestatę: [porque le hã sacado prenda:] nihilominus ex poss. præcedente potest intentare remedium hoc retinẽdæ, & ex possess. patris, & aui, quod maximè in his causis admittendum est, vbi ipse princeps, & eius collectores incipiunt ab executione, [sacádo las prẽdas por los pechos, quod potest iure fieri, quia causa tributorum habet executionem paratam in fauorem principis: vt est textus singularis in. l. missi opinatores. C. de exactio. tribu. libro. 10. quem commendat Bald. & Sali. in. l. prima. C. de condi. ex lege. melior text. in authen. de mand. princi. §. coges. Et hodie est optimus tex. in. l. 18. tit. 4. lib. 4. ordi. vbi facta summaria informatione proceditur executiuè in his causis. Imo in exactionibus tributorum potest de facto procedi secũdũ Bald. in. l. 1. quarta column. C. de hæred. actio in carcerando personas secundum Bacha. Rode. Xuarez in. l. post tem. §. ad.

Universidad de Deusto
Biblioteca

das alium casum ff de re iudicata. vbi prosequitur & limitat. fol. 124.

12 Vel huic difficultati posset aliter, & nouiter respõderi, quòd licèt propriè non competat remedium vti possid. retinendæ, potest tamẽ competere interdictum conseruandæ: de quo tractant modern. in d. § nihil commune, maximè Corasi. vbi supra, quod quidem interdictum nõ requirit tam exactè possessionem tempore litis cõtest. vt per Doct. vbi supra.

Nec obstat, quod non sit in iure inuenire interdictum negatiuum, vt supra dixi, quia fateor nõ inueniri remedium possessorium negatorium simile huic de quo loquimur [que es el q̃ el hidalgo intẽta.] Inuenitur tamẽ aliqua eius imago: nã quando alicui personæ ex aliquo facto immutatur, & deterioratur ipsius status, seu cõditio potest agere possess. remedi, vt restituatur in suo integro statu, & manu teneatur in eo: vt dicit in simili gloss. singularis in capitulo nullus secunda quæstione secũda, quam summe commendat Abb. in. c. querelã de electio. in pe. col. vbi dicit quod excommunicatus, qui priuatur communione fideliũ, potest agere remedio posse. vt eius status restituatur, & non priuetur sua quasi pos. facit text. in cap. fi. de resti. spolia. vbi agitur posses. pro libertate possidẽdi & propter immutationem status: ita in ꝓposito potest dici, [que el que es empadronado y molestado sobre el estado de su hidalguia recibe detrimẽto en su estado y por cõsiguiẽte pueda intentar este remedio] pos. vt non priuetur eo, nec molesterur.

Item vasallus potest pro iure subiectionis, quam negat, agere pos. vt per Bart. in. l. litibus supra alleg. & per glo. & Docto. in dict. c. querelam. & in capit. peruenit de censibus: ergo eodem iure poterit subditus agere de exemptione, & immunitate tributorum: quia ius vasallagij cõsistit in recognitione cum aliqua præstatione vel seruitio faciẽda, quod idem tenetur præstare Principi [qualquiera que es pechero,] vt supradictum est.

13 Item cum hoc ius immunitatis, & exemptionis possit præscribi contra Principem tempore immemoriali, vt dictum est: tam de iure cõmuni, quàm per dictam pragmaticam, necessario dicendum est, quòd est possidendum cum sine pos. non currat aliqua præscriptio. vt in regula sine possessione de regu. iur. in. 6. & in. k. sine pos. ff. de vsucapi. si ergo possideri potest, ergo per cõsequens pro illo competere poterunt remedia pos. nisi dicatur cum Bart. in. l. sequitur. §. si viam, de vsucap. quòd in his iuribus incorporalibus procedat præscriptio sine pos. & bona fide: quod tamen magis communiter reprobatur ibi per Doct. & in dict. lege sine possessione. & latissimè per Felin. in. c. fina. n. & 2. col de præscript. vbi plura refert.

Nec etiam obstat id, quod dictum est, scilicet, videri impossibile pro mera negatione & subtractione cõpetere remedium possess. cum negantis factum nulla sit probatio, nec consideratio de iure & de natura: quia respondeo, quod licèt superficialiter videatur, quòd iste particularis agat de mera priuatione & simplici negatione, virtualiter tamen & essentialiter agit affirmatiuè, & pro iure positiuo: quia licèt in effectu & executione suæ intẽtionis prætendat se non teneri ad soluenda tributa, & velit docere de sua quasi poss. tamen virtualiter & essentialiter prætẽdit se declarari nobilem & esse in quasi pos. nobilitatis, quæ nobilitas est ius mere affirmatiuum considerabile, & probabile, & in huius iuris consequentiã dicit se non teneri ad solutionem tributorũ. Ita loquẽdo in iure negatiuo probando & considerando dicunt Doct. in. d. l. actor & in dict. l. inter stipulantem. & in dict. c. bonæ: quorum doctrinam ego in isto proposito applico: & si ea responsio non plenè satisfaciat potest aliter & secundo responderi, quod imò est dare remedium poss. negatiuum: putà si aliquis prętendat se esse in quasi pos. non soluendi decimas ex consuetudine, vel titulo, vel si virtute alicuius priuilegij prætendat quis in nostra materia non teneri ad tributa. vt in casu. c. cum personæ de priui. in sexto. Quo casu certum est, quod etiam si agatur de viribus priuilegij interim tuendus est in poss. vel quasi poss. is, qui nititur ex eo: vt in dict. c. cùm personæ. Item sicut ex non actibus causari potest cõsuetudo & ius in proprietate vt nota. ponit Bal. in. l. de quibus. 16. col. versi. modo quæro. ff. de legi. & refert & sequitur Guid. Papa consi. 65. nu. 14. ita imò facilius potest causari ius in possessione, scilicet, vt quis ex eo quod nõ soluit tributa per aliquot annos constituatur in quasi possess. immunitatis. Potest enim quis allegare se non teneri ad tributa, ex eo quod non consueuit ea soluere: vt in. l. negotiatores. C. de excus. mun. lib. 10. & in. l. cum sępe. C. de eroga. mili. ann. lib. 11 & in l. missi opinatores. C. de exacto. trib. lib. 10. & Guido vbi supra. Ita in proposito cum particularis, qui contendit de nobilitate, prætendat titulum, vel poss. tẽporis immemorialis, qui habet vim tituli, & priuilegij: nimirum si ex tali prætensione competat ei remedium poss. postquam quale qualiter docuerit de iure suo, hoc est, per. 20. annos, quibus ipse pater, & auus extiterunt in quasi poss. nobilitatis, & exemptionis, [no pechando, ni contribuyendo. &c.] Et ex his videtur posse satisfieri difficultatibus supra tactis.

SVMMARIVM
ex capite sequenti.

1 An disputatio pragmaticæ Corduben. requirent tempus. 20. annorum ad obtinendũ in possessione immunitatis procedat secundum ius commune uel præter, uel contra?
2 Multiplici consideratione ostenditur dispositionem dictæ pragmaticæ procedere ex mente iuris communis.
3 Quanto tempore seruus præscribat quasi poss. libertatis, & ipsam libertatem.
4 Referuntur & exponuntur uerba. l. 5. tit. 14. part. 3. & l. 27. tit. 14. part. 7.
5 In causa liberali status cui incumbat onus probandi & quis debeat manu teneri in possessione lite pendente.
6 In iuribus incorporalibus ex qualitate materiæ queritur quasi possessio per plures, uel paucos actus & per multum, uel modicum tempus.
7 An requiratur bona fides ad præscriptionem possessionis in causis immunitatis?
8 A sententia possessionis in his nobilitatis causis admittitur appellatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVO IVRE PROCEdat dispositio pragmaticæ in quantum requirit immunitatem. 20. annorum ad præscriptionem, vel manutentionem qua si posse. & de multiplici acquisitione possessionis in iuribus in corporalibus.

CAP. II.

1 SED restat adhuc inuestigare, dato quod pro his iuribus immunitatis suæ nobilitatis possint de iure competere remedia possessor. vt per pragmaticas dispositum est: qua ratione vel quo iuris fundamento procedat ista pragmatica in quantum dispo nit quod per. 20. annos præscribatur contra Principem possessio exemptionis & immunitatis, & certè videtur quod hoc sit ius nouum & mere positiuum voluntate principis inductum &ideo excusabile à ratione, vt dicit gl. vulgata in l. prima. §. pueritiam. ff. de postul. & ita audiui ab aliquibus viris in iure nostro non mediocriter eruditis, & in praxi diu versatis. Et quod magis admirandum videtur, quòd cum per præscriptionem, temporis acquiratur dominium directum, vel vtile secundum distinctionem gloss. & Doct. in authentica nisi tricenale. C. de bon. matern. & non sit in iure dare præscriptionem: per quam quæratur possessio in his tamen causis damus præscriptionem ad solius possess. acquisitionem, vt est ista viginti annorum, de qua agimus, quod videtur extra omnes regulas iuris & philosophiæ, quia in cęteris causis & negotijs diuersa est causa ab effectu, in his verò vna eadem res est causa, & effectus sui ipsius, volo clarius dicere, quod in alijs præscriptionibus possessio est causa præscriptionis dominij vtilis, vel directi, vt pater, sed in his ipsa possessio, vel quasi possessio. 20. annorum est causa acquirendæ possessionis: vel ius in possessione & causa præscribendi ipsam poss. & sic datur præscriptio poss. causata ab ipsa poss. itaque causa & effectus sunt idem, scilicet, possessio. Maximè, quia cum agitur de poss. quasi possessio etiam si quodammodo sit cõtra ius commune, sufficit, vt possessor defendatur in sua quasi possess. vt singulariter tenet Paul. in. l. sicuti. §. sed si quæratur. ff. si ser. vendi. & infra latius dicam.

2 Sed sustinendo semper, quod dispositio istius pragmaticæ non exhorbitet à regulis iuris communis, cõsiderabam huic nouæ, & subtili difficultati posse responderi, quod quemadmodum quasi posseſsio libertatis acquiritur per seruum, si per longum tẽpus se gerat pro libero, hoc est per decem, vel 20. annos, secundum tradita per Docto. in. l. 1. §. per seruum qui in fuga. ff de acquir. possess. & in. l. tertia. §. si seruus. eodem titulo, & in. l. 1. & secunda. C. de præscriptio. longi temporis, quæ pro libertate compe. & in. l. liberis. §. fin. & in. l. si cui. §. licèt. ff. de liber. cau. ita quasi posseſsio immunitatis & exemptionis ab onere tributorum & collectarum acquiritur per. 20. annos, si per tãtum temporis quis gesserit se: por hijo dalgo, & docuerit idem de patre & auo secundum istam pragma & si dicatur, quod secundum istud simile de seruo deberent sufficere decem anni inter præsentes &. 20. inter absentes & non. 20. præcise. Respõdeo, quod cum hic agatur de præscribendo contra principem, & omnes eius ciuitates, & oppida semper & indistinctè sunt necessarij 20. anni cũ agatur contra absentes facit bene tex. in. l. 1. & 2. C. de præscript. quæ pro liberta. compet. vbi fere idem dicitur, quod supradictum est. Nec adhuc obstabit, si aliquis pertinaciter insistat dicendo, quod sumpta similitudine à præscriptione libertatis, quam facit seruus, dicendum esset, quod per istos. 20 annos debet præscribi nedum quasi possessio ipsius immunitatis, verum ipsa immunitas: nam per tantum tempus seruus, qui bona fide moratus est in quasi possessione libertatis, præscribit libertatem, vt in dicta. l. prima, & secunda. C. de præscript. quæ pro liber. quia respondeo, quod is, qui gerit se pro libero, habet ius commune & naturale pro se: quo mediante omnes liberi nasci præsumuntur, vt in. l. manumissiones vbi Paul. & docto. ff. de iustitia & iure, & in. §. libertas instit. eodem: ideo nimirum si sufficiant. 20. anni ad præscribendum integrum ius libertatis: sed in præscribendis tributis contra Principem nedum non suffragatur ius commune præscribenti: sed omnino refragatur & contradicit, vt supra sæpe dictum est. Ideo nimirum si solum sufficiant isti. 20. anni ad

3

ad causandam quandam iustam possessionem, non verò ad causandum ius plenum & perfectum in proprietate. Et forsan hac cõsideratione procedũt duæ leges partitæ, quæ quotidie adducuntur in causis libertatis, quæ prima facie videtur deuiare à iure cõmuni. nam in illis disponitur, quod etiã si seruus, qui agit de libertate, sit in domini potestate in figura seruitutis, nihilominus dominus teneatur probare seruitutem, nisi ostenderit titulum vel instrumentum seruitutis, & interim seruus debet esse in quasi possessione libertatis. Quod videtur contra iuris cõmunis regulas, quibus caurum est, quod onus probãdi in his causis incũbat seruo, quando ipse ex seruitute proclamat in libertatem, vt in. l. circa. ff. de probat. cũ similibus. Et vt clarius percipiatur dispositio illarum legum, subijcio verba ipsarum vna est l. quinta, titulo decimo quarto part. tertia. cuius verba.

4 Contienda acaece a las vegadas entre el demandador y el demandado razonando el vno en juyzio, q̃ su contendor es sieruo. Y dize el otro que no es assi: mas que es libre: y porque podrian los juzgadores dudar a qual dellos deuen de dar la pruena: queremos lo aqui departir. Y dezimos, que quando alguno anduuiere libre, si el otro le demãdasse en juyzio diziendo que es su sieruo: y el otro respondiesse que no es assi: mas que es libre, que este que faze la demanda, deue probar, y no el otro que es en su possession de libertad, sino quisiere. Mas si

este, que dize que es libre, estuuiesse en poder de su señor como sieruo, y mouiesse pleyto contra el en juyzio, diziendo que era libre: y el señor respondiesse que es su sieruo, en tal razõ como esta dezimos, q̃ si el señor mostrasse carta, o aluala, o otra prueua porque se pueda entẽder que el a buena fee, y no por fuerça, ni por engaño es apoderado de aquel que dize q̃ es su sieruo, que tenudo es este, que se razona por libre delo prouar, o demostrar que el otro se apoderara del por fuerça, o por engaño. Ca si ninguna destas razones no pudiere mostrar, deue fincar en poder de su señor como sieruo: pues que el señor mostro derecha razõ porque se apodero del. Altera est. l. 27. titulo. 14. part. 7. cuius verba. Demandando vn hombre a otro en juyzio, diziẽdo que era su sieruo, y que se le fuyera, maguer el demandado conociesse que fuera en su poder, y que lo tuuiera en fierros como a sieruo, teniendolo preso tortice ramente: entonces el que lo demãdas se assi, es tenudo de probar alguna razon derecha, porque lo demanda: assi como carta, o aluala de compra, o de donadio, por que lo gano: y si entonces lo prouare, deue el juzgador meter al que haze tal demãda en possessio del: pero en saluo le finca al otro de monstrar prueuas sobre su libertad, &c.] Hęc sunt verba harũ legũ q̃ certe videntur saltem per argumentum à cõtrario sensu disponere, [q̃ aũque el esclauo este en poder del señor y en figura de sieruo y lo cõfiesse,] nihilominus onus probandi incumbit dño, nisi ostendat titulum: quod proculdubio videtur aduersari dispositioni, dict. l. circa. & communi doctrinę, & practicę doctorum: potest tamẽ earum legum dispositio ea consideratione confirmari, de qua supra scilicet quia cum ius commune, & naturale resistat prætendenti seruitutem, nimirum si quasi possessio domini in seruũ non releuet illum ab onere probãdi maximè, quia, vt infra late dicetur, quasi posse. quæ non potest haberi sine titulo, vel priuilegio, non releuat ab onere probãdi vt per Baldum singulariter in. l. si solennibus. C. de fid. instrum. & late per Alexand. in. l. si prius. ff. de noui operis nuntia. vnum tamen non omitto, quod dictarum legum dispositio solũ practicatur, & videtur intelligenda in iudicio libertatis, quo agitur de proprietate: nam in illo verissimum est, quod si dñs non ostendit titulum, seruus etiam si ipse proclamauerit, absoluet: obtinebitq; in iudicio vero posse. Obtinet & deiure, & in praxi distinctio dict. l: circa, vno addito, scilicet, quod ad effectum prosequendi iudicium liberale seruus habetur pro libero secundum titulũ, in. l. ordinata. C. de libe. cau. & in. l. lite ordinata. ff. eodẽ. [Y assi estos señores Oydores en la possessió mãdan guardar la ley circa, con que el señor da fianças de dexar seguir al sieruo su causa, y no le trasportar, ni maltratar, &c.] Ad propositũ ergo potest dici quod hic datur præscri. poss. per. 20. annos quia resistit ius cõmune.

Facit

5 Facit etiam in confirmatione supra dictorum, quod licèt verũ sit, quod is qui negat seruitutem, non agat remedio possess. quia ea nõ indiget, sed petitorio agendo negatoria actione, & eo casu, quo cõtra illum ostenditur titul. seruitutis impositæ, tenetur probare præscriptionem libertatis, quæ libertas tam in rusticis quàm in vrbanis, siue habeat causam continuam, siue discontinuam, præscribitur longo tempore. 10. vel. 20. annorum secundum 6 resolutionem Balbi. in. 3. part. quartæ principalis, & secundum legem. 16. titul. 31. part. tertia. In his tamen causis immunitatis, de quibus agimus, quia ius cõmune contradicit præscribenti, non sufficiunt. 20. anni ad præscribẽdam immunitatem: sed requiritur tẽpus immemoriale, vt dictum est, quod cum sit difficilis probationis à nostris Hispaniæ Principibus, humaniter dispositum est per legem ordina. & per istam pragmaticam, quod is, qui probauerit se, & patrem & auum stetisse in quasi possess. immunitatis per. 20. annos cõtinuos ex causa, & opinione nobilitatis cum alijs qualitatibus, manu teneatur, & defendatur per sententiam in sua quasi possessione: & restituantur sibi pignora pro tributis exacta, & in futurum non molestetur, quemadmodum dispositum est à iure communi in alijs remedijs possess. & iuribus in corporalibus.

Nec nimirum, si ad acquisitionẽ huius quasi poss. requirantur. 20. anni, licèt aliàs ad causandam quasi possess. in similibus iuribus sufficiat vsus vnius anni, vel. 30. dierum vel vnius diei, vt est in interdicto de aqua quot. & æstiua. vt in. l. 1. §. quod autem illo tit. & in l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itin. actuquè priua. vbi in illo interdicto sufficit vsus triginta dierum ad causandam quasi possess. nam in his iuribus incorporalibus ex qualitate materiæ & actuũ acquiritur quasi possessio, per vsum multi, vel modici temporis: in seruitutibus enim continuis, vt aquæ ductus ex solo vnico actu cum scientia, & patientia aduersarij acquiritur quasi possessio. quia nõ est cõsuetum nec verisimile, q̃ quis citra titulum & ius ducat aquã perfundũ meum: in discõtinuis verò itineris, vel actus, quia iure facultatis posset quis semel, & bis transire, per fundũ meum, non quæritur quasi poss. ex vnica vice: nisi quis sit vsus per. 30. dies. &c. vt in dict. l. 1. §. hoc interdicto. Item in affirmatiuis satis est feciss̃e aliquem actum sciente, & patiente aduersario: præterquam in isto interdicto de itinere: vbi ratione supra dicta requiritur vsus. 30. dierum: in negatiuis vero à tempore contradictionis sufficit vnicus actus secũdum doctrinã magistralem Paul. de Castr. in. l. & si forte. §. sciendum. ff. si seruitu. vendi. & (vt dixi) principaliter consideratur qualitas materiæ, de qua agitur: ex quo dixit notanter Bartol. in dicto §. hoc interdicto, quod si commune vniuscuitatis pateretur quẽ esse in cõsilio vno die, nõ ex hoc acquiritur quasi possess. illius iuris: nisi adsit frequentia actuum, sed si pateretur illum esse, vel adesse in consilio tanquã priorem

Universidad de Deusto
Biblioteca

& proponere ex vnico actu, acquireret ur quasi poss. quia non est verisimile, quem ad tale admitti sine causa, vel titu. & ideo concludit, quod ex qualitate iuris (de quo agitur) acquiritur facile, vel difficile quasi poss. qua doctrina cõsiderata dicendum est, quod cum istæ causæ nobilitatis sint graues & vsus exemptionis fiat absente Principe, & in super quasi posidenti resistat, & cõtra dicat ius cómune, quo casu de iure cómuni quasi possessio non releuat, vt in allegato. c. ad decimas de restit. spolia. nimirũ si Reges Hispaniæ ex consilio sapientum, qui sunt à latere iusta quadam & benigna consideratione ex qualitate causæ dispouerint per dictas. ll. ordinamenti, & pragmat. quod in his causis quasi possess. non acquiratur nisi per vsum exẽptionis, & immunitatis habitum per. 20. annos continuos ex sola causa nobilitatis cum alijs circunstantijs & requisitis supradictis. Et per prædicta iudicio meo videtur nouiter defensata, & iustificata dispositio dictæ pragmaticæ, & satisfactum difficultatibus contra eam adductis, quod forsan hucusque à nemine est ita elaboratum.

Quæro vlterius principaliter, an in præscriptione istius quasi possess. quæ per dictos. 20. annos acquiritur requiratur bona fides? Et videtur indubitabile, quòd sic: quia si in præscriptione immemoriali requiritur, vt supra dictum fuit in supra proxima parte, quãto magis in hac. 20. annorum, quæ videtur ordinaria, & longè minoris temporis. Sed pro cõtraria parte videtur, 7 quòd ista sit præscriptio similis præscriptioni seruitutis rusticæ: in qua non videtur necessaria bona fides secũdum distinctionem gl. in. l. fin. ff. quemad. serui. amittã & tex. in. l. 16. titu. 31. partit. 3. & secundum Balbum in. 3. parte quartæ part. Sed hoc non obstante dicendum est, bonam fidem requiri per rationes & iura superius adducta: ex quibus patet responsio huic rationi. & vltra supradicta facit glos. expressa. in. l. 1. & 2. C. de præscript. quæ pro liber. &c. Et ratio inconuincibilis, scilicet, quia vbicunq; agitur de præscriptione minoris temporis, quàm triginta, vel quadraginta annorum, nulla præscriptio currit sine bona fide ex resolutione omnium Doctorum, in locis ordinarijs, maximè per Felinum in c. fi. extra de præscrip.

8 Est etiam aliud notandum ex resolutione supra habita de quasi possess. acquirenda per viginti annorum spatium, quod licèt aliàs de iure ciuili nõ appelletur à sententia possessionis, vt in. l. vna. C. si de momen. possess. fuerit appellat. tamen in his causis appellatur, & supplicatur: quia cum quasi possess. sit tanti effectus, & præiudicij, nõ vendicat sibi locum intentio & ratio dictæ. l. vnicæ.

SVMMARIVM
Ex capite sequenti.

1 Quales debeãt esse articuli in his causis tam in petitorio, quãm in poss. generali & locali.
2 In his immunitatis causis necessarium est probare filiationem legitimam.
3 Testes in his causis an admittantur publicat. attesta. super eisdem articulis.
4 Filij

4 Filij naturales tãtum an gaudeant nobilitate parentum, vbi agitur de consuetudine Cantabriæ circa filios spurios.
5 Legitimati per principis rescriptum an gaudeant nobilitate parentum? & quid de adoptiuis. Et agitur de intell. schedulæ Anni. 42. in proposito.
6 Ad obtinendum in possessione locali quid sit articulandum, & probandum?
7 Qualis debet esse sententia in possessorio generali, uel locali.

DE ORDINE, ET FORma articulorum & sententiæ, quæ in his causis in possessorio ordinantur.

CAP. III.

1 QVÆRO in super qualis articuli sint faciendi in posse. isto, vel quales sunt, qui principaliter respiciũt posse? Respondeo, quòd omnes articuli, qui de stylo communi solent ordinari in his causis, possunt respicere possess. specialiter vero articulus, qui solet esse quintus in ordine respicit possess. licèt si concludatur perfectè in eo, sufficiat etiam ad proprietatem: articuli verò solent esse tales, vt sequuntur.

Item si saben, vierõ y oyeron dezir, que de vno, diez, veynte, treynta, quarenta, cinquenta, y cient años a esta parte de tanto tiempo aca que memoria de hombres no es en contrario, el dicho fulano, y su padre y abuelo hã estado, y estan en possesion, vel quasi de hombres hijos dalgo notorios, y deuengar quinientos sueldos segun fuero de España, y que por ser tales del dicho tiempo immemorial a esta parte cada vno dellos en su tiẽpo no han pechado, ni contribuydo en los pechos, y derramas, que se han echado y repartido enel dicho lugar, y en las otras villas, y lugares destos Reynos, do han tenido bienes y hazienda, en que han pechado y repartido y contribuydo los hombres buenos pecheros de los tales lugares: antes hã sido libres y essentos de los dichos pechos y derramas, y no han sido empadronados, ni repartidos en ellos, segũ y como lo hã sido los otros hijos dalgo notorios, que han biuido y morado y biuen y moran enel dicho lugar y en las otras villas y lugares destos reynos, por ser como es el dicho fulano y su padre y abuelo, y ascendiẽtes hijos dalgo notorios, y descendiẽtes de tales, y hauer estado y estar en tal possesion del dicho tiempo immemorial a esta parte: todo lo qual saben los testigos: porque assi lo han visto ser y passar en sus tiempos, y que se ha hecho y guardado como en esta pregunta se contiene: despues aca que se saben acordar: y porque assi lo oyeron dezir a sus mayores y mas ancianos que ellos y los suyos, assi lo auian visto y oydo dezir, y que nunca auian visto, ni oydo lo contrario: y porque de todo ello tal ha sido, y es publica boz y fama y comun opinion enel dicho lugar, y su comarca, &c. Y si otra cosa fuera los testigos lo supierã, y no pudiera ser menos: digan los testigos lo que saben. &c.]

Aduertendum est, quod iste articulus, licèt sonet in possessionem, si tamen

men perfectè probetur, prout ſcribitur: pars obtinebit in proprietate ex eo, quod probat quaſi poſſeſsio temporis immemorialis cum qualitatibus declaratis, quod tam de iure communi, quàm Regio per dictam pragmaticam ſufficit ad petitoriū. Et iſte articulus, & ſuperior (de quo dixi in probatione petitorij) ſunt principales: & in his duobus ferè conſiſtit ſubſtantia probationis tam in proprietate, quàm in poſſeſs. nam cæteri, qui ſtatim ſequuntur: non ſunt adeò neceſſarij, nec ſubſtantiales: & in his parum inſiſtitur, niſi ex aliqua circunſtantia accidentali: fiunt etiam articuli ſequentes.

Item ſi ſaben, &c. que el dicho fulano y los dichos ſu padre y abuelo, dõde quiera que biuieron ſe juntaró en los ayuntamiẽtos de los hombres hijos dalgo, y como tales fueró a los llamamientos, que los ſeñores Reyes de Caſtilla han fecho de los hijos dalgo de Eſpaña, y como tales han ſeruido en las guerras, que han tenido ſegũd lo han hecho los otros hijos dalgo de ſangre: digan lo que ſaben, &c.

Iſte articulus ſumitur iudicio meo ex Theorica Bart. in l. 1. in repet. C. de dignita. colum. penult. vbi ad literam dicit loquendo in probatione nobilitatis, quod is, qui prætendit nobilitatem, debet articulare, & probare ſemper ſe admiſcuiſſe, & admiſſum fuiſſe inter nobiles, & in eorum conſortio, & coadunationibus tanquam nobilis diſtinctus, & ſeparatus à plebeis, & eorum congregationibus: reſpicit etiam ad Theoricam Bal. generalem, de qua ſupra dixi, in. l. penulti. C. de poſtulã. vbi dicit nobilitatem probari per reputationem, & ſimiles actus, illud vero, de auer ydo a las guerras y llamamientos, eſt ſecundùm forum Hiſpaniæ: à cuius antiquitate, & initio vſque ad hoc noſtrum tempus vſitatum eſt, [que los hijos dalgo de ſangre y ſolar vayan a ſeruir a los Reyes a las guerras &c.] Non tamen poſſunt incollectari tẽpore belli, niſi eſſet magna neceſsitas ſecundum Anani. conſilio. 7. incipiente: viſis, colum. 3. per text. in §. licèt, ſecundo reſpon. in titu. ſi de feud. fue. contro. & ſecundum Iaſ. in l. ſi ex toto. in principio, colum. ſecunda & penult. ff. de legatis. 1. & Chaſſanc. in Cata. in quin. parte. in cõſiderat. 24. ver. ſed quoad nobiles, cũ ſequentibus. Y es de aduertir como arriba dixe, que ay grande differencia en los llamamiẽtos, que los Reyes hazen de los hidalgos: porque a los que ſon hidalgos de priuilegio, o caualleros armados, llaman los, que vayan, ſo pena de perder los priuilegios y hidalguias, pero a los hijos dalgo deſangre y ſolar llaman los haziendo les ſaber la guerra ſin poner les pena: porq̃ de ſu lealtad y nobleza cõfiá los reyes que ellos yran de ſu voluntad y grado como buenos y leales, como ſiempre lo han hecho: y eſta differencia parece, y yo la he viſto por el tenor delas cedulas de los miſmos llamamiẽtos, eſpecialmẽte en el pleyto de los Quesadas de Iaen: y es differencia de notar. Pone ſe tãbiẽ otro articulo, q̃ dize

Item

Item ſi ſaben, &c. que el dicho fulano, y el dicho ſu padre y abuelo han ſido admitidos a los officios q̃ ſe dan a los hijos dalgo de regimientos, y fieldades, y varas de hermandad por ſer tales hijos dalgo: los quales officios ſolamente ſe han dado y dan en el dicho lugar, y en los lugares, que hábiuido a los tales hijos dalgo y no a los pecheros: y tal ha ſido, y es la coſtumbre y vſo en los dichos lugares, digan lo que ſaben.

Eſta prægunta es ſemejante a la paſſada: porque va endereçada a probar poſſeſsion, y reputacion por eſtos actos poſitiuos, que ſon ordinarios, y tambien ſe pueden poner otros ſemejantes extraordinarios ſegun la coſtũbre de cada lugar: y eſpecialmente ſe articula de officios de hijos dalgo hõrrados:] ex quibus quæritur, & conſeruatur nobilitas ſicut per contrarium perditur ex officijs viliſsimis & mechanicis: de quibus in. l. maximarum de excuſ. artifi. & in titul. primo, libro quarto ordinamen. adonde ſe ponen muchos officios, que no ſe compadeçen, ni caen en caualleros, ni hidalgos.

Item ſi ſaben, &c. que al dicho fulano y al dicho ſu padre y abuelo enlos lugares do han biuido a cada vno en ſu tiempo les han ſido guardadas todas las honrras, franquezas, y libertades y exempciones que ſe acoſtumbran guardar y han guardado a los otros hijos dalgo de ſangre.] &c. Iſti enim tres articuli ſuperiores reſpiciũt actus poſitiuos nobilitatis, & communem opinionem, & reputationem nobilitatis, ex qua non ſolum probatur nobilitas: verum cauſatur ſecundum Lucam de pena in. l. mulieres tertia colum. C. de dignit. licèt ſecundum eum ex ſola vulgi opinione non fiunt veri nobiles: ſed aſſerti tales, facit doctrina Bald. in l. prouidendum. C. de poſtu. & Alexan. in. l. de minore. §. torméta. ff. de quæſtio. vbi dicunt per famam & reputationem probari nobilitatem Decius in ca. primo, quarta colum. de appellat. & latiſsimè per Bonũ de Curtili. in ſuo tracta. nobili. in 3. par. num. 160. cum ſequentibus.

Item ſi ſaben, &c. que de poco tiempo a eſta parte el concejo del dicho lugar a repartido al dicho fulano y ſacado ley vendidole prendas por pecho de pecheros y le moleſtan ſobre ſu hidalguia repartiendole como a los otros hombres pecheros, digan lo que ſaben.

Articulus iſte non eſt vſquequaque neceſſarius, ex eo quod à principio litis iſte particularis docuit, & exhibuit teſtimonium capturæ pignoris: ſine quo nec ſecũdum ius commune, nec ſecundum diſpoſitionem pragmaticæ potuit admitti, vt ſupra dixi. Conducit tamen ad vnum: quia nõ ſolum eſt neceſſaria inquietatio à principio, vt poſsit agi interdicto vti poſſeſſ. verũm quod duret inquietatio, nã aliàs, ſi el cõcejo le dexaſſe de empadronar y repartir, no hauria de que ſe pudieſſe quexar, ni cauſa para ſeguir el juyzio alomenos en la poſſeſsion: y para denotar que la moleſtia dura y no ceſſa, ſe haze eſte articulo, que es conforme

Universidad de Deusto
Biblioteca

me a la doctrina de Bart. y de los Doctores, en la ley si prius, de noui operis nuntia. vt supra latius dixi.

Alij articuli possunt formari secundum qualitatem personarum, & negotiorum, & locorum, de quibus iudicium sit peritis aduocatis, quorum hoc munus est, vt ordinent ius ad factum, & sequantur doctrinam Bartol. in dicta l. prima. in penultima columna. C. de dignitat. vbi ponit formam articulorum, qui debent fieri in causis nobilitatis.

2 Est tamen notandum, quod supra dicti articuli solum respiciunt nobilitatem & immunitatem ipsam, vltra quod necessarium est probare de filiatione, & legitimatione, & descendentia illius qui litigat, & patris & aui, circa quod formantur articuli sequentes qui (secundum stylum Cancellariæ Vallisoletanæ) quem, vt propriæ & dulcissimæ patriæ, & antiquioris consistorij in hac parte sequor, inseruntur post supradictos, hoc loco: secundum vero stylum huius nostræ Cancellariæ Granatensis ponuntur antè post primum, quæ tamen diuersitas non est multum attendenda. Articuli vero taliter sunt formandi.

[Item si sabē, &c. quel dicho fulano abuelo del que litiga fue casado y velado segun orden de la madre Sancta yglesia con fulana su legitima muger: y que como tales marido y muger los vieron hazer vida maridable en vno, llamandose marido y muger, y tratandose como tales, y durante el tiẽpo del dicho matrimonio ouierõ y procrearon por su hijo legitimo al dicho fulano padre del que litiga, y por tal su hijo legitimo fue hauido y tenido y comunmente reputado llamádo el a los dichos fulano y fulana padre y madre, y ellos a el hijo, digan lo q̃ saben.

Item si saben, que el dicho fulano padre del que litiga fue casado y velado, &c. vt supra proximè: y si quisieren articular del visabuelo lo mesmo &c.] Circa istos articul nihil est, quod egeat declaratione. clarum enim est, q̃ cum nobilitas sit deriuãda ab auo, & continuanda per patrem, necessario probandum est de matrimonio aui, & patris & de filiatione & legitimitate: matrimonium vero probatur per testes deponentes de ipsius solennitate, vel per visum, vel mutuam cohabitationem coniugum cum communi opinione & reputatione vicinorum & fama publica: filiationis vero notissima est probatio ex traditis per text. glo. & Docto. in l. filium eum diffinimus. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & in l. neq; professio. C. de hære. instit. & in l. si pater. eodē titul. & in cap. per tuas de probat. & in toto titu. qui filij sunt legi. & singulariter, & subtiliter per Bald. in l. non ignorat. 1. columna. C. qui accusa. non poss. qui est in hoc artic. videndus. Dubiũ tamen frequenter oritur in proposito an in his causis nobilitatis satis prouisum sit per Regiam pragm. data en Madrid. Año de 37. in ordine. 12. 4. quod non admittantur testes super eisdem articul. qui dati fuerunt ad testium examinationē in prima instantia, nec super eisdē directo

cto contrarijs. Dubium facit quod Cæsar noster Carolus de hac re consultus in dicta pragma. simpliciter respondit veterem legem ordinamenti, quæ est. 4. titul. 11. libro. 3. ordi. seruandam fore. Ex quo quidam opinantur, quòd cum dicta lex ordinamenti generaliter & simpliciter disposuerit, in causa appellationis nõ esse admittendos testes super articulis primæ instantiæ vel directo contrarijs, & nihil expresse disposuerit in istis causis nobilitatis, nihil fuisse per dictam responsionem in eis determinatũ. Apud me tamen satis in. d. Madriti cõsultatione decisum videtur: vt etiam in his nobilitatis causis seruetur dict. l. ordinamẽti, neq; admittantur testes in secunda instãtia super eisdem articulis, vel directo cõtrarijs, maximè cum de iure cõmuni receptissima opinio sit legis ordinamenti dispositio. Quãuis tamen hæc sit verior & magis iuridica opinio, quam dũ Cæsaris causas, in Granatensi curia agerem rotis viribus conatus sum in praxi defendere, vix tamẽ potui obtinere apud illius chancellariæ auditores, vt ista hæc opinio vsu cõfirmaretur. Quinimò, sæpius & ferè semper admittebãtur interrogatoria & articuli ijdem vel directo contrarij, quod etiam in hac Pintiana cancellaria frequentius obseruari video, licèt plures vtriusq; curię iudices istis testibus super eisdem articulis productis leuiorem fidem adhibendam esse censeant. Nec dicta praxis omnino aliena est à iuris dispositione, quando quidem causa ista nobilitatis causis

3 Notum est etiam, quod in his causis nobilitatis filij naturales rãtum, & nepotes gaudent nobilitate parẽtum & auorum, vt in. l. 1. titul. 11. part. 7 quę loquendo in difidatione dicit, [que el hijo dalgo puede desafiar: y dize mas que hijo dalgo es aquel, que es nacido de padre, que es hijo dalgo, quier lo sea la madre, quier no, solo que sea muger velada, o amigada, que tenga conocidamente por suya. &c.] de iure autẽ cõmuni an naturales gauderent nobilitate patris traditur per Bar. Bal. & Docto. in l. fin. C. de verbor. signifi. & per Decium consilio. 85. in. 1. Volumine. & per Alexan. in. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. & in l. si illustris. C. ad orfi. & per Guillermum in repetione. c. Raynuntius, in principio versic. Raynuntius. num. 41. & sequen. de testa. & in alijs varijs locis. Bastardi vero seu spurij non gaudent nobilitate, vt in. l. generaliter. § spurios. ff. de

Universidad de Deusto
Biblioteca

ff. de decurio. Bald. in. l. cum legitimè. ff. de statu. ho. Doctor in cap. cum in cunctis de electi. licèt in Francia ex generali consuetudine gaudeant nobilitate, & portent arma & nomen parentum, vt latè per Bonũ de Curt. in suo tracta. 4. par. nume. 45. cum sequent. [Y la mesma costumbre tienen los vezinos y moradores de allende Ebro, y aun mas rezia porq̃ no solamẽte gozan los bastardos, pero aun los incestuosos y adulterinos. Y para q̃ les sea guardada tienen çedula de los Señores Reyes catholicos, dada en Granada el Año de. 1501. y otra del Emperador nuestro Señor, dada en Bezerril en el mes de Septiembre, del Año 1527. y en Madrid, de. 1539. por el mes de Octubre.] quę cõsuetudo iniustissima videtur & contra omnem iuris rationem, [y assi se a pedido a su M. lo declare y mande que no sea guardada, y que se reuoque la dicha cedula, y los de su consejo por su mandado, lo embiaron a consultar con el audiẽcia de Granada, y con esta de Valladolid el año de. 1550.] ad quarum consultationem hucusq; nihil est declaratum, [antes por autos de vista y reuista, se ha denegado en consejo Real a los hijos dalgo bastardos, sobrecedula de las dichas sobre cartas que teniá de los señores Reyes Catholicos, y los buenos hombres pecheros delas hermãdades de la prouincia de Alaba sacaron carta executoria de estos autos cõtra los dichos bastardos, y despues dello por parte de los dichos bastardos de la prouincia de Alaba se ha pedido que sin embargo de la dicha exẽcutoria se guarden las dichas cartas y sobre cartas delos dichos Reyes catholicos y se ha proueydo assi sin perjuyzio del derecho de los buenos hombres pecheros, y sin atribuyr a los dichos bastardos mas derecho del q̃ tenian, como parece por vna cedula, hecha en Valladolid a doze de Agosto del Año passado, de. 1556. y por la sobre carta della, dada a pedimiento de Iuan de Mardones y consortes en Valladolid este mes de Abril deste presente Año de. 1557. por las quales la Serenissima Princesa de Portugal gouernadora destos Reynos suspendio el effecto de la dicha carta executoria entretanto y hasta que el Rey Dõ Phelippe nuestro Señor venga en estos Reynos.

4 De legitimatis verò per principis rescriptum licet non sit dispositũ per legem regni: est tamen determinatũ per cedulam quãdam peculiarem Cæsaris Imperatoris nostri, datam Vallisoleti. Anno. 1542. Cuius dispositio posita est in libro nouiter nunc impresso in Granatensi Cancellaria. Folio. 133. Cui titulus est: [cedulas, prouisiones, visitas, ordenanças, &c.] Et in ea deciditur, quòd legitimati non gaudeãt nobilitate quam appellamus hidalguia. Quòd non est omnino alienum à dispositione iuris communis, vt est videre per Anto. de Roselis in tractatu legitimationũ, & per Doctores in cap. tanta & in capit. per venerabilem qui filij sint legit. & in. l. Gallus. §. quid si tantum. ff. de lib. & post hum.

hum. Adoptiui verò filij non gaudent nobilitate parentum adoptiuorum, secundum eundem Bonum de Cur. in suo tracta. nobilit. 4. parte, licèt cõtrariũ tenuerit Raynaldus Gallus in suo comprehensorio feudali in tracta. nobili. per text. in l. senatoris filium. ff. de sena. vbi adoptatus à senatore, dicitur senatoris filius, sed prima opinio verior est, quia diffinitio nobilitatis non cõpetit filijs adoptatis, vt patet, ergo non potest eis competere diffinitum, vt in. l. quod constitutum, vbi Bart. ff. de testa. mili. & in. l. 4. §. prætor, versiculo toties. ff. de damno infecto, & in l. ita tamen in princ. ff. admin. tuto. cũ enim nobilitas causetur à claro, & naturali parentũ sanguine, & sic à genere (vt supradictum est in secũda parte) clarum est, quod adoptiui nihil communicant de genere, & sanguine parentum adoptiuorum, vt plene notatur in. l. si arrogator. ff. de adopt. & notat Guillel. Benedictus in cap. Raynuntius in verbo vxorem nomine Adelasiam, de testa. claritas enim sanguinis, & virtus parentum, quæ deriuata in filios eos ad virtutem naturaliter stimulare solet, non datur in adoptiuos, nec illis dici potest, quod Æneas Ascanio filio dicebat, illum ad virtutem incitando de quo Virgilius,

Æneidos. 12.

Disce puer uirtutem ex me, uerumq; laborem.
Tu facito, mox cum matura adoleuerit ætas,
Sis memor, & te animo repetentem exempla tuorum,
Et pater Æneas & auunculus excitet Hector.

Nec illud quod dicit Faust. Poëta.

Est sanguis clarus magnorum splendor auorum,
Illud posteritas æmula calcar habet.
Scilicet, ut nullus tantis sit degener actis,
In patrias uires æmula corda monet.

Hæc itaq̃, naturalis nobilitas & sanguinis seu generis virtus, quæ à patribus in filios deriuatur ad solos naturales nõ ad ciuiles filios perducitur, hoc est, ad adoptiuos, quibus nec diffinitio, nec verba. l. partitæ conuenire possunt, vt patet. De legitimatis verò per Principis rescriptum, & an isti gaudeãt nobilitate parentum, de iure communi verior opinio & cõmunis est, quod non: secundum Anto. de Butri. in capit. per venerabilem. qui filij sint legiti. vbi tenet, quòd nõ potest maiorum arma & nomen portare. Tenet Bald. in cap. per tuas de maio. & obedient. ver. quæro in honoribus, vbi expressè dicit quòd filius legitimatus non gaudet nobilitate patris. Quem refert & sequitur. Alexand. in. l. ex facto. §. si quis rogatus, numero. 56. ad finem. ff. ad Trebellia. Curtius Senior, consilio 16. numer. 20. quapropter mirabiliter in proposito dixit Ioann. Andr. & post eum omnes in capit. fina. de filijs presbyt. Quod in impetratiõe legitimationis mentio de patris nobilitate expresse facienda est, vt expresim concedatur: aliàs enim nunquam legitimationem extendi ad nobilitatem. Quem sequitur Felin. vbi latè in cap. postulasti. 4. colum. de rescript. Guilliel. Benedict. in cap. Raynũtius, versic. & vxorẽ nomine Adelasiam in prima decisio. numer. 195. Et est bonus casus in cap. primo. §. naturales. iuncta gloss. si de feud. fuer. cõtro. vbi filius spurius non succedit in feudo nobili, nisi expresse id concederetur in legitimatione. Ab

bas in ca. innotuit, de elect. Quam gl. ibi & vbiq; communiter sequũtur doct. vt patet ex relatio. Tiraquell. de vtroque titul. primo. §. 1. gloss. 3. num. 6. nec immerito, quia vt inquit Bald. in cap. 1. de constitu. filius spurius legitimatus, non est filius verus, sed fictitius & similitudinarius, & ad similitudinem alchimiæ factus. Et secundum eundem & eleganter in capit. fina. de tralat. episcop. assimilatur homini medicato à morbo remanente semper cicatrice. De iure verò nostro regio dubium est, an filius legitimatus gaudeat nobilitate patris attenta. l. 12. Tauri, [que quiere que aunque el hijo legitimado no succeda con los hijos legitimos en los bienes del padre ni de la madre, ni se les pueda mádar mas del quinto. Pero en quanto a todas las otras cosas ansi en succeder a los otros patientes, como en honras y prehemi nencias que han los hijos legitimos, que en ninguna cosa differan los tales legitimados de los hijos nascidos de legitimo matrimonio: y en las legitimaciones que cada dia se despachã, se pone siempre clausula, que gozen de todas y qualesquier honras, preheminencias, franquezas, prerrogatiuas, y libertades, de que gozan los hijos nascidos de legitimo matrimonio.] Et sic videtur quòd attenta dict. l. Tauri & dicta clausula, quæ communiter apponitur in legitimationibus, tales filij legitimati debeant gaudere nobilitate patris. Sed dicendum est [que quanto, a q̃ los tales legitimados no se puedan escusar de pechos y contribuciones, determinadó esta por cedula de su Magestad, dada en Valladolid a quatro de Abril de. 542.] quæ generaliter disponit in omnibus legitimatis cuiuscunq; conditionis sint. Cuius verba. [Presidente y oydores. &c. Sabed que nos ouimos mandado dar y dimos para vos vna nuestra cedula firmada de nuestro Real nombre, su tenor de la qual es este q̃ se sigue. El Rey, Los del nuestro cõsejo Presidẽte y oydores de las nuestras audiẽcias, que residen en Valladolid y Granada, y a todas las nuestras justicias y juezes de todos los nuestros reynos y señorios. Sabed que a nos es hecha relacion que a causa de algunas legitimaciones que mandamos despachar a personas que no son legitimos, nascen algunos pleytos, diziendo los tales legitimados cuyos padres pretenden ser hijos dalgo, que por se hauer legitimado por nos, son essentos de todos pechos, seruicios y cõtribuciones, como si fueran auidos de legitimo matrimonio: y porq̃ nuestra merced y voluntad nunca fue ni es que las tales legitimaciones se estiẽdan ni entiendan a que por ellas se excusen de qualesquier pechos, seruicios y contribuciones a que eran obligados, y deuian pagar antes que fuessen legitimados. Mandamos a todos y a cada vno de vos, que ansi lo juzgays y sentenciays, ansi en los pleytos que vinieren, como en los pendientes de que no vuiere sentencia passada en cosa juzgada, y no fagades ende al por alguna manera. Dada. vt suprà. Yo el Rey.] Cuius schedulæ mentionem in id

id fecit Gregor. Lopez in. l. 4. titul. 15. part. 4. penult. colum. versicul. sed dubium est.

Sed adhuc refricatur in dubium, quæstio elegans & noua [si el hijo legitimado en caso que por la dicha cedula no pueda gozar de la hidalguia del padre para que por virtud della se pueda eximir de pechar: pero quanto a otras honras, officios y preheminencias cõcedidas a los que son hidalgos, como es fiar y desafiar: assientos, juntas, y ayuntamientos de hijos dalgo] an tales legitimati quoad ista & aliano bilibus concessa debeant gaudere nobilitate patris, vel non. Certè dubium hoc non tetigit Gregor. Lop. vbi supra, nec alius quem viderim, & in partem affirmatiuam, & sic quod quantũ ad ista gaudeant nobilitate patris vrget dispositio dictæ schedulæ, [que solamente quiere que las tales legitimaciones no se estiendan a los pechos:] non tamen remouet nobilitatem quo ad alios honores, vt ex ea patet, & si idem voluisset quãtum ad alios actus positiuos nobilitatis expressisset argumento. l. vnic. §. finautem ad deficientis. C. de caducis tollen. & sic eo quod excludit expressè vnum casum, videtur alios admittere argumento. l. cum prætor. de iud. ff. maximè cum non sit eadem ratio exclusionis [en quanto a honras y officios, que en lo del pechar,] vbi Cæsaris patrimonium notoriè læditur, & minuitur: & hęc videtur fuisse intentio Imperatoris in dicta schedula quæ attẽdẽda est & secundũ eam dispositio ipsius interpretanda. vt de primo est text. in cap. ex multipli ci de deci. glos. versic. intentionis. Secundum probatur in. l. ex facto. ff. de vulga. vbi Iaſ. nu. 5.

Secundo etiam pro hac parte facit dict. l. 12. Tauri in supra relatis verbis. & videntur etiam non nihil in hanc partem facere pragmaticę huius regni quę loquuntur de reuocatione exemptionum & priuilegiorum [las quales aun que reuocan la immunidad quanto a los pechos, dexan en su fuerça, y vigor los priuilegios, quanto a las honrras y preheminencias y el fiar, y desafiar.]

Quibus non obstantibus mihi contrariam sententiam probat quædam pragmatica extraordinaria quæ communiter habetur [dada en Valladolid a diez de Março de mil y quinientos e quarẽta y dos,] quę expresse remouet qualitatem nobilitatis ab istis sic legitimatis, & postea immunitatem tributorũ. Cuius verba, [los del nuestro cõsejo &c. Sabed que a nos es hecha relaciõ que a causa de algunas legitimaciones que mandamos despachar de personas nacidas de dañado y punible ayũtamiẽto, nacé algunos pleytos diziendo estos legitimados, q̃ la ora q̃ son legitimados, son hechos omes hijos dalgo, y que son essentos de todos pechos seruicios y contribuciones, lo que no eran antes que fuessen legitimados. Y porq̃ nuestra merced y voluntad nunca fue ni es, que las dichas legitimaciones se estiendan ni entiendá a las hidalguias, ni por ellas se escusen de qualesquier pechos, y contribu

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciones, a que erá obligados antes que fuessen legitimados, siendo como dicho es, de dañado y punible ayuntamiento nacidos de parte del padre, o madre. Mandamos a todos, y a cada vno de vos, q̃ ansi lo juzgueys, y sentẽcieys, assi en los pleytos que vinieren como en los pendientes, de q̃ no vuiere sentencia passada en cosa juzgada. &c. dada,] vt supra. Nec vt aliqui opinantur hæc pragmatica est eadem quam modo retulimus, sed multum diuersa vt ex eius serie cõstat, [porque la dicha cedula habla en todos los q̃ no son legitimos general mẽte,] ista in natis ex damnato & punito coitu: illa, [solamente quanto a pechos, ista, quãto a hidalguias y pechos, vt ex ea patet ibi, que la hora que son legitimados, son hechos omes hijos dalgo, y q̃ son exẽptos de todos pechos. &c. & ibi, y porque nr̃a merced y voluntad nunca fue, ni es q̃ las dichas legitimaciões se estiendan ni entiendan a las hidalguias, ni por ellas se excusen de qualesquier pechos. &c.] quapropter posteriorem sententiam videlicet quod filius spurius legitimatus non gaudeat patris nobilitate etiam quoad actus & officia requirentia nobilitatem (prẽter solutionẽ tributorũ) libẽter admitto, [en los hijos de clerigos, y frayles aunq̃ ellas seá solteras, maximè per. l. 9. Tauri in fine, y en hijos auidos en mugeres casadas,] attentis verbis dictæ pragmaticæ, [q̃ claramente lo quiere, ibi, de personas nacidas de dañado y punible ayuntamiento, & ibi, siendo como dicho es, de dañado y punible ayuntamiento, nascidos de parte del padre, o madre:] tametsi in alijs filijs non ex damnato, & punito coitu natis, [como son hijos de casados en solteras, o de comendadores,] & his similibus, fortè prior sententia admitti posset, & sic quod gaudeant quo ad honores & officia nobilitate patris. Sed pro nunc non firmo ex eo quod licet dicta schedula primò relata, à tributorum immunitate tantum istos legitimatos expellat: non tamẽ per hoc eos admittit ad nobilitatẽ patris quo ad alia: & sic iste tanquá casus omissus debet decidi prout de iure communi, in princi. istius quæstionis dictum fuit.

Neque dici potest, filium legitimatum frui nobilitate patris, quoad istos actus positiuos, esse nullius præiudicij & cõsiderationis, quia imo est magnæ importantiæ, & ponderis, tam respectu nobilium quàm Cæsaris. Primo quia iura nedum Cæsarea verum pontificia & diuina tractare de honoribus non dedignantur, vt in. c. præcipimus. 93. distinctio. c. 1. & per totum' vbi scriben. de maio. & obedien. aurea verba text. in cap. episcopus. 10. distinct. ad consedendum in cõcilio vel in qualibet alia re, sua quisque attẽdere loca decreuimus, & suorũ sibi prærogatiuam ordinum vendicare. l. vnicuique de prox. sacro. Scrinio libr. 12. & ideo pro istis dantur in iure remedia, tam in possessione, quàm in proprietate vt in. c. querelam. de electio. [Y ansi a los de mas hijos dalgo les interessa, que en sus yuntas, y ayuntamientos, y assiẽtos, no entren estos tales legitimados, qui non sunt nobiles. Secũdo Cæsaris patrimonio interest, siquidem per istos actus, sæpe vera & essentialis nobilitas tractu tẽporis acquiri solet non apparente legitimatione, & de iure sunt cõsiderabilia. vt omnes doct. dicunt in. l. 1. de digni. libr. 12. & sic ex omnibus ante dictis plenè remanet expedita proposita quæstio.

Adhuc tamen circa dispositionem dictæ schedulæ & pragmaticæ extraordinariæ solet in hac regali chancellaria frequenter dubitari, an earum decisiones cõprehendant & extendantur ad legitimationes concessas à prædecessoribus Imperatoris, vel tantum ab ipso Imperatore & regina Ioanna. cõtigit quæstio [en la causa de Sanctiago y Christoual de Gadea hermanos, con el Fiscal y concejo de Trepiana.] Et licèt nonnulli aduocati enixe tueri velint, quod non extendantur tum ex regula generali l. leges, in futurum. C. de legi. cum sim tum etiam consideratis verbis dictarum legũ, quæ expressè videntur loqui tantum in concessis ab ipso Imperatore, ibi. [que a causa de algunas legitimaciones que mandamos despachar. & ibi, [y porq̃ nuestra volũtad nunca fue ni es,] nã si voluissem interpretari legitimationes prædecessorũ, expressissem [haziendo mencio de las legitimaciones que sus predecessores han dado,] prout in similibus sæpè facit in omnibus pragmaticis & legibus. l. 6. & 7. titu. de los excusados. lib 4. ordin. ibi [Ordenamos y declaramos, que todos los excusados

q̃ son dados por nos,] sequitur, [y por nuestros predecessores.] Et cum non expresserit, præsumitur noluisse iuxta vulgata. Tamen obtentum est in hac regali cancellaria contrariũ, & sic præ dictas schedulæ & pragmaticæ dispositiones extendi & comprehendere legitimationes prædecessorum. Primò quia cum sit lex declaratoria suæ naturę est prędecessoris comprehẽdere: iuxta latissimè nota. per Felin. & Deci. in cap. fi. de consti. Secundò quia de natura legis est vt sit vniuersalis non particularis vt in. l. legis. C. de legit maximè cum indistinctè dicat, [que ansi lo juzgueys y sentẽcieys, ansi en los pleytos que vinieren como en los pẽdientes,] quæ verba tanquam generalia generaliter sunt intelligenda. Et sic vt comprehendant omnes casus legitimationum postea emergẽtium, etiam si à prędecessoribus legitimationes cõcessæ sint: siquidem, necessario etiam de istis lites emergunt. argu. l. de precio de publici. ff. neq, obstant verba illa [Que mandamos despachar,] quia verbum illud, [mandamos] potius respicit regiam dignitatem quàm personam, & sic non est restringendum ad personam, vt in cap. quoniam Abbas. de offic. delegat. & tandem quia sicut princeps potest interpretari legem generalem prædecessoris l fi. C. de legi. ita & concessiones particulares, vt passim videmus in legibus & pragmaticis huius Regni.

Tandem pro finali expeditione & declaratione dispositionũ dictæ schedulæ & pragmaticæ extraordinariæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

(volentium filios legitimatos nõ esse immunes à tributorum contributione, virtute legitimationum.) Dubitatur an locũ habeant, & procedant eo casu quo virtute legitimationis talis legitimatus & descẽdentes extitissent in quasi possessione non conferendi per quadraginta & plures annos: & sic quod ex ista consuetudine præscripta quadraginta & plurium annorũ quasi possessionis esset ius quæsitum legitimato & descendentibus non conferẽdi: & breuiter prima facie videtur dicendum quod non. Primo quia in dictis pragmaticis nõ excluditur iste casus, [pues solamẽte en ellas se prouee, que por razon de la legitimacion no pueda pretender, q̃ su Magestad le quiso libertar de pechos, [& sic nõ excluditur quasi possessio præscripta, quæ sola sufficit, præcipuè in causa possessorij iuxta regias pragmaticas, maximè cùm quis possit priuilegio vti simul & præscriptione. Bald. in. l. 1. C. de furt. c. veniens de præscripti. secundo. quia licèt declaratoria lex trahatur ad prẽterita, nõ tamen trahitur ad ea, quę ex consuetudine inueterata sunt præscripta & quæsita: sicuti per plura fundamẽta iurũ & rationes existimat Feli. in. c. fi. de consti. nu. 6. vbi latè.

Secũdo, quia licet legitimationis verba (quo adhunc effectum) propter dictarum pragmaticarum dispositionẽ sint dubia, & quodammodo inefficacia, & sic legitimationis titulus nõ sit omnino sufficiẽs: vsus tamen quadraginta annorum, illa potest interpretari, & titulum validare iuxta. l. fi. de fund patri. libro. 11. cum alijs et. l. 2. ad finem tit. de las donaciones lib. 5. ord. quælibet namque dispositio ab vsu recipit interpretationẽ, iuxta doctri. Inno. in. c. cũ olim, de verb. sig. &. l. 6. tit. 2. prima part. maximè extante vsu antiquissimo, sicuti in terminis testatur Curti. Iuni. cons. 60. nu. 16. Balb. in in tract. præscrip. 2. parte secundæ partis, numer. 7. & Bald. optimè in. l. si solennibus. C. de fide instrumen. & eiusdem etiam bona verba in cap. auditis de præscript. quòd priuilegium antiquum recipit fomentum à possessione, seu vsu. latè Aymon Craue. in tracta. de antiq. temp. folio. 10. patua impressio. col. 4.

His tamen non obstantibus contrarium affirmo de iure verius: vna præcipuè inter alias efficacissima ratione, scilicet, quia cũ legitimatus sit in mala fide, nullo tempore potest præscribere ex iure notissimo. Quòd autem sit in mala fide patet ex ipsa legitimatione, apparentia enim tituli contrarij inducit malam fidem & impedit omnem præscriptionem, etiam immemorialem, vt late tradit Socinus cõs. 171. in. 2. volu. & latissimè Ripa. in. l. quominus. ff. de flumi. Anto. in cap. peruenit de censi. in repet fol. 4. versic. circa quod dubium. Ancha. consil. 81. inci. dicta causa col. 2. versic. sed alijs rationibus, in quibus locis ij omnes afferũt hanc cõclusionem, scilicet, titulũ contrarium inducere malã fidem in præscribente & elidere præsumptionem possessionis. facit doctrina Batt in l. quemadmodum. C. de agrico. & censi. lib.

sib. lib. 11. & Feli. in cap. veniens de præscript. vbi singulariter dicit, quòd qui vtitur pręuilegio vltra ea quę in eo cõtinẽtur, nullo tempore potest præscribere, eo quòd est in mala fide eo ipso quod excedit priuilegium scienter. Et in hunc articulum plura cumulat Aymon de Scuillia. in tractatu de antiq. tẽporis. 4. par. nu. 59. & Balb. in suo tracta. præsc. 1. par. q. 6. Alciatus in tract. de præsum. in princ. in. 2. par. repetentes in reg. possessor de reg. iur. lib. 6. cũ ergo legitimatus sibi sit cõscius, sciatq; se virtute legitimationis non posse gaudere iure nobilitatis nec immunitatis, ꝓculdubio est in mala fide, nec põt aliquo tẽpore nobilitatẽ quærere: nisi forsan dicamus q̃ errans in iure & credens se virtute legitimationis potuisse gaudere nobilitate & immunitate, bona fide quasi possedisse iura nobilitatis, nec præstitisse munera vel tributa. Quo casu reincidit casus in illa latissimè disputata quæstione, scilicet, an errans in iure pręscribere possit, de qua latè per Felin. in cap. de quarta, in cap. si diligenti de præscri. & per Bart. & Balbũ in repe. l. Celsus. ff. de vsucap. & latissimè per dominũ doct. de Couarru. in reg. poss. de regu. iur. lib. 6.

Ad obtinendum verò in possess. locali determinatum est per eãdem pragmaticam, quod sufficit probare de quasi possess. illius, qui litigat & solius patris, quod certè videtur extra iuris communis rationem, & ius mere positiuum: nam si hæc dispositio fundaretur in ea regula, quæ dicit tantũ præscriptum, quantum possessum: de qua in. l. prima. §. hoc interdictum. ff. de itine. actuque priua. & ibi per Bartol. & per doctores in cap. auditis de præscriptionibus, sequeretur, quod non attẽderetur, vtrum pater solus, vel auus & pater extitissent in quasi poss. exemptionis quantum ad pos. localem: sed tantum inspiceretur an illo solo loco, vbi habitauerunt & domicilium habuerunt, fuerunt in quasi pos. & non in alio. & isto casu nimirum si obtinerent, & manu tenerentur in eo solo loco, & alibi, ex supra dicta regula tantum præscriptum, quantum possess. sed metiri ex numero personarum, quæ fuerunt in quasi possessio. ius quantum ad locum, vt si probet de se & patre & auo, manu teneatur & obtineat in pos. generali: si verò de se & patre solum in pos. locali illius loci, non videtur procedere de iure communi, & ita fatendum videtur, quod in hoc, ius istius pragmaticæ sit mere positiuum, & arbitrarium. Articuli in possess. locali nũquam fiũt, nam nemo est, qui tam debile ius prætendat, sententia verò formatur, vt in poss. generali hoc excepto, quod dicitur in ea [que se le guarde la posseſion, en aquel lugar do ha viuido solamente, y no en otro: in pos. vero generali sentẽtia formatur per ista verba.

5

6 En el pleyto que es. &c. Fallamos q̃ el dicho fulano y su procurador en su nombre prouo bien y cumplidamente su intencion y demanda: conuiene a saber el y el dicho su padre y abuelo auer estado y estar en possess. vel quasi de hombres hijos dalgo de

Universidad de Deusto
Biblioteca

no pechar.&c. vt in ſententia proprietatis,y abaxo dize: porende que deuemos condemnar y condemnamos al dicho concejo.&c.y a todos los concejos de todas las ciudades villas y lugares deſtos Reynos.&c.Y al fin dize y reſeruamos el derecho de la propriedad a ſaluo a cada vna delas partes.&c.

SVMMARIVM
Ex capite ſequenti.

1 *QVo iure poſsit ferri ſententia in poſſeſſ. in fauorem particularis cum ex parte principis ſit fundatum ius proprietatis.*
2 *Cauſa proprietatis abſorbet cauſam poſſeſſ. etiam quando proprietas fundatur à iure ſine partium probatione?*
3 *An textus in cap. cum eccleſia ſutrina aduerſetur diſpoſitioni pragmaticæ Cordubenſi, & de illius intellectu & limitatione?*
4 *Iudicium ex parte actoris metitur.*
5 *An particularis ſuccumbens in poſſ. poſsit ad iudicium proprietatis redire.*
6 *An in ciuitatibus, uel locis liberis à tributorum ſolutione poſsit quæri quaſi poſſeſſio immunitatis.*
7 *An in ciuitatibus, uel locis, in quibus non eſt diſtinctio nobilium & ignobilium ex eo, quod omnes præſtãt tributa, poſsit quæri quaſi poſſeſſio?*
8 *Triplici reſpectu poſſunt iſtæ cauſæ tractari in locis tributarijs.*
9 *De intellectu & practica l. 14. titulo quarto libro quarto ordinamen.*
10 *An poſsit imputari Fiſcalibus culpa circa obſeruantiam l. Bæticæ. & de ipſius derogatione, & uſu, & ratione?*
11 *Sententiæ nobilitatis quæ in perſonis prouinciæ Bæticæ feruntur ſemper referuntur ad uſum locorum & prouinciæ.*
12 *Quo remedio Fiſcalis uti debeat aduerſus eos, qui obtinuerunt in his cauſis in prouincia Bætica.*

AN IVRE POSSIT IN his cauſis ferri ſententia in poſſe. in fauore particularis: & de acquiſitione poſſ. in locis liberis,& omnino tributarijs, & de intellectu ratione,& obſeruantia l. Bæticæ.

CAP. IIII.

SED Circa iſtam partem in qua diximus de probatione, & articulis, & ſententia in poſſe. poteſt dubitari, quomodo poſsit ferri ſentẽtia in poſ. cũ ex parte Fiſcalis, & cõmunitatum ſit fundata Principis intentio in proprietate tam per ius commune,quàm per. ll. & pragmaticas Regni, & ambæ partes videantur deduxiſſe in iudicio omne ius ſuum: vt in.l. ſolemus. ff.de iud. & in.l.& an eandem. §.actiones.ff.de except.rei iudic.& in.c.cum eccleſia ſutrina de cauſ. poſſeſſ. & proprie.& per conſequens,etiam ſi particularis doceat de poſſ.debet ſuccumbere,cum ex parte Principalis ſit fundata intẽtio in proprietate.Cuius cauſa abſorbet cauſam poſſeſſ. vt in dict. c.cum eccleſia ſutrina.vbi etiam ſi clerici probauerunt ſufficienter ſuam quaſi poſſeſs.ſcilicet,ſe interfuiſſe electionibus trium Epiſcoporum, & per hoc potuerunt obtinere in poſs.quia tamen per ſtatuta Canonica, & ius cõmune cõſtabat ius eligendi Epiſcopũ, ad ſolos Canonicos ſpectare, & hoc erat ius proprietatis deductum ex parte reorum, quod natura ſua abſorbet cauſam poſs.lata fuit ſentẽtia per quã ipſi Canonici fuerũt abſoluti, & ipſis clericis fuit impoſitum perpetuum ſilentium.Subdit tex. rationem in deciſione:quia cum regula ſit, quod actore non probante reus (& ſi nihil præſtiterit) ſit abſoluendus, & ipſi clerici non

non probauerint in proprietate, ipſi Canonici etiam nihil probando fuerunt abſoluendi ex eo ſolo, quod per ſtatura Canonica,& ius commune habebant fundatam intentionem quantum ad ius proprietatis in electione. Sic videtur eodem iure & ratione dicendum, quod cum ex parte Principis ſit fundata intentio per leges, & pragmaticas,& per ius cõmune:quantum ad ius proprietatis in tributis & contributionibus, quod ius ex parte ſua per Fiſcalem eſt in iudicium deductum: & ex natura ſua abſorbeat cauſam poſſ. quod ipſe Fiſcus & communitates ſint abſoluendæ eo ipſo, quod ex parte particularis non probatur petitorium per titulum ſufficiẽtem, vel præſcriptionem immemorialem. Nec excluditur iſta ratio, ſi aliquis dicat quod eo ipſo, quod per particularem ſuſpẽditur ſemper petitorium, & proſequitur poſſ. poteſt ſententia ferri in poſſ.Sed in dict.capit.cum eccleſia ex parte clericorum non fuit ſuſpenſum ius petitorij, ſed vtrumque ſimul & poſſ.& proprietatis eſt deductũ: ideo nimirum ſi petitorium abſorbeat poſſeſſorium:quia ille textus non fundat deciſionem ſuam in hoc: ſed ſolum in eo, quod clerici non probauerunt in proprietate,& quod ex parte Canonicorum erat fundatũ ius in eo, quod abſorbet cauſam poſſ.Certè non videtur parua difficultas ſtando in terminis iuris communis, & ego neſcirem reſpondere niſi alterum de tribus. Pri
3 mum,quod diſpoſitio illius capi. non habeat locum in noſtra materia,ex eo quod in his cauſis nobilitatis per ipſas leges & pragmaticas determinatum eſt tempus certum, cum qualitatibus certis,per quod probando quaſi poſſ. ſeu immunitatem præſcribatur contra Principem ius illud quaſi poſſe. & in eo defẽdatur & manu teneatur particularis:non obſtante, quod per eaſdem leges & pragmaticas,& ius commune ipſe Princeps habeat fundatum ius in proprietate, quia ipſe princeps vult iſto caſu particularem præferri ſibi in poſſ.& iſta reſponſio poteſt adiuuari ex vna clauſula illius text. in qua dicitur,quod illi clerici licet probauiſſent quaſi poſſe. per hoc,quod tribus electiõibus proximis interueniſſent: non tamen ex eo propter breuitatem temporis ius aliquod præſcriptionis acquiſierunt:at in noſtro caſu per quaſi poſſeſſ 20.annorum trium perſonarum, acquiritur ius poſſeſsio. nimirum, ſi ſententia poſsit in eo fundari non obſtante, quod ius proprietatis ſimpliciter & abſolutè ſit fundatum ex parte principis:nã ipſe ex certa ſciẽtia & diſpoſitione defert iſto caſu iuri poſſe. & patitur & tolerat, quod non abſorbeatur à iure proprietatis præſumpto, & fundato per ius commune & leges, & pragmaticas. Itaque ſit hoc ius mere poſitiuum, & nouum, vel aliter & ſecundo, quod diſpoſitio. d.c.habeat locum,præterquam quando ex parte prætendentis, & probantis poſſ.prætenditur aliquis titulus,nã iſto caſu licèt plenè non conſtet de titulo,nec de eius qualitae, etiã ſi poſſ. ſit contra ius commune, iudex poteſt

pronuntiare in posse. reseruato petit. vt est textus singularis & fortè vnicus secundum Abb. ibi nume. 8. in. c. cum venissent de instit. & ibi Ant. & Ioan. de Imol. multum commendat & Alexand. consil. 219. in sexto volumine consi. qui bene loquitur. Idem notat Philippus Franc. summè commendando in ca. cum personæ, de priuilegijs in. 6. vbi etiam videtur casus, & ista est vna singularis euasio, quæ attè to iure communi potest dari per dictum textum in dict. capit. cum venissent: de quo infra latius dicemus. Superior verò est scrupulosa, dum in ea fatemur hoc ius esse mere peculiare positiuum & nouũ in his causis. Vel aliter & tertio potest dici, quod in. d. c. cum ecclesia, illi clerici intentarunt simul peti. & poss. & nunquam suspenderunt petito. quo casu, cum non probauerunt in eo, nimirum si succumbant constando de iure proprietatis ex parte Canonicorum: in nostra vero materia (vt dictum est) semper suspẽditur vt patet, & licèt ex parte principis per viam exceptionis deducatur ius petitorij, in quo habet fundatam intentionem, tamen quia particularis fuit actor, & qui prouocauit, tantum consideratur ius posse. ex parte sua deductum, quod prosequitur suspenso petito. & non consideratur ius petito. de quo excipitur per Fiscalem: quia regula iuris est, quod iudicium ex parte
4 actoris & ex eius petitione metitur: vt in. l. prima. §. primo. ff. si pars hæredi. & in. l. si pœnæ causa § primo ff de condi. inde. & in. l. res alienas. C. de rei vendic. Est etiam circa istam partem examinandus articulus in facto frequens, & quotidianus, qui licèt prima facie videatur facilis, apud me tamen difficilem habet sententiam, & est maximæ importantiæ, & Cæsaris nostri patrimonio, & communitatibus valde præiudicialis. Is scilicet, an lata sententia in iudicio possessorio in fauorem fisci, & cõmunitatis particularis, qui succubuit in iudicio possessorio, possit redire ad iudicium proprietatis, & obtinere in eo. Circa quod duo videntur examinanda. Primum, an detur regressus particulari ad iudicium petitorium. Secũdum an possit in eo obtinere. Et quo ad primum videtur facile respondẽdum, quòd possit sine dubio mouere iudicium proprietatis, etiam si in posse. sucubuerit, cùm nihil habeat commune causa possess. cum proprieta. vt in vulga. §. nihil commune. Qua ratione sicut non denegatur interdictum vti possidetis ei, qui cepit rem vendicare, vt ibi dicitur, ita non denegatur rei vendicatio ei qui egit possessorio, vt singu. dicit text. in. l. & an eandem. §. fina. ff. de except. rei iud. vbi in terminis videtur casus huius quæstionis. Dicit enim ibi textus quod is qui succubuit in possessorio non prohibetur mouere petitorium, nec excluditur ex actione rei iudicatæ: quia absolutoria lata in possessorio nõ obstat agẽti petitorio, vt ibi dicitur, & latè tenet Bartol. & prosequuntur Docto. in dict. §. nihil commune maximè Ias. nume. 52 & Docto. in. l. ordinarij C. de rei vendic. &in.

& in. l. incerti de interdi. Paul. & Docto. in. l. si de vi. ff. de iudic. Cano. in capitu. cùm ecclesia de caus. possess. & prop. cum ergo distincta sit, & prorsus separata causa possessorij. & propri. indubitabilis videtur articulus hic, de quo agimus, & indubitanter videtur dicendum particularem, qui succubuit in possessorio. posse intentare interdictum proprie, maximè in his nobilitatis causis, in quibus communiter, & fere semper suspenditur in ipso libello proprietatis causa, & solum prosequitur possessorium, vt est notissimum. Quo casu nulla prorsus videtur dubitatio, cum actor ex cuius persona metitur iudicium vt in. l. prima. §. fina. ff. si pars hæredi. peta. solum prosequutus sit possess. suspenso petitorio. Quare de possessione dumtaxat potuit & debuit iudex pronunciare, vt in. l. de qua re. ff. de iudi. cum alijs. aliàs non esset sententia conformis libello contra iuris vulgata principia, & per consequens causa proprietatis, de qua iudex non cognouit, potest finito possessiorio iudicio per tractari. Eo præcipuè quia, & si iuris dispotio cessaret, ad plurimum tamen in fine sententiæ, quæ profertur in possess. reseruatur partibus ius ad proprietatem, exqua iudicum reseruatione clarius ipsa iuris dispositio declaratur, & vbi illa cessaret, ipsa iudicum reseruatio sufficiens esset secundum tradita per Doctores, maximè per Ias. in. l. si quis legauerit. ff. de leg. primo.

Hæ sunt adeò clarę, fortes, & notæ iuris rationes, vt superfluum sit alias in hanc partem adducere, & difficile videatur in contrariam partem aliquas inuenire. Nihilominus tamen sunt plures maximè considerabiles & iuridicæ. Quarum prima est, quia licèt ex parte actoris sit suspensum petitorium, ex parte tamen fisci, & communitatis per viam exceptionis est deductum, & cum ex natura sua petitorium absorbeat causam possess. vt supra proximè dictum est: videtur quòd non possit particularis victus in possess. petitorium intentare, maximè si de eo actum est ex parte reorum. l. si autem. §. finali. ff. de nego. gest. & in. l. quod in diem. §. primo. ff. de compen. Item quia licèt regulariter sententia absolutoria lata in possessorio non pariat exceptionem rei iudicatæ in petitorio: vt in dicta. l. & an eandem. §. finali. & per Doctores in dicto. §. nihil commune, tamen quando iudicium possess. habet annexam causam proprietatis, isto casu absolutoria lata in possessorio parit exceptionem rei iudica. in petito. secundum Bartol. & magis communes Doctores in dicto. §. nihil commune vbi Ias. numero. 54. sed ista causa nobilitatis videtur habere causam proprietatis annexam possessor. cùm sit causa, status ergo in ea videtur quod sententia absolutoria in fauorem Fisci lata pariat exceptionem rei iudicatæ in petito. & per consequens impediat iudicium inchoari. Prętera in eandem partem facit, quia quando à reo excipitur de proprietate,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tate, & ab eo probatur dominium, isto casu sententia potest ferri in petitorio in fauorem rei, vt est optimus casus vbi Baldus & Iason, numero secundo in. l. sed si possessori. §. si petitor, aliàs est. l. sed & si possessori in principio, versiculo proinde. ff. de iureiuran. Doctores tamen eam legunt in dict § si petitor. Imola & cano. contra Hostiens. in capit. ex conquæstione de restitutione spoliatorum. Baldus in. l. finali. C. de fideicom. liber. & in. l. prima. C. vti possid. Bartol. & Doctores in. l. sin autem. §. finali. ff. de nego. gestis. Baldus in. l. ordinarij. C. de rei vendicatione. sed in his nobilitatis causis ex parte Fisci & communitatis excipitur de proprietate, & est fundata intentio Fisci à iure, ergo si Fiscus eam probet, cum isto casu sententia possit & debeat in petitorio à Fisco deducto per viam exceptionis ferri, per cõsequens nullo modo remanet ad illud regressus particulari, eo quod super eo iam pronuntiatum fuerit.

Item quando agitur interdicto vti possid. ad solam turbationem, & excipitur de dominio statim probando, isto casu talis exceptio admittitur secundum magis communem conclu. in dicto. §. nihil commune, de quibus per Ias. & Socin. ibidem. sed quando particularis egit poss. oppositum fuit illi de proprietate per Fiscum, & communitatem, & quia ipse non probauit, & ex parte Fisci erat fundata principis intentio, ipse particularis succubuit mediâte exceptione dominij opposita: ergo amplius ad causam proprietatis redire non potest. & obstabit illi exceptio rei iudicatæ & dominij per rem iudicatã declarati statim probati, vt notorium ex sententia.

Facit etiam in hanc partem talis consideratio. Ad obtinendum in proprietate in his causis nobilitatis, necessaria est possessio trium personarum: actoris, patris, & aui, vt patet ex legibus ordinamenti, & ex pragmaticis sæpius in hoc opere citatis. Sed impossibile est, quòd is, qui succubuit in possessor. possit de omnibus tribus probare. Ergo frustra admittiretur ad iudicium proprietatis, in quo necessariò debet succumbere, & per consequens non est vllo modo admittendus. Et istis forsan rationibus pragmatica Cordubensis, quæ posuit formam probandi, & iudicandi in his causis tam in possess. quàm in petitor. licèt reseruet Cæsaris procuratori, & communitatibus ius ad proprietatem quando particularis obtinuit in possess. nunquam tamen reseruauit particulari quando succumbit. Et (vt ingenuè loquar) fateor me non vidisse in prætorio Granatẽsi toto tempore, quo ibi Cæsari seruiui, iudicium petitorium intentatum ab eo qui in possessione succubuisset. Quare non parum admiratus fui quando in hac Pintiana Cãcellaria prima vice hoc vidi attentari. Sed multò magis quando rursum, & sæpè hoc sine discrimine admitti ab auditoribus intellexi, quod an iure fiat apud me & fuit, & nunc est valde ambiguum ex rationibus supradictis. In ea tamen ambiguitate tres considero pro articulire solutione cõclusiones. Prima sit quando ex parte fisci per viam exceptionis (vt semper fit) oppositum est de dominio, & proprietate, & vltra iuris præsumptionem factæ sunt probationes contra particularem, ex quibus non solum fiscus absolutus est, verum ipse particularis condemnatus, & declaratus plebeius, & tributarius. Isto casu proculdubiò, crederem talem particularem nullatenus posse in dicium proprietatis mouere, cùm actum sit de illo, & pronunciatum, quod iure fieri potuit vt in dicta. l. sed & si possessori. §. item si petitor. ff. de iur. iur. & ibi latè per Ias. numero. 3. isto enim casu finitum est per sententiam vtriunque iudicium cùm proprietatis causa, de qua per viam exceptionis tractatum est, absorbuerit causam possess. & omne ius petitorij etiã si ab actore suspensum sit.

Secunda conclusio, quando ex parte Fisci nihil fuit probatum: attamen iudices in sententia, vel sententijs expressè reseruauerunt partibus ius proprietatis, isto casu tam ex reseruatione, quàm ex iuris dubia expositione admitterem particularem victum in possessio. ad causam proprietatis ex rationibus pro prima parte adductis, maximè si sententia simpliciter fuit absolutoria.

Tertia conclusio, quando particularis victus est in causa possessio. ab eo prosequuta & Fiscus, & communitas absoluti sunt, & in sententia non fuit reseruatum ius proprietatis, nec declaratus est particularis plebeius: sed simpliciter condemnatus ad tributa, isto casu mihi maximè dubia est decisio propter rationes pro vtraque parte adductas, quæ me modò in vnam, modò in alteram sententiam videntur inclinare. Sed certè nisi causæ merita, & circunstantiæ aliquæ particulares, ex parte particularis subessent, quæ me ad proprietatis regressum admittendum mouerent, fortasse quia causa possessionis fuisset ambigua, procliuior essem ad denegandum aditum ad petito. Cùm difficile, & ferè impossibile mihi videatur illum, qui in possessione facilè succubuit obtinere posse in proprietate etiam si falsis, & corruptis testibus adductis titulum, hoc est, solar nitatur probare. Quod in similibus casibus iam sæpe fieri vidi. Non nego, quin isthæc conclusio dubia sit, & forsan alijs maioris authoritatis, & literaturæ viris contraria sententia magis placeat. Quorum iudicio facilè cedam si vel mediocrem iuris rationem ab ipsis intellexero. Licèt iam in articulo isto opinio hic mea in facto recepta sit.

Quo ad secundum huius quæstionis articulum, quo quæritur dato quòd admittatur iudicium petitorium ab eo, qui succubuit in possessio. an poterit in illo obtinere. Dubium facit vna ex rationibus supradictis scilicet, quia cum secundum leges ordinamenti & pragmaticarum

tum de Cordoua, ad obtinendum in proprietate necessaria sit possessio trium personarum: scilicet, actoris, patris, & aui, & in possessorio iudicio particularis succubuerit, videtur impossibile posse in petitorio obtinere. Sed dicendum est, quod si in iudicio possessor. succubuit ex eo quod non potuit probare possessorio patris, & nunc in iudicio proprietatis doceret titulum nobilitatis, scilicet, [Carta executoria de su abuelo buena y verdadera, y legitimamente librada, [etiam si non probet possessionem patris: nihilominus in proprietate obtinebit, ex his quæ latè dixi supra capitulo sexto, tertiæ partis, numero septimo & octauo. Et idem esset, si bonis & legitimis testibus vel instrumentis ostenderet nobilitatem aui, & proaui putà, [ser illustres, o caualleros, o hijos dalgo notorios de solar conocido]. Nam isto casu etiam si pater ignoranter vel scienter agnouisset, & soluisset tributa propter quod succubuisset in iudicio possessorio. Nihilominus posset obtinere in petitorio vt eodem capitulo sexto latius probaui. Si verò in iudicio possessorio succubuisset, eo quòd ipsemet actor agnouisset & soluisset scienter tributa, isto casu est maximum dubium, an possit obtinere in proprietate. Cùm ex culpa propria ipse sibi præiudicauerit respectu propriæ personæ, & licèt de iure communi nonnulli ex aduocatis huius Cancellariæ nitantur defendere, hunc posse obtinere in proprietate, si minori quam triginta annorum tempore soluit tributa argumento eorum, quæ singula tradit Cassanæus consilio sexagesimoquarto, per totum. & Guido Decisione quadringentesima octuagesimaseptima, aliàs tricentesima nonagesimasecunda, vbi singul. loquitur in proposito, ante quos etiam tetigit Alexander consilio centesimo nonagesimo tertio, incipiente. Ex themate. in quarto dubio columna penultima. De iure tamen regio stante dispositione pragmaticarum, quæ (vt dixi) pacificam possessionem omnium trium personarum requirunt, ad obtinendum in proprietate, dubitabile videtur valde. Et quia ad præsens iste articulus in facto pendet, in causa cuiusdam Bartholomæi de Brizuela incolæ de Cañas cum Cæsaris Fiscale, & communitate ciuitatis de Najara, cuius causa propter huius articuli, & aliorum difficultatem à primis iudicibus ad secundæ aulæ iudices remissa est, inter quos me meam oportebit præstare sententiam, nunc eam non insinuabo, sed curiosis, & consultis viris illum decidendum relinquo. Et per ista iudicio meo restat mediocriter tactus iste articulus: sed pro ipsius perfecta examinatione restant inuestiganda duo.

6 Primum, an in locis ex priuilegio, vel consuetudine liberis & exemptis, [como es Toledo, Valladolid, Granada y su Reyno, y Simancas y otros tales,] possit probari quasi possessio nobilitatis, & quid profit ipsius probatio, cum incolæ talium locorum habeant

habeant ex consuetudine, vel priuilegio id, quod per sententiam possunt prætendere, & (vt dicitur) frustra precibus impetratur, &c.

Nec ista quæstio est illa eadem) quã examinauit supra capitulo octauo tertiæ partis. numero septimo. ibi enim agitur quando quis vult seruare ex quasi possessio. patris vel aui. vel suà habita in locis liberis ex sola reputatione nobilitatis. hic verò an quis possit inchoare quasi possessionem in talibus locis, quod aliquantulum diuersum videtur, licèt ibi dicta huic quoque quæstioni possint conuenire. Et videtur, quod in talibus locis non possit de hoc tractari per viam iudicij ordinarij ex eo, quia cum ad introductionem huius iudicij in his causis requiratur inquietatio, vt supra dictum est, & testimonium pignoris realis ad ostendendum de tali inquietatione, vt in pragmatica cauetur. Et ista inquietatio, nec testimonium pignoris pro tributis non 7 possit dari in talibus locis liberis, & exemptis: ergo non potest fundari iudicium, nec sequi probatio. & hoc adeò verum est, & clarum, quod non potest negari: & ideo habitantes in talibus locis recurrunt ad conseruandum ius nobilitatis ad remedium subsidiarium, scilicet, ad probationes ad perpetuam rei memoriam: de quibus infra suo loco diecmus: sed dubium hoc potest deduci eo casu, quo aliquis habitet in loco non libero, & ibi inquietetur, velit tamen probare de patre & auo, qui habitauerunt in locis exemptis, & liberis à tributis, an isto casu talis probatio proficiat illi ad obtinendum in possessi. & crederem, quod non, clara ratione: tum quia vbi non potest dari quasi possessio, nõ potest probari, sed in talibus locis non est dare quasi possessio nobilium distinctam à plebeis & ignobilibus saltem in contributionibus: quia omnes indifferenter gaudent immunitate: ergo nõ potest probari. Item quia vt supra sæpe dictum est, in præscribenda libertate, vel immunitate tam in proprie, quàm in possess. requiritur contradictio, & à tempore cõtradictionis incipit quasi possess. vt per glossam allega. l. qui luminibus. ff. de seru. vrba. prædio. cum alijs, quæ dicta sunt, ergo his solis rationibus ostenditur possess. patris, & aui in his locis non posse suffragari nepoti, nec ad propri. nec ad possess. nisi secundum distinctionem quam posui supra ca. 8. 3. part. nume. 7.

Secundum dubium est oppositum huic, scilicet, an possit tractari causa ista nobilitatis respectu proprietatis, vel possess. in locis, qui consuetudine, vel priuilegio sunt tributarij respectu omnium tam nobiliũ, quàm ignobilium, como son todos los pueblos del Anduzia adonde se guarda el fuero, y la ley del Rey Don Iuan, y en todos los lugares de Behetria, donde no pueden biuir hidalgos, o ya que biuẽ hã de pechar, y en otros dõde por priuilegio particular todos pechã: como son el Espinar de Segouia, y Villa Castin, y Belmõte, y otros. Et in hoc dubio,

bio, si attẽdamus ad practicá & vsum facile respondebitur, quod pòtest in his locis, & similibus tractari de iure nobilitatis, & immunitatis: quia videmus, quod bona pars litium, quæ tractantur in hac Cancellaria: est ciuium incolarum talium locorum: ergo non est amplius disputãdum de causa, cum constet de effectu & vsu quotidiano.

8 Sed quia effectus deriuantur à sua causa sicut à principio, & vsus, & stylus non est præsumendus contra iuris regulas: aduertẽdum est, quod in his locis consuetudine, vel priuilegio tributarijs possunt tractari istæ causæ triplici respectu, vel fine vno, ad conseruandum tantum ius merum nobilitatis in aliquibus actibus citra vel extra contributiones, quales possunt esse, [officios que se dan solamente a hijos dalgo, como varas de hermãdad, regimiẽtos, procuracion de cortes,] & his similia. & isto casu nulli dubium nisi, quod tales causæ possũt tractari, quia sunt distinctæ à causis tributorum, & in illis est constituta differentia in talibus locis inter nobiles & plebeios, imò licèt tales causæ nitantur in iure nobilitatis, ipsarum cognitio non est reseruata, [a los Alcaldes de hijos dalgo,] sed possunt tractari coram quibuscunque iudicibus vt supra dictum est.

Alio & secundo respectu potest in his locis tractari de iure nobilitatis, scilicet, quando particularis prætendit se declarari nobilem, nõ ad effectum excusandi se à tributis in illis locis, cũ nullus etiam nobilis excusetur: sed ad declarationem iuris sui in perpetuum quia forsan ipse, vel eius filij, vel descẽdentes mutabunt domicilium aliquá do, & transferent illud ad locũ, vbi est distinctio nobilium, & ignobilium, & ignobiles soluunt: nobiles verò nõn, vt est ordinarium in toto regno fere. Et in isto casu potest esse dubium non leue, vtrùm possit tractari iudicium hoc, & ego (saluo meliori iudicio) crederem, quod non, & hac vna sola ratione meo sufficienti, scilicet, quia non possunt docere de inquietatione & molestatione, nec ostendere sufficiens testimonium capturæ pignoris: quia cum in talibus locis de communi consuetudine, foro leg. vel priuilegio omnes pariformiter nobiles & ignobiles teneantur ad contributiones, nemo potest dicere se inquietari ratione suæ nobilitatis, cùm non exigatur ab eo collecta seu tributum ex eo, quod sit ignobilis, quem appellamus pechero, sed solum ex cõsuetudine foro, vel lege, vel priuilegio, & sic non inquietatur ratione sanguinis: & per consequens etiam si ostendat testimonium pignoris sibi accepti pro tributis, non prodest: quia illud pignus non capitur ab eo, [por pecho de pechero como se requiere sino por razõ de la costumbre, o fuero, o ley, o priuilegio:] ideò non benè faciunt aliquá do [los Alcaldes de hijos dalgo que admiten por testimonio bastante de prẽda el que se trae de lugares donde todos pechan.] Imò nec essent admittenda testimonia quæ ab ijs, qui habent domicilium in talibus locis tributarijs, procurantur (ad cautelam fundandi iudicium) in locis circumuicinis nõ tributarijs, & ego semper his contradixi, licèt nunquam vel raro obtinuerim, maximè, [en el pleyto de Hernando Daraque, y Francisco Pacheco vezinos de Belmonte, que para poder fundar pleyto, procuraron que les sacassen prendas en vnas aldeas vezinas, por razon que como he dicho en Belmonte todos pechan:] verum tamẽ est, prout supra dixi, quod ista cautela est licita secundũ opinionem Bald. in authen. si quis. C. de testib. secunda columna, & ferè semper admittuntur talia testimonia, etiam si verisimile sit, quòd sint procurata: itaque hoc secũdo casu credo, quod nõ possint de iure fundare istud iudicium ratione dicta. Sed solum poterunt facere probationes ad perpetuã rei memoriam, ad conseruationem iuris sui, vt infra suo loco dicetur.

9 Alio & tertio respectu potest in his locis tractari de iure nobilitatis, etiam quãtum ad præsentem excusationem tributorum: & si dicatur, quomodo cum omnes indifferenter, etiam nobiles teneãtur? Respõdeo, quod licèt fere in tota prouincia Bætica, sit à principio recepta, & executioni mandata lex dñi Regis Ioannis, de qua in libro 4. ordinam. titulo. 4. de los escusados: quæ est. 14. in ordine: adeò, vt ex vsu ipsius, se haya introduzido nombre de fuero de Andaluzia, vt patet, tamẽ postea ex aliquo retro tempore in multis, & fere in omnibus ciuitatibus, & oppidis huius prouinciæ Bæticæ introductum est ius quoddam ad excusandos nobiles à contributionibus per modum cuiusdam refactionis, quæ fit hoc modo, & vt melius percipiatur, subijcio formam vulgari sermone.

Considerando en los lugares principales del Andaluzia: como en Sevilla, Cordoua, Baeça, Vbeda, Iaen, Ecija, y los de mas que la ley del Señor Rey Don Iuan, y el vso y obseruancia della, hauia sido introduzida en tiempo de las guerras, quando la Prouincia, o mucha parte della era de Moros, o tenia fronteras de Moros: y por la necesidad de los gastos para su defensa se tuuo por justo que pechassen y contribuyessen todos sin distinction: porque los hombres llanos pecheros no pudiẽdo suffrir los pechos dexauan los pueblos, y se yuan huyendo: y que en este tiempo, y por estas causas hauia sido justa y tolerable, y que agora por la bondad y misericordia de Dios hauian cessado estas causas, y necesidades, y no cessaua la ley, y vso della: y los nobles hijos dalgo y caualleros quedauan agrauiados, han procurado de remediarse, sin venir expressamente contra la ley, y costumbre desta forma, que hazen, que el seruicio y pechos que se pagaua a su Magestad, se heche en sisa, y que todos lleuen los mantenimientos con sisa: pero que a los que fueren hijos dalgo se les haga refacion, y restitucion de la sisa, o al cabo del año, o luego al tiempo que lleuan los mantenimientos: y por esta via se han buelto, y bueluen a differẽciar de los pecheros, a los quales no hazen refacion ninguna: y por

Universidad de Deusto
Biblioteca

esta via el que pretende, que es hijo dalgo pide que le hagan refacion de la sisa, y si no se la hazen, toma los mãtenimiẽtos con ella, y saca testimonio de como no se la quieren bolber, aun que lo requirio diziendo ser hijo dalgo: y con este testimonio parece delãte de los Alcaldes de hijos dalgo, y pone su demãda al concejo y Fiscal.] Isto tertio casu ego credo, quod nõ solum de communi stylo & vsu possint admitti tales petitiones, & tractari de his causis, verum de iure ex eo, quod data ista introductione faciendi refactionem nobilibus, iam datur differẽtia realis inter ipsos, & plebeios. Item datur inquietatio vera & realis, & testimoniũ capturæ pignoris verum & reale non procuratum, & pro ipsamet causa nobilitatis & munere tributorum. [y como concurra todo esto, diferencia real de pecheros y hidalgos, inquietacion verdadera y real al que pretẽde ser hijo dalgo, testimonio verdadero: y no procurado de prenda, y no por dezir que peche por el fuero, ni costumbre, sino porpechero:] nihil est, quòd impediat ingressum huius iudicij & causæ.

Et si dicatur, [que no le boluer la refacion, no parece prenda real, tal qual requiere la pragmatica. Respondeo, quod satis est, que virtual y essencialmẽte lo es: y por tal se tiene en derecho,] prout supra dixi. argumento text. in. §. interdum cum similibus, de rerum diuisi. Insti. & in. l. si rem. ff. de acquiren. possess.

10 Et si rursum dicatur, [que el Fiscal y los fiscales passados han sido negligentes en cõsentir, que por essa via se derogue a la ley y fuero del Andaluzia,] pro debito officij, possum multipliciter respondere. Primo, quòd ex eo nõ est sequutum nec sequitur præiudicium patrimonio Cæsaris ex eo, quòd illi semper soluuntur tributa, q̃ impartiuntur integra.

Ipsi ciuitatum decuriones & præsides quibus distribuendi seu partiendi tributa ius datũ est: viderint qua formaid agant: nam si minus iustè pauperibus prospiciunt eos graui contributionum onere grauãtes: vt eorum propinqui, affines, et amici iniuste exonerentur, vt (pro dolor) ferè semper fit, sperent Dei iram, & quod scriptum est, per Lucam capit. 11. Ve vobis legis peritis, & diuitibus, quia oneratis pauperes oneribus, quæ portare non possunt, & ipsi vos vno digito vestro non tangitis sarcinas: & rursum per Matthæum ca. 23. Alligant autem onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros pauperum: digito autem suo nolunt ea mouere, &c.

Item cum hoc ius refactionis tacite & paulatim velut alluuione quadam sit introductum in hac prouincia Bætica ad euasionem dictæ legis, hoc nõ potest imputari Cæsaris Fiscalibus: tũ quia nec ipsi possunt prohibere factũ ciuitatum, id est populi tacitum consensum, quo mediante inducitur consuetudo: quia illud ignorant, & si scissent non possent prohibere, tum etiã, quia consuetudinis vis & authoritas est supra legem, vt in. l. de quibus cum

sequentibus. ff. de legib. & ipse princeps, qui est l. viua. difficile posset obuiare consuetudini: quę introducitur: & difficilius tollere introductam, maxime isto casu, vbi videtur iusta & rationabilis, & reddit ad primæuum ius, quo erat distinctio nobilium & ignobilium, & fuit semper à mundi sæculo, vt dictum est. Quis enim indignetur, si lex illa domini Regis Ioann. quę propter tam arctam temporum necessitatem contra omnem æquitatis, & ciuilitatis legem, & rationem rigurose (vt fere sunt leges belli, & ad bellorum tempora ordinatæ) introduxit, vt nobiles, & illustres quos appellamus hijos dalgo y señores (quibus ab initio nostrę Hispanię propter suam singularem, & probatam fidelitatem & nobilitatem, & strenua armorum facta) datum est ex antiquissimo Hispaniæ foro, & Principum & regni consensu, vt ab onere tributorum sint immunes, & multis alijs nobilitatis priuilegijs gaudeant, in illorum temporum præsentaneam necessitatem contribuere tenerentur, sicut ignobiles, & infimæ classis homines: postea pacis serenitate redeũte regno fortiter & gloriose non solum defensato, verum singulariter augmentato Granatensi pulchertrima prouincia à Mauris feliciter expugnata, quæ octingentis plurib' annis à fide catholica & Hispaniæ corona fuerat infeliciter erepta, ius primæuum nobilitatis propriæ velut post liminio quodã restitutum sibi restituere procurauerint, cum facile, & ordinarium sit rem ad suam primam redire causam, & facilius ipsa cessante effectum quoque: maxime, vbi violenta necessitas (quæ lege caret) ipsam introduxit cõtra naturalem quandam, & ciuilem æquitatem, quæ vt dictum est, à mundi origine nobiles, & claros viros ab ignobilibus & obscuris virtute, honore, & gloria separauit: nam si Deus ipse ex his, quæ in veteri testamento pro temporis opportunitate & primi parentis culpę necessitate rigurose statuerat, nouo suo testamẽto multa immutauit & reuocauit, lege gratiæ & pacis per Iesu Christi domini nostri aduentum nobis restituta. Quid mirum si hominum leges ab his pro temporum necessitate rigurose inductas ipsi homines nitantur reuocare necessitate cessante, vt in simili dicit tex. in. ca. nõ debet, de consangui. & affini? quis enim non consentiat & iustum arbitretur, vt quod bellorum calamitas introduxit, hoc pacis lenitas sopiat? vt eleganter præfatur Iustinianus in principio. l. vnicæ. C. de caduc. tollen. indignissimum enim & crudele videretur, si ipsi nobiles, qui pro sui Regis & patriæ defensione & libertate se tributorum seruituti & oneri sponte subiecerunt, vitam, honores, & facultates bellorũ discriminibus deuouendo, reipublicæ potius, quàm proprijs commodis & honoribus prospiciendo, regno iã placato victoria gloriose parta in laborum & fidelitatis præmium nobilitatis fructibus (quibus pro tempore, velut precario, renuntiauerunt) manerent spoliati & defraudati, quòd nec

Universidad de Deusto
Biblioteca

naturalis,nec ciuilis ratio, nec Principes noſtri (quibus,vt dijs gratificationis, & iuſtitiæ munus proprium eſt,) vnquam patientur, ſed potius piè & iuſtè diſſimulare & tolerare, vt hi qui pro temporum tam arcta neceſsitate legem illam ſibi ipſis grauem, & quo dammodo iniurioſam ſponte recepe runt,nobilitati proprie interdici ſibi patientes, & eius fructibus ſuſpendi 11
conſentientes,tributorũ munera quę propria ſunt ignobilium ſuſcipiẽdo, primæuum ius ſuum vendicent,& antiquum titulum & honorem, vt quorum probitas & claritas à principio fuit à vulgi hominibus ſegregata, nunc etiam & ſemper ſit honoribus reſtituta.

Sed ne ex conſulto fiam declamator,ad thema noſtrum redeundo non video quid poſsit imputari Cæſaris noſtri, & Regum Fiſcalibus circa iſtius l.Bæticæ obſeruantiam, imò nec ipſis nobilibus qui in derogationem ipſius conantur libertatem & honorem primæuum redimere, & in antiquum ſtatum reſtitui, & ideo non indignabar, ſi aliquando à Cæſaris noſtri auditoribus in hac Cancellaria etiam contra meam prætẽſionem videbam in hoc articulo nobilibus aliquid deferri & faueri, & ſi ex officij mei munere viderer id ægrè laturus: exiſtimo enim me magis Cæſari deſeruire dum magis Deo rationi & æquitati defero.

Hoc itaque caſu poſſunt tractari iſtæ cauſæ corã iudicibus nobilitatis, qui appellantur Alcaldes de hijos dalgo, & per ſententiam conſequetur is, qui obtinuerit, vt ſibi fiat refactio illius impoſitionis liberè & pacificè tan quam nobili, & declarabitur nobilis in proprietate vel poſſeſſ. ſecundum quod ipſe probauerit, vt dictum eſt.

Vnum tamen eſt aduertendum, quòd ſemper in his locis vbi allegatur, vel probatur, [que ay el fuero y vſo de la ley de Andaluzia, ſiempre los juezes en las ſentencias dizen y mandan, que ſe les guarde la hidalguia y poſſeſſion della ſegun el vſo y coſtumbre de aquella ciudad o villa, y ſegun ſe guarda a los otros hijos dalgo della: y aſsi eſta proueydo que ſe haga por çedula de ſus Mageſtades: dirigida a los Alcaldes de hijos dalgo y oydores que eſta entre las ordenanças nueuamente impreſſas: que es da da en Seuilla, el año de mill y quiniẽtos y cinquenta y vno]folio. 42. Cuius verba libuit hic referre, quia ex illis, & Principis intentione & mente ibi inſinuata videntur confirmari & iuſtificari ea, quæ modo dixi circa obſeruantiam.l Bæticæ: verba autem huius ſchedulæ talia ſunt.

EL

EL REY.

ALCALDES De los hijos dalgo de la audiencia y Chancilleria que eſta y reſide en la nombrada, y grande ciudad de Granada. Por parte de algunas perſonas vezinos y moradores de algunas ciudades,villas y lugares del Andaluzia me fue fecha relació,que ellos ſon hijos dalgo de padre y abuelo,y de ſolar conocido,y tales que deuẽ gozar de las exẽptiones y libertades q̃ los otros hijos dalgo de eſtos Reynos gozan,y que en los lugares dõde biuen los prẽdan y empadronan,y hazen pechar y contribuyr,que me ſuplicauan, y pedian por merced mãdaſſe que les fueſſen guardadas las dichas exempciones y libertades, como a tales hijos dalgo deuian guardarſe, o que ſobre ello les proueyeſſemos, como la mi merced fueſſe: porende yo vos mando, que ſi ante voſotros pareſcieren las tales perſonas, vezinos y moradores en las dichas ciudades, o villas y lugares de la dicha Andaluzia, o de qualquier dellos ſiendo prendados, llamada y oyda la parte del procurador Fiſcal de eſſa audiencia, y procurador del conſejo de la tal ciudad, y villa,o lugares dõde las tales perſonas biuieren,y fuerẽ vezinos: y auida cũplida informacion de la coſtumbre que ſe tiene y ha tenido, y lo que ſe guarda,y ha guardado haſta aqui en las tales ciudades y villas y lugares a los otros hijos dalgo que en ella biuen, y han biuido y morado, y del fuero a que la tal ciudad villa y lugar fue poblado guardando las leyes y pragmaticas deſtos Reynos, que ſobre eſto diſponen, hagays y adminiſtreys entero cumplimiento de juſticia, ſin embargo de vna mi çedula, que mande dar para que ſobreſeyeſſedes en las dichas cauſas. E no fagades ende al. Fecha en Seuilla a veynte dias del mes de Iunio, de mill y quinientos y onze años. *Yo el Rey.* Por mandado de ſu Alteza Lope Conchillos: y en las eſpaldas eſtauan ocho firmas, y ſeñales, que pareſcian ſer de los ſeñores del conſejo.

Hæc ſunt verba huius Regiæ prouiſionis,ex quibus (vt ſupra dixi)ex ſciẽtia & patientia Principis videtur admiſſa, & iuſtificata derogatio dictæ.l. Bæticæ, & non vſus illius, & ſi quæratur quid ergo poteſt prodeſſe ſententia immunitatis his, qui obtinent, cũ per ſententiam ſolum ſibi cõcedatur, vt fruantur nobilitatis immunitate ſecundum vſum & cõſuetudinem illius ciuitatis, vel loci: nam aut ibi eſt vſus & conſuetudo, [que pechen todos hidalgos y pecheros, o que pechen ſolamente pecheros. Si pechan todos, y la ſentencia manda que ſegun el vſo de la tierra les guardẽ ſus libertades,] per ſentẽtiam nihil conſequuntur, [ſi no pechan mas de los pecheros,]iam ſumus extra caſum: de quo agimus, & nõ habebit ſentẽtia mentionẽ de vſu

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel consuetudine, ergo? Respódeo, q̃ sententia est magnæ vtilitatis & considerationis ex multis, primo, quia vt dixi, per illam declaratur hijo dalgo, quę declaratio facit ius cũ toto regno [y mudando el domicilio, o biuiẽda a qualquier parte del reyno q̃ no aya tal costumbre de pechar sera libre y esento el y sus hijos, y descendientes legitimos para siempre. Item que hauiendo en aquella ciudad, o villa cõ quien litigo el vso de hazer la refacion a algunos caualleros y hidalgos (como he dicho) se la han de hazer a el, aunq̃ no quieran: pues ha probado ser tal.

Item, que aunque no aya tal costumbre, ni se haga refacion a ninguno sino que absolutamente pechen todos hidalgos, y no hidalgos y no se haga refacion de sisa a ninguno en algunas ciudades y villas, y sin embargo de la costũbre vniuersal eximen de pechos y hazen refacion a los que lleuan cartas executorias, como en Ecija, y en Xerez, y en Carmona, y en otros pueblos a donde de hecho, o por costumbre, que van introduziendo, ex tacito populi consensu sin embargo, que en las sentencias, y cartas executorias se diga q̃ se guarde el vso dela tierra, los eximen de pechos, y les hazen refacion alos q̃ sacan cartas executorias.

12 Verum est, que en este caso ay vn remedio que queda al Fiscal, que es reclamar que no se guarda el tenor de la sententia, y carta executoria, y pedir prouision y sobre carta della, y q̃ vaya inserta la ley del Andaluzia: para que aquel peche sin embargo, que sea declarado por hijo dalgo: pues alli todos pechan: y si se respondiere, que la ley dl Andaluzia, alli no se guarda, ma yormente con los que han litigado, y sacado cartas executorias, aura lo de probar el que lo alega: y entretanto le haran pechar, y que no exceda del tenor de la sentencia, y carta executoria: & ita obtinui, en el pleyto de Hernand Arias de Saauedra, que saco carta executoria de hijo dalgo segun el vso, y costumbre de Seuilla, y Carmona: y queriendo indistinctamente gozar en Carmona sin embargo de la costumbre, y vso: se oppuso la villa a la executoria: diziendo, que alli todos pechauan, aunque fuessen hijos dalgo, y que la sentencia mandaua que se le guardasse la hidalguia segũ el vso de la tierra, y fuero del Andaluzia: y assi fue recebido a prueua el dicho Hernand Arias, sobre el vso contrario, y en el entretanto, no vsa de la executoria: & adhuc pendet lis. Et ista resolutio potest sumi, tam ex iure, quàm ex communi stylo, & practica huius Cancellariæ.

SVMMARIVM
Ex capite sequenti.

1 *In his nobilitatis seu immunitatis causis, cui incumbat onus probandi in proprietate, quando particularis obtinuit in possessione: y tiene carta executoria en possession.*
2 *Possidenti regulariter nõ incumbit onus probandi.*
3 *In iuribus incorporalibus, quasi possessio releuat ab onere probandi, etiam vbi ius commune repugnat possi. si agatur possessorio iudicio.*
4 *Quãdo primæuus status reclamat possidenti, quasi possessio non releuat ab onere probandi.*
5 *Quando ius aliquod non potest haberi sine priuilegio, quasi possessio illius iuris nõ releuat ab onere probãdi.*
6 *Quando*

6 *Quando quasi possidenti resistit ius cõmune, non releuat illum quasi possessio ab onere probandi.*
7 *Resolutur quæstio per conclusiones.*
8 *Quando quasi possessio nititur alicuius tituli præsumptione etiam si sit contra ius commune, releuat ab onere probandi.*
9 *In dubio contra Fiscum est iudicandum.*
10 *Quando ius non contradicit prosecutioni status, vel causæ, etiam si contradicat principio, releuat ab onere probandi.*
11 *Quando primæuus status non contradicit præcise, & absolute quasi possessioni, quasi possessio releuat ab onere probandi.*
12 *Quantum ad onus probandi potest assignari differentia inter quasi poss. rerum & personarum.*
13 *Ostendit Bart. opinionem & cõmunem difficiliter posse saluari.*
14 *Agitur de intellectu pragma. Corduben.*
15 *Qualitas personarum in his causis maximè est à iudicibus considerãda.*

IN HIS CAVSIS, CVI incumbat onus probandi quando particularis obtinuit in possessorio & agitur petitorio.

CAP. V.

SED Quæro de quæstione quotidiana, & difficili, in qua adhuc non est recepta certa sententia vel opinio, sed iudices tam huius Cãcellariæ quã Vallisoletanę sunt varij, nec interse satis cõueniunt, scilicet, an particularis qui habet [tres sentẽtias y carta executoria dellas en la possesion, y le ponen de manda en la propriedad,] releuetur ab onere probandi taliter, quod non probante Fiscali, vel communitate debeat pronuntiari nobilis in proprietate, vel succumbere, vel absolui. Et quia ista quæstio, vt dixi, est quotidiana, & difficilis, operæpretium erit

1 eam plenè examinare, quia quotidianum, & ordinarium est, vt finito iudicio possesso. per tres sententias Fiscalis, & communis incipiant iudicium proprietatis, & pro parte particularis, & quod releueturab onere probandi, faciunt rationes sequentes.

2 Prima est, quia secundum iuris regulas possidenti, vel quasi possidenti non incumbit onus probandi, vt in. §. commodum, insti. de interdict. & in. §. æquè si agat, versicul. quod genus de actio. & in. l final. C. de rei vendi. & in l. qui accusare. C. de eden. cum alijs.

3 Secunda, quia etiam in iuribus incorporalibus quasi pos. releuat ab onere probandi, vt in. l. sicuti. §. sed si quæratur. ff. si ser. vend. & in. l. 1. §. 1. vbi glo. magistra. ff. de itin. actuq̃ priua. & per Doctores in rub. de caus. possess. & propri. & in cap. cum ecclesia sutrina eodem titulo.

Tertia, quia in causis status, quibus quodammodo istæ causæ nobilitatis assimilantur quasi possess. ingenuitatis vel libertinitatis releuat ab onere probandi, vt in. l. circa, vbi bona gloss. & ordi. ff. de proba. & in. l. liberis. §. fi. ff. de libe. cau. & in. l sicut semel. vbi Bal. C. eodem tit. & in. l. 5. tit. 14. par. 3. & l. 27. tit. 14. par. 7.

Quarta ratio, quia si sententia, & res iudicata lata in pos. iudicio, non releuaret in his causis ab onere probandi, nulla, vel parua vtilitas remaneret ex sententia possessionis.

Item post sententiam, & rem iudicatam, fiscus & communis agit, & particularis est reus, & conuenitur: ergo

Universidad de Deusto
Biblioteca

actori incumbit onus probandi, vt supra dictum est, & actore non probante. &c. Quarto facit doctrina Pauli in l. sicuti. §. sed si quæratur. ff. si serui. vend. & Aluaro. & Isernia in capit. primo. & secunda column. de controuersia inter masculum, & fœminam de beneficio. vbi singulariter dicunt, quod etiam si res natura sua præsumatur libera, tamen si reperiatur in possessione emphyteusis: quia soluit emphyteusim alicui per duos, vel tres annos ex sola hac quasi possess. etiam si contradicat ius commune, si tamen agatur iudicio possess. tuebitur is, qui prætendit emphyteusim in possessi. idem dicunt Aluarotus, & Isern. in dicto. c. primo in re allodiali. facit optimus text. in capit. si quis de manso. si de inuesti. feudi. in vlib. feu. [a dõde se prueua, que el que se halla en possessiõ de mas tierra del manso, que es lo q̃ pueden arar vn par de bueyes: releuatur ab onere probandi, y ha de ser amparado en aquel incremento aunque la presumpcion sea, que no le dierõ mas en feudo del manso: y tambien, si bona reperiantur in possess. feudi: aũque secundum ius commune præsumantur allodialia & libera secundũ Bartol. in l. titiæ textores. ff. de legatis primo. nihilominus qui est in possessio. possidendi ea tanquam feudalia, in iudicio possess. defendendus est secũdum prædictos doctores.

4 Pro contraria parte faciunt duo, vel tria fundamenta non leuia. Primum facit glossa reputata singularis, & ordinaria, in dicta. l. sicuti. §. sed si quæratur, in dicta. l. sicuti. §. sed si quæratur, vbi iuncta textui dicit, quod licèt sit regula ordinaria, quòd quasi posse releuat ab onere probandi, vt dictum est, fallit tamen quando primæuus status rei contradicit, vt in casu illius textus. vbi licet ego habeam tigna immissa in domum vicini, & per hoc sim in quasi possess. seruitutis, nihilominus teneor probare titulum ipsius ea ratiõe, quia primus status rei contradicit mihi, cum omnis res ex natura sua præsumatur libera, vt in. l. altius. C. de serui. cum alijs. & cum ista doctrina transit Bart. Magistraliter. in. l. si prius, vbi etiam est gloss. similis. ff. de noui operis nuntia. & ibi latè Alexan. & Doctor. in varijs locis confirmantur ex. l. quinta titul. 14. part. 3. & l. 27. titul. 14. part. 7. vbi, quia seruituti contradicit primæuus status, etiã si seruus quasi possideatur à domino in figura serui. dominus debet ostendere titulum, vt supra dictum est.

5 Facit etiam, & secundo doctrina illa famosa Alexan. quæ fuit originalis Bald. in. l. titia. ff. solu. matri. vbi singulariter dicit Bald. quod quando status quem indicat præsens, possessio est talis, quę nõ potest haberi sine priuilegio: tunc quasi possess. illius non releuat ab onere probãdi: & illam doctrinam sequitur etiam Imola ibi: & illam eandẽ posuit idem Bald. in. l. secunda C. de serui. & aqua. & in. l. nõ ignorat C. qui accus. non posse. & idem voluit glo. singularis in. l. et si solennibus. C. de fide instru. vbi dicit, quod non potest dari quasi possess. illius, quod non potest haberi sine priuilegio cum eo ipso, quod allegatur, contradicit illi ius commune, & datur mala fides saltem præsumpta quam gloss. notat ibi Bald. & eam bene declarat Paulus de Castro ibi: & in isto casu expresse tenet Pala. Rubi. in rep. c. per vestras super text. folio. 83. in secunda colum. vbi per tex. in dicto cap. cum personæ & per alia iura affirmat, quod quasi possessio immunitatis non releuat generosum, vel prætendentem immunitatem ab onere probandi, & ita dicit seruari in practica: allegat text. singularem in. l. prima. C. de reis postu. libr. 11. & Archidiaconus, in. c. voluimus. 16. quæstione. 4. & Ancha. in dicto. c. cum personæ in. 11. nota. Abb. in cap. primo. 2. colum. vt lite penden. & in cap. cum venissent de instit. vbi est bonus tex. idem Abb. in cap. primo in fine. de restitu. spolia. Petrus Anthiboli in tractatu de muneribus. fol. 23. col. secunda.

6 Item, & tertio quando ius commune contradicit vel resistit poss. vel quasi tunc quasi posses. non iuuat, nec habet effect' possess. vt in. c. ad decimas de restit. spolia. libro sexto. & in. c. 1. de præscripti. libro sexto, & in. c. ex conquestione eodem titul. de restitu. spo. ergo cum omnes istæ tres rationes militent in nostro casu. quia primæuus status contradicit, eò quòd omnes debent soluere debita principi.

Item non potest haberi excusatio ab his sine titulo, hoc est sine priuilegio.

7 Item quasi possidẽti in his causis resistit ius commune, & leges & pragmaticæ huius regni, quo & quibus dispositum est, quod omnes agnoscant & soluant tributa, & collectas sine aliqua excusatione, cũ princeps habeat fundatam intentionem per ius commune, & per dictas leges, & pragmaticas: sequitur, quod talis sententia in possess. per quam datur quasi possess. immunitatis particulari, non releuat illum ab onere probandi in iudicio proprietatis.

Item facit alia noua consideratio, & vehemens: quia attẽto, quod pragmatica ista ad obtinendum in proprietate requirit longe maiorem probationem, quam in possess. vt supradictum est, & imponit onus probandi, [al que pretẽde ser hijo dalgo: y dize porque nos tenemos fundada nuestra intencion, &c. videtur, quod ipsimet particulari remaneat iniunctum onus probandi etiam isto casu, de quo agimus si vult obtinere in petitorio: nam quẽadmodum princeps habet fundatam intentionẽ respectu possessionis, quo usq; particularis probet, ita & respectu proprietatis.

Ex his non sine ratione ista quæstio redditur ambigua, & reputatur difficilis & scrupulosa, sed quantum ego potui inuestigare tam ex iuris rationibus, quam ex mente, & sententia eruditorum, & grauissimorum virorum, pro eius resolutione possunt fieri tres conclusiones, vel quatuor. Prima.

Quando post sententiam in possess. particularis in iudicio proprietatis cõtra ipsum intentato aliquid de nouo probat vltra id, quod probauerat in iudicio possess. & Fiscalis nihil, nec cõ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

munitas, isto casu sine dubio sententia ferenda erit pro eo in proprietate.

Secunda conclusio, quando in iudicio proprietatis Fiscalis vel communitas sufficienter probat contra illum, qui habet rem iudicatam in possess. proculdubio sententia ferenda est cõtra eum, y le han de declarar por pechero, siue aliquid probauerit in iudicio propri. siue nihil.

Tertia conclusio, quando in iudicio proprietatis, nec particularis aliquid probat vltra id, quod in possess. probauerat, nec contra eum aliquid probatur ex parte Fisci, vel communitatis, isto casu, qui est dubitatissimus, 8
saluo meliori iudicio, dicerem vnum de duobus, vel quod sit ferenda sententia absolutoria, vt sæpe fertur ex eo quod non liquet eum esse ignobilem, vt in simili, in causa libertatis dicit textus singularis in. l. diui. §. primo. ff. de liber. caus. ibi seruum illius non videri. & glossa. quæ eum allegat in dicta l. circa. ff. de probat. & in dicta. l. prima. §. primo. ff. de itiner. actuq; priua. Etsi quæratur, quis effectus possit oriri ex tali sententia absolutoria, qui non sit idem, ac si pronuntiaretur nobilis in proprieta. Respondeo, quod effectus est longe debilior, quia isto casu remanet ius proprietatis saluum, & reseruatum alteri cuilibet communitati præter illi, quæ egit, quod non esset si pronuntiaretur nobilis: quia isto casu tori regno faceret ius sententia. Ratio est, quia hic non fertur sentẽtia ex eo, quia probauit se nobilẽ, sed absolnitur ex eo, quod non est probatum contrarium argumento dictæ. l. diui. §. primo. ff. de liber. caus. & in. l. sed si possessori cum ibi traditis. ff. de iure iurando & notatorum. in. l. ingenuum. ff. de statu. ho.

Vel aliter, & secundo, quod particularis sit pronuntiandus nobilis, & immunis in proprietate & imponendum perpetuum silentium Fiscali, & communitatibus, & ista sententia potest iustificari ex textu singulari iũcta doctrina Abb. & Anto. ibi in capitu. cum venissent de institu. vbi singulariter disponitur, quod etiam si possessio sit contra ius commune, si tamen adiuuatur præsumptione alicuius tituli, vel æquitatis, is qui docet, vel est in possess. defendendus est in ea, vsquequo aduersa pars, quæ agit petitorio doceat de iure suo: & innuit vlterius, quod si non probatur in petitorio obtinebit in eo is, qui erat in posse. ita videtur dicendum in nostro casu, quod cum ex parte istius, qui prætendit immunitatẽ nobilitatis titulo possessio sua iuuetur aliqua tituli præsumptione ex sententia posse. resultante, & adiuuetur æquitate possess. etiam si ex parte Fisci intentatum sit petito. si nihil probatũ est, debet is particularis obtinere in eo, & declarari nobilis. & si dicatur, quod ista opinio videtur sine iuris fundamento ex eo, quod cum iste particularis in iudicio proprietatis nihil, vltra id, quod in possess. probauit, nunc probat, non videtur causa propter quam possit obtinere in proprietate ex eisdem actis. Quia respondeo, quod imo particularis habet maiorẽ pro-

robationem, quàm antea, etiam si nihil amplius probauerit ex eo, quod in iudicio petitorio altera pars nihil aduersus eum probauerit: quia pars probationis est, quando non probatur cõtra in nouo iudicio secundum quod tradit Hippoly. in rub. C. de probationibus.

Item facit alia consideratio, scilicet, quia pragmatica, de qua supra, quæ loquitur circa probationem, expresse videtur imponere onus probãdi in proprietate Fiscali, & communitatibus in quantum dicit, [que quando ouiere el particular probado lo que basta para la possession, le amparen en ella, y den sentencia en su fauor. & subdit, quedando toda via a saluo a la parte de nuestro Fiscal, y del concejo el derecho de la propriedad: non enim dicit, quedando a ambas partes: sino solamente al Fiscal y cõcejo] Ex quo videtur significari, quod onus probandi in iudicio proprietatis, finito iudicio poss. incumbat soli Fiscali & communitati, & quod altera pars nihil teneatur probare: facit enim, quia cum res sit dubia contra Fiscum pronuntiandum est. vt in. l. non puto. ff. de iure Fisci. & tenendo istam partem non obstant fundamenta in contrarium adducta, quia illud, quod dictum est, quod quando primæuus status, & origo rei vel personæ contradicit quasi poss. tunc quasi possess. non releuat ab onere probandi, habet locum quando possess. vel quasi non esset iustificata, vel titulata per sententiam, vt hic, quia isto casu quasi poss. vallata, & iu- 9
stificata per sententiam bene releuat. argumento notatorum in capit. licet causam. de proba. & in. l. si duo. ff. vti possideat. & in. l. iuste possidet. ff. de acquiren. possess. est enim magna authoritas rei iudi. quantum ad iustificandam possess. si enim particularis niteretur ex sola quasi poss. quam dicit habuisse ex longo tempore, non propterea esset releuandus, quia illa sua quasi possess. contradicit primæuo statui: ideo antequam feratur sententia, iuste per pragmaticas dispositum est, que peche en el entretanto: tamen quando iam docuit de ea, & per sententiam defenditur, & manu tenetur, isto casu videtur, quod talis quasi posse. roborata colore sentẽtię releuet ab one re probandi taliter, quod non probãdo in petitorio, Fiscus vel communitas sit declarandus nobilis in proprietate, & color, & præsumptio sententiæ hoc operetur. argumento text. in l. herennius. §. gaia. ff. de euict. & fere in nostro eodem proposito voluit notabiliter Bald. in. l. non ignorat tertia columna. vbi dixit, quod quando quasi possess. vallatur aliquo titulo, vel iusta causa releuat, licèt secus quando stat in mero facto. Vel aliter, & secundo, quod in nostro casu non sit admittendum, quod huic particulari cõtradicat primæuus status: nam licet omnes subditi Principis nascantur, cũ obligatione, & onere recognoscendi Principem, & soluendi tributa, & iste sit omnibus primæuus & originalis status: tamen ex post facto bene potuit mutari per immunitatem, vel nobilita

Universidad de Deusto
Biblioteca

bilitatem acquisitam tempore,vel cõ
cessione,& sic licèt ius commune cõ-
10 tradicat initio, vel principio non con
tradicit prosequutioni,& isto casu ta-
lis quasi possess.bene releuat ab onere
probandi secundum, quod singula-
riter declarat Angel. & Aretinus in. l.
si prius.ff.de noui operis nunti.vbi di-
cunt, quod quando primæuus status
contradicit principio, non vero pro-
cessui vel prosequutioni, tunc talis
quasi.poss.releuat ab onere probandi,
& ponunt exemplum in minore. 25.
annis. Qui si ex aspectu appareat ma-
ior,etiam si primæuus status contradi
cat, quo certum est natum fuisse mi-
norem : quia tamen ex temporis pro-
cessu mutatur ille status:solus aspect⁹
maioris ætatis releuat ab onere probã
di illum,qui prætendit esse maiorem,
& istam doctrinam valde commen-
dant ibi Moderni.

Vel aliter,& tertio potest dici,quod
licèt isto casu,quo loquimur,cõtradi-
cat primæuus status,non tamen con-
tradicit de necessitate præcisa, quia
possibile est aliquem natum esse no-
bilẽ ex nobilibus & claris parentibus,
11 vel ex illis, qui fuerant tales declarati
per sententiam, quæ transiuit in rẽ iu
dicatam : & quando primæuus status
non contradicit de necessitate,tũc be
ne releuat quasi poss.ab onere probã-
di secundum doctrinam Barto.in.d.l.
si prius in vno ex quatuor membris:
qui ita intelligit.d.l. circa.ff.de proba.
& ponit exemplũ in seruitute: nam li-
cèt ab origine & primæuo statu natu-
rali omnes homines liberi nascebãtur
tamen quia postea fuit inuentũ ius ser
uitutis per captiuitatem, vel natiuita-
tem ex ancillis , vel spontaneam sui
ipsius venditionem,potuit quis nasci
seruus, & potest: & tamen ista quasi
possess.seruitutis , licet repugnet pri-
mæuo,& naturali statui libertatis,rele
uat dominum, qui est in ea , ab onere
probandi.vt in.d.l.circa,& in.d.l.libe-
ris.§.fi.ff.de liber.cau. ita potest dici in
nostro casu , quod licèt primus status
hominum sit,vt nascantur obligati ad
tributa Principi soluenda,tamen post
quam per iura regni introductum est
[que el que probare, o fuere notorio
hijo dalgo de solar conocido, o tuuie
re carta executoria dello,o priuilegio,
no sea obligado a pechar. Isto casu il-
le, qui per sententiam & rem iudica-
tam est in quasi possess. immunitatis
releuetur ab onere probandi : quia li-
cèt contradicat illi primæuus status,
non tamen contradicit illi de necessi
tate præcisa.

Vel aliter potest responderi, quod
fundamentum istud Barto.glo.& do-
ctor.in.l. si prius.& glossa.in.d.§ sed si
quæratur,procedat in casu quo loqui
tur.d.glos.scilicet,in quasi possess. cui
contradicit primæuus status rei,vt est
in seruitutibus realibus,vel mixtis, in
quibus nimirum si talis quasi possessi.
non releuet,quia status rerum primæ
uus semper fuit,& est,quod res essent
liberæ:& iste status nunquam est mu-
tatus, nec alteratus, sed semper durat
nisi ex facto hominum per contractũ
subijciantur seruituti,quod non est in
statu personarum : quia, vt dixi etiam

citra

citra factum hominum ex iuris dispo
sitione possunt nasci serui,& nasci no
biles, & immunes: & quod isto casu
quasi poss.status relenet etiam contra
petentem seruum in proprietate : pa-
tet ex glo.in.d.l.circa,& in dict.l. libe-
ris.§.fina.& in.l. prima. §. per seruum.
ff.de acquirend.poss. ad id saltem, vt
non probante actore absoluatur, &
pronuntietur seruum illius non vide-
ri.vt in. d.l.diui fratres. §.fina. ff. de li-
12 be.caus.& sic sit dare differentiam in-
ter quasi possess. rerum&personarum,
sicut dantur aliæ multæ : & ista fuit o-
pinio Dini & aliorum,vt refert Barto.
in.d.l.si prius.10.col.& glos.in.d.l circa,& pro ea considero , quod secun-
dum magis communem opini. Ca-
no. quam legistæ fatentur obseruari,
in iuribus & obligationibus mere per
sonalibus , & personalissimis , vt sunt
annuæ præstationes dantur à iure re-
media poss.vt in.c.querelam, & supra
latè dixi,etiam si contradicat i us pri-
mæuum , & originale , mediante quo
nemo præsumitur obligatus,nisi pro-
betur: ergo eodẽ modo in nostro ca-
su,imò à fortiori cum in dictis iuribus
quasi poss.releuet prętendentem obli
gationem, & agatur de persona obli-
ganda,& hic de persona eximenda ab
obligatione & onere tributorũ. Pos-
set etiam dici,quod doctrina Barto.&
sequatium non sit vsquequaq; vera:
sed,quod indistinctè quasi poss. etiam
in seruitutibus realibus acquirendis re
13 leuet ab onere probãdi,quantumcum
que contradicat primæuus status rei,
quod ostenditur efficaci fundamẽto:
si enim illa quasi possess. nõ releuaret,
& cõsideraretur,sequeretur, quòd ser
uitutes non possent præscribi, cum si
ne poss.non detur præscriptio, & ta-
men hoc est contra iuris principia:er-
go talis quasi poss. quantũcunque cõ
tradicat primæuo statui considerabi-
lis est ad omnes effectus possess.& per
consequens debet releuare ab onere
probãdi. Eo enim ipso,quod in his ser
uitutibus realibus & mixtis dantur re
media poss.& etiam in iuribus perso-
nalibus,vt dictum est,quasi posse.de-
bet releuare : & per has rationes respõ
detur ad primum fundamentum pro
prima parte adductum,maximè quan
do agitur possessorio iudicio, vt hic:
quo casu(etiam si ius commune con-
tradicat)releuat secũdum illam famo
sam opinionem Paul.de Cast.in.d.l. si
cuti. §. sed si quæratur. ff. si ser. vend.
iunctis his, quæ supra in illius confir-
mationem dixi numero quarto.

Ad secundum verò potest respon-
deri,quod illa doctrina Bald.in.d.l.ti-
tia,cum alijs,per quã dicit,quod quan
do quasi poss.est talis,quæ non potest
haberi sine priuilegio non releuat,nõ
obest nostræ conclusioni : quia in ca-
su(de quo agimus) bene potest habe-
ri quasi poss.immunitatis & nobilita-
tis sine priuilegio:quando iste partic-
ularis,qui est in ea,prætendit esse no
bilem genere,[y venir de solar conoci
do,y lo probo assi en el juyzio de la
possession.]

Vel quod illa doctrina sit vera, præ-
terquam quando illa quasi possessi. est
roborata, & iustificata per sentẽtiam,

vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt hic: quo casu videtur purgata illa contradictio, quę oriebatur ex iure cõmuni, vt supra dixi. Et eodem modo respon. ad tertium fundamentum.

14 Ad quartum vero dũ dicitur, quod ista pragmatica videtur imponere pariformiter onus probandi particularitam in possess. quàm in proprietate taliter, quod si non probauerit ad vnguem id, quod in ea continetur, non possit obtinere: quia respõdeo, quod illud est verum, quando ipse agit: non verò quando conuenitur in petitorio, postquam habet rem iudicatam pro se in possess. quo casu eadem pragmatica, videtur expresse imponere onus probandi Fiscali & communitatibus ex eo, quod illis solis reseruat ius proprietatis, dum dicit, [quedando toda via a saluo el derecho de la propriedad a nuestro procurador Fiscal, & al dicho concejo:] & ex his videtur, quòd ista quæstio sit aliquatenus examinata, & conclusiones in ea posi tæ comprobatæ.

Vnum tamen est, quod in hac vltima conclusione facit me dubitare, scilicet, quod cum dicta pragmatica expresse disponat id, quod ex parte particularis debet probari ad obtinendũ in proprietate, videtur, quod etiam si habeat rem iudi. in poss. nõ possit obtinere in petitorio, ex eo solo, quod in nouo iudicio nõ proberur contra eũ: si ipse non probat, quod dispositum est. Qua ratione iustiorem credo, & æquiorem aliam opinionem. s. vt absoluatur tantummodo à petitione, & iudicio proprietatis, quia non liquet illum tributum debere, vt supra dictum est, & ista opinio tunc maximè procederet, quãdo ex parte Fiscalis & communitatis probaretur aliquid in iudicio petitorio: non verò tantum, quòd sufficeret ad pronuntiandum contra particularem.

15 Vnum tamen crederẽ esse maximè considerandum. s. qualitatem & alias circunstantias litigantis, & probationis ipsius, quæ in his causis magis quá in alijs debent mouere animum iudicum, vt omnibus grauiter pensatis, quod sit magis iustitiæ, & veritati proximum, sequantur. Cum in his causis bona pars probationis cõsistat in qualitate personarum, & circũstantijs causæ & processus: facilius enim inclinabunt se iudices ad partem particularis, quando ipse & pater & auus vixerunt in habitu, & figura nobilium: & nituntur claris agnatis, & stirpe antiqua, & origine non suspecta, [como si descienden de montañas, y han biuido en habito y officios nobles, como escuderos, o caualleros: y prueuan tener parientes nobles y buen nombre, y appellido, sepulchros antiguos, o capillas, o enterramientos señalados, armas y blasones: auer seruido a los Reyes en guerras, y officios nobles de su casa, auer tenido tenencias de fortalezas, capitanias, y otras semejantes circunstancias y qualidades, que dan rastro y argumento de nobleza. Y por el contrario difficultosamente se inclinaran a declarar por noble en propriedad a vno, que aunque prueue possession de no auer pechado, no prueua

otros indicios de nobleza ni descendencia de solar, ni appellido noble, ni parientes nobles: especialmente si parece que el, o su padre, o abuelo han biuido en pueblos sospechosos y no limpios, y han tenido officios baxos y contrarios de hidalguia, como son Arrendadores, o Mercaderes, y otros que pone la ley nona, en el titulo de los caualleros libro. 4. ordina. que son Sastres, Pellejeros, Carpinteros, Pedreros: Terreros: Tundidores. Barberos, Especieros, Recatones: çapateros. &c. quæ omnia officia sicut officiunt militibus armatæ militiæ, vt non gaudeãt nobilitate ipsius, vt in. d. l. 9. dicitur, ita videntur officere generis nobilitati, imò fortius, cum ipsa sanguinis nobilitas nobilior & subtilior sit nobilitate per priuilegium acquisita, & per consequens facilius officiatur. Cùm facilius corrumpatur quod subtilius est teste philosopho. Verum tamen est, quòd duo ex illis officijs, quæ enumerãtur. per. d. l. 9. scilicet, [Carpintero, y Cantero, non videntur officere generis nobilitati: quia ad plurimum, los destos dos officios suelen ser de montañas: o Vizcaya y hidalgos:] & ita complures ex his duobus officijs obtinent in his causis nobilitatis, y lleuan executorias de hidalguias, nec id videtur omnino extra iuris rationem, cum hæc officia quodammodo sint liberalia, & nõ omnino vilia, vt curiosè ponit Cassanæus in Catalo. 10. parte in pen. consid. ideò de iure laudantur, & ex his excusantur à muneribus personalibus, vt in. l. 1. &. 2. C. de excu. artifi. & in. l. maximorum, & in. l. secunda, vbi Platea, & Lucas de pẽna. C. de excu. mune. lib. 10. Itaq; qualitas, & conditio & figura personarum maximè consideranda est à iudicibus in harum causarum decisione.

SVMMARIVM
Ex capite sequenti.

1 *Instantia litis in his nobilitatis seu immunitatis causis an transeat in filios uel nepotes lite contestata cum patre, uel auo?*
2 *Quando ius, de quo agitur, nõ est transmissibile ad quẽlibet hæredem, non transit instantia litis.*
3 *In his causis instantia transit in filios, & nepotes.*
4 *In causis status instantia transit in filios, & descẽdentes.*
5 *In bis quæ transeunt ad filios, ut filios, instantia transit in eos.*
6 *Quando ius, de quo agitur, est reale, semper instantia trãsit ad hæredes, & filios.*
7 *Quando causa, de qua agitur, est præiudicialis, semper instantia transit.*
8 *Quando interest alicui tertio, etiam post mortem litigãtis transit instantia.*
9 *Quando sententia facit ius inter omnes, semper instantia transit.*

AN IN HIS IMMVNItatis causis instantia patris, vel aui transeat ad filios, vel nepotes.

CAP. VI.

SED In hac materia examinanda est quæstio frequens & difficilis, scilicet, an instantia patris, vel aui trãseat & continentur in filiũ, vel nepotem? & videtur quòd non, ex eo, quòd quãdo causa de qua agitur, non est transmissibilis ad quemlibet hæredem vniuersalem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

salem, nõ transit instantia: sed ius istud nobilitatis non est transmissibile ad quemlibet hæredem, sed tantum ad filios legitimos & naturales, ergo: consequentia est bona, minor etiam
2 patet: antecedẽs pro maiori probatur ex l. si operarum iudicio ff. de operis liber. per quem textum posuerunt istã regulam Ioan. de Imo. & Alexan. qui eum refert in l. si hominem. ff. de fideiusso. in additio. ad Barto.

Item pro eadem parte facit, quia ista causa est causa status, & mere personalis, & videtur, quòd post mortem patris expiret, & per consequens nõ possit de ea tractari post ipsius mortem. vt in titulo. C. ne de stat. defunct.

Item facit, quia sententia, per quam pater declararetur ignobilis & obligatus ad tributa, non omnino videtur præiudicare filio sicut non præiudicat sententia, qua mater pronuntiatur serua. vt in. l. ad probationem la segũda. C. de proba. glo. in. l. si vsum fructũ. §. fi. ff. de liber. caus.

Item pro eadem parte videtur facere. l. fi. C. de asserti. tollen. vbi si pendẽte lite super libertate, persona moriatur, extinguitur omnino iudicium: ergo, his rationibus videtur, quod mortuo patre lite pendente extinguatur iudicium taliter, quod instantia non transeat ad filios.

Item, quia causa patris non videtur præiudicialis causæ filiorum, nec inferre necessario præiudicium, quia sæpe videmus, [que el padre es pronunciado por pechero, y el hijo por hidalgo, y al contrario,] ergo cum causę, nõ se contingant necessario, nec inferant sibi præiudicium, non debet instantia vnius. i patris, transire, aut continuari in filium.

Sed his rationibus non obstantibus teneo, quod verior sit opinio contraria, imo quod instantia patris transeat & continuetur in filios, & nepotes, quod fundatur sequẽtibus: primo ex regula ordinaria. l. si eum hominẽ. ff. de fideiuss. & in. l. seruus. ff. de his, qui notã. infam. vbi generaliter disponitur, quod instantia transeat in hæredes, & successores: quod latius prosequitur Bartol. in. d. l. si eum. & Decius, & moder. in. c. quia. 5. de iudicijs.

Secundo videtur textus expressus in. d. l. si vsumfructum. §. fina. ff. de liber. caus. vbi notabiliter dicitur, quod si mater, & filius de libertate agãt, aut coniungenda sunt ambo iudicia, aut differenda est causa filij, donec cõstet de statu matris. Sumendo igitur argumentum de causa libertatis matris, in
4 qua filius sequitur ventrem, vt notissimũ est, ad causam nobilitatis, in qua sequitur patrem, dicendum est, quod sicut ibi differt causa filij, donec constet de statu matris, aut coniungantur iudicia, sic differatur causa filiorum, aut coniungatur cum causa patris, nec hoc fundamentum excluditur ex eo, quod dicatur, quod ille textus nõ loquitur de translatione instantiæ, sed tantum de cumulatione iudiciorum, quia respon. quod vbicunque habet locum cumulatio iudiciorum propter contingentiam & præiudicium causarum, ibi etiam habet locum translatio

latio instantiæ secũdum Doctores in dicta. l. si eum hominem. & in. c. quia 5. de iudi. maximè, quia vltra illum textum est textus expressus in lege principaliter, la primera. & in lege fina. C. de libera. caus. vbi disponitur, quod si pendente lite status cum defuncto nascantur filij, quibus etiam mouetur quæstio instãtia & causa matris, & parentum iam defunctorum continuatur, & prosequitur ad decisionem causæ filiorum, quia ius eorum pendet ex iure parentum.

5 Item facit textus in. l. si operarum in secundo respon. ff. de operis liber. vbi singulariter dicitur, quod in his, quæ transeunt ad filios, vt filios, instãtia parentum semper trãsit in eos, sed ius nobilitatis & causa immunitatis, vt notum est transit ad filios, & nepotes, vt liberis & descendentibus: ergo, & illum textum commendauit Paul. de Cast. in dict. l. si eum hominem: & per hoc respondetur ad fundamentũ sumptum ex eadem l.

Facit vlterius textus qui iudicio meo nõ potest cauillari in. l. quanuis. C. ne de stat. defunct. vbi textus dicit, quòd causa status durat, & instantia continuatur quando ex iure defuncti dependet ius successorũ, verba textus sunt. Quanuis defunctus sit maritus quondã tuus, cui status quæstio inferebatur, causa tamen, etiam post obitum eius propter successionis emolumentum durat. &c. Cum ergo in nostro casu ex iure parentum deriuetur & dependeat ius filiorum & nepotũ, vt dictum est. &c. sequitur, quod instantia debeat durare.

6 Præterea facit talis ratio, quando obligatio, vel ius de quo agebatur cũ defuncto est Realis, semper instantia transit vt tenẽt Doctores in. d. l. si eũ, & in. d. c. quia 5. mamaximè Philippus Decius, sed obligatio qua quis tenetur ad tributa, est munus quòd debetur à persona propter rem, & ipsę res sunt obligatæ, ex obligatione legali, vt supra in prima parte dictum est ergo instantia debet transire in filios.

7 In super etiam facit alia fortior ratio ista causa nobilitatis paternæ est præiudicialis ad causam filiorum, vt patet cum nobilitas eorum debeat deriuari & descendere à nobilitate paterna, vt dictum est, & in specie tenuit Ioann. Fabr. in. §. præiudicialis instit. de actionibus. sed vbicunq; vna causa est præiudicialis ad aliam, ibi transit instantia vt per Doctores in. d. l. si eum hominẽ & in. d. cap. quia. 5.

8 Item facit doctrina singularis Bald. in. d. l. principaliter, la primera, vbi dicit, quod quando interest alicui tertio etiam post mortem illius qui litigabat super statum, potest tractari de iure ipsius, & transit instantia & iudicium ad hæredẽ. Ex quo infert, quod si duo litigabant de præbenda, mortuo vno sententia ferenda est. vt in. c. secundo, vt lite pend. libro sexto. & in capit. ex parte de arbit. l. si homo. ff. de re iudic. sed in his causis mortuo patre interest Fisco & communitatibus, quod iudicium, & instantia continuetur, ergo.

Facit etiam, quod dicit Bald. in. l.

Universidad de Deusto
Biblioteca

secunda.C.quibus resiudi.& Alexan. qui sequitur in.l. sæpe numero. 69. & nume. 62. de re iudi. quod vbi fertur sententia super statu alicuius vel qualitate status afficiente ipsum statum sententia facit ius inter omnes:ideo si pronuntietur quis ascriptitius, vel originarius, vel tributarius, vel clericus,
9 talis sententia facit ius inter omnes, & in talibus causis semper transit instantia:sed sic est in his causis nobilitatis:quia agitur de statu personæ vel saltem de qualitate afficiente statum,[como es ser hijo dalgo:o pechero:]ergo talis sententia facit ius, & per consequens instantia transit maximè: quia cum per dispositionem pragmaticarum [sea menester para possesion, o propriedad probar de padre y abuelo,es imposible,]quodhoc possit probari sufficienter sine eo, quod continuetur instantia.

Et vltra omnes istas rationes & fundamenta facit, quia crebrior opinio, & magis recepta in practica & communi stylo huius nostræ Chancellariæ est, quod instantia continuetur, quæ vltra eius authoritatẽ (quæ sola sufficiebat)non deuiat à veritate iuris, vt ex supra dictis patet: quibus non obstãt rationes pro prima parte adductæ, nam ex his videtur illis omnibus satisfactum.

Et ex hoc patet, quod licet filius, qui habet bona de perse possit incipere hoc iudicium nobilitatis ex persona sua (quod sibi erit vtilius propter faciliorem probationem)tamen si iudicium fuerit ceptum cum patre vel auo, & lite pẽdente morianturnecessario filij actores, vel rei debent continuare instantiam patris, vel aui, vt quotidie fit.

SVMMARIVM
Ex capite sequenti.

1 AN ducens originem ex parentibus Iudæis uel Conuersis, uel Sarracenis possit obtinere in iure nobilitatis, & immunitatis probando id, q. per leges, & pragmaticas est dispositum.
2 Vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus.
3 De iure canonico & communi Iudæi uel conuersi non excluduntur à iuris dispositione, nec ab officijs & beneficijs.
4 De iure diuino non est distinctio Iudæi, & Græci, nec originis personarum.
5 De iure regni Conuersi admitti debent ad officia & honores, sicut cæteri.
6 Gentiles, ex quibus deriuata est nobilitas, extra fidem fuerunt sicut Iudæi, & tamen gaudent nobilitate.
7 Deus & lex non est personarum acceptor.
8 Neophyti gaudent iuris honoribus.
9 Omnis Christi actio debet esse nostra instructio.
10 Multi ex Iudæis & Conuersis adepti sunt dignitates Episcopatus, & Apostolicam sedem.
11 Inter Iudæos, & cæteras nationes distincti sunt nobiles ab ignobilibus.
12 Inter eiusdem sectæ & fidei gentes non uidetur facienda distinctio personarum & parentum.
13 Reges Hispaniæ aliquando concesserunt, & nonnunquã conferunt talibus Conuersis officia, & insignia militiæ, & priuilegia nobilitatis.
14 De nonnullis nobilibus, & de illustribus Hispaniæ est uehemens opinio, quod ducant aliquam suæ originis partem de genere Iudæorum uel Conuersorum.
15 Possibile est Iudæũ uel Cõuersum meruisse & obtinuisse priuilegia nobilitatis, & habere solarium antiquum & notum.
16 Tales Conuersi uel descendentes ex illis semper succumbunt in his causis tam in proprietate, quàm in poss. quia non possunt habere titulum, imò inest notorius tituli defectus.
17 Per crimen læsæ maiestatis perditur nobilitas in omnes successores.
18 Iudæi commiserunt crimen proditionis, & læsæ maiestatis diuinæ.
19 Ius nobilitatis Hispaniæ non potest natura sua his competere.
20 Conuersis non insunt qualitates nobilium imò contrariæ.

21 Ex mente.l. distingui potest eius dispositio.
22 In spiritualibus non est distinctio Iudæi, & Græci nec personarum, & generis, in temporalibus uero & in rei publicæ statu & ordine est distinctio graduum & personarum.
23 Lex parti. admittit Cõuersos ad honores, & officia, quæ generaliter competunt Christianis: non uero ad ea, quæ peculiariter competunt nobilibus.
24 Iudices causarum nobilitatis debent esse nobiles & officiales regiæ domus.
25 Ex falsa relatione, uel ex magna, & necessaria causa nõ nunquam Conuersi admissi sunt à regibus ad officia, & dignitates.
26 Sanctè & iustè tales excluduntur â collegijs & dignitatibus cathedralium ecclesiarum.
27 Ducentes originem ex Sarracenis non sunt ita odiosi sicut Conuersi.
28 Ex linea materna non obest descendentibus, in causis nobilitatis labes iudaismi.

ANDVCENS ORIGInem ex parentibus Iudæis, vel Conuersis, vel Sarracenis posit obtinere in iure nobilitatis, & immunitatis probando id, quod per.ll. & pragmaticas est dispositum.

CAP. VII.

1 VLTERIVS & valde principaliter quæro de alia quæstione valde quotidiana, & necessaria in ista materia, scilicet, an dato quod particularis probet sufficienter de se & patre & auo id, quod necessarium est per leges & pragmaticas, vt supra dictum est, ad obtinendum in propri. vel possess.an si ex parte Fisci,& communitatis probetur eum ducere originem ex Iudeorum, vel Sarracenorum prole, an propter hoc excludatur à iure nobilitatis,quod prætẽdit:& omissis rationibus, quæ in fauorẽ istorum adducit Montal.in.l.secũda titulo tertio libro quarto,foro.ll pro parte ipsorum & particularis videtur, quod hoc non obstante, si ipse probat id, quod per pragmaticas dispositũ est, debeat
2 obtinere,quia dictæ.ll.& pragmaticæ non excludunt istos nec requirunt istam qualitatem,nec distinguũt:ergo non est distinguendum:vt in vulgata lege.de precio.ff.de publici.

3 Item,quia de iure communi non est ista qualitas,propter quam quis excludatur ab honoribus, & dignitatibus officijs,vel beneficijs,vt in capit. eam te extra de rescript. ubi textus in fine dicit Pro eo vero, quod Iudęus extiterit,ipsum dedignari non debes, & ibi Felinus,& Ripa.numero.30. plura adducunt.

4 Item,quia nec de iure diuino excluduntur,quinimo lege Euangelica, nõ est distinctio Iudæi & Græci, vt inquit Apostolus ad Roma.10. quinimo idem dominus omnium diues in omnes, qui inuocant illum, vt ibi dicitur.

5 Item,quia per iura huius regni non solum non excluduntur, sed expresse admittuntur ad honores & officia, sicut cæteri omnes, vt expresse disponitur in.l.sexta titulo.24.part.7. in fine illius legis,cuius verba.

[Otrosi mãdamos, que despues que algunos Iudios se tornaren Christianos, que todos los de nuestros señorios los honrren,y ninguno sea osado de retraher a ellos,ni a su linaje: sequitur in fine: y que puedan auer todos los officios y honras que han todos

los otros Christianos:] & in eorum fauorem disponit etiam. l. 21. titulo. 3. libro octauo ordi. & in l. 9. titul. 1. libro primo ordina.

6 Item videtur, quod postquam eorum patres, vel aui sunt recepti in numero fidelium ex longis retro temporibus probata eorum quasi possessione, secundum formam pragmaticarum: vel nobilitate parentum (quia fortè fuerunt inter Iudæos, vel Sarracenos clari, vel illustres, vel nobiles) debeant gaudere sua nobilitate, & quasi possessione immunitatis, cum à principio Gentiles, ex quibus antiquior, & clarior nobilitas in orbe deriuata est, maximè in nostra Hispania, & in Gallia, Italia, & Germania, extra fidem fuerunt, & postea conuersi diuina vocatione, sed Deus omnes æqualiter vocauit, & redemit: imo ipse dixit, nõ sum missus nisi ad oues Israel. &c. ergo tales nõ minus quá Gẽtiles admittendi, & honorandi sunt: quia Deus nec lex non est acceptor personarum, maximè cum etiam ipsi Neophiti. 1. re-
8 center conuersi & baptizati ad omnes iuris honores admittantur, vt in capit. Neophitus. 71. distinct. cum alijs: & per Ripam in di. c. eam te. nu. 30. cum sequentibus.

Nec obstat, si dicatur, quod ex eo, quod ipsi negauerunt Christum dominum nostrum esse verum Deum, & Messiam promissum, non sunt digni, vt gaudeant aliquo honore & nobilitate, etiam si sint cõuersi, quia etiá 12 petrus Apostolorum princeps negauit Dominum, quem confessus ante fuerat & conuersatus: tamen quia conuersus fuit, & pœnitentiam egit fidelior factus est, & à domino constitutus pastor & caput ecclesiæ, & supremo honore & dignitate decoratus. ergo etiam si iudæi & Sarraceni nouiter conuersi non receperunt Christum Deum dominum nostrum Iesum, postquam iam sunt conuersi nõ sunt repellendi, sed admittendi, vt petrus,
9 cum omnis Christi actio debeat esse nostra instructio. vt in cap. significasti de homicidio. et in. l. & hoc Tiberius. ff. de hære. insti.

10 Item videmus, quod multi ex hoc genere propter eorum eximiam virtutem, scientiam, & merita sunt adepti dignitates supremas, scilicet, Papatum, & Episcopatus, vt fuit Euaristus Papa, qui fuit ex patre Iudæo, de quo habetur in capitulo primo, & in capi. si qui sunt, & in capitulo nonnulli, secunda quæstione. 7. & Iulianus Pometius assumptus fuit in Archiepiscopum, & paucis retro temporibus à Regibus nostræ Hispaniæ nonnulli sunt in Episcopos electi, vt per Chronicas patet.

11 Item bene potest aliquis esse nobilis etiam si ducat originem ex Iudæis, vel Sarracenis: cum apud omnium nationum gentes sit distinctus & separatus status nobilium & plebeiorum: vt ponit Aristo. in Poli. & Plutarchus in vita Thesei, & Romuli, & supra dictum est.

12 Item quia videtur, quod nulla sit facienda distinctio generis nec originis inter eiusdem fidei & regni personas,

maxi

mimè cum omnium vnus idem sit pater & dominus, ad quem quotidie preces nostras dirigimus, dicendo: Pater noster, qui es in cœlis. &c. Et in hac materia & proposito adducit hác considerationem Boëtius lib. 3. consola. & Lucas de penna. in. l. mulieres. C. de incolis, lib. 10. licèt non omnia eius dicta referat. prout fecit Iodocus in tracta. nobili. c. 5. & ita inquit.

Omne hominum genus in terris simili surgit ab ortu:
Vnus enim pater est, unus cuncta ministrans.
Ille dedit Phœbo radios: dedit & cornua Lunæ.
Ille homines etiam terris dedit, & sydera cœlo.
Hic clausit membris animos cælsa sede petitos.
Mortales igitur cunctos edit nobile germen.

Et rursus idem Boëtius.

Quid genus & proauos strepitis, si primordia uestra,
Autoremq; Deum spectes nullus degener extat.
Ni uitijs pejora fouens proprium deserat ortum.

13 Et si ad temporalẽ, & corporalem patrem respiciamus, omnes ab Adam primo parente originem ducimus: itaque ex spiritu & carne omnes vnum eundem habemus patrem Deum, scilicet, & Adam: vnde Salomon generis differẽtiam inter alias vanitates decantando idem omnibus mortalibus esse natiuitatis exordium attestatur, & de se ipso cum esset Rex potentissimus & nobilissimus Sapien. 7. Sum quidem & ego mortalis homo: similis omnibus: & ex genere terreno illius, qui prior factus est, & in ventre matris figuratus sum. Caro decem mensium tempore coagulatus sum: in sanguine, & semine hominis & delectamento somni conueniente, & ego natus accepi communem aërem, & in similiter factam decidi terram, & primam vocem similem omnibus emisi plorans: in inuolumentis nutritus sum & magnis curis. Et tandem concludit, nemo enim ex Regibus aliud habuit natiuitatis initium: vnus ergo introitus est omnibus ad vitá & similis exitus: ergo cum nec secundũ carnem, nec secundum spiritum sit diuersum genus & origo istorum Neophitorum, vel nouiter Conuersorum à Gentilibus, & antiquis Christianis, videtur quod sine aliqua generis distinctione omnes æqualiter admitti debeant ad ius nobilitatis & immunitatis Hispaniæ, & obtinere debeant probando id, quod per. ll. & pragmaticas regni dispositum est.

Item videmus quod principes nostræ Hispaniæ aliquando (imo sæpè) largiuntur & concedunt his nouiter Conuersis, vel descendentibus ex eis officia honorabilia & dignitates & insignia militum & nobiliũ [como son en comiendas de Santiago, Calatraua y Alcantara, y officios preeminentes en sus casas, y en sus Reynos:] imo priuilegia ipsius nobilitatis, vt ego non pauca vidi. Ergo si sunt capaces ex Principum & Regum concessione, & largitione honorum, & dignitatum [y de la mesma hidalguia que se les da por priuilegios:] dicendum est, eos fore etiam capaces nobilitatis naturalis, vel acquisitæ ex legum & pragmaticarum dispositione quia si naturaliter essent incapaces illius, non possent illam capere ex priuilegio, quia per priuilegiũ non potest suppleri defectus naturalis. vt in. l. fina. & ibi Docto. C.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de milita. testa. priuilegium enim, vt ars, sequitur & imitatur naturam: vt in.§. minorem instit. de adopti. Si ergo ipsi sunt naturaliter capaces ipsius nobilitatis, & possunt eam consequi à Principe, poterunt & à lege & statuto: maximè si cõsideramus omnem nobilitatem à principe emanare, vt infra suo loco dicemus.

14 Item inter nobiles, & illustres nostræ Hispaniæ sunt nonnulli de quibus constat, vel saltem est vehemens opinio, quod per lineam virilem parentum habeant non nihil deriuatum à Iudæorum & Sarracenorum genere: & tamen eorum descẽdentes non solum habentur nobiles, verum clarissimi, & illustres, ergo idem de cæteris inferioris classis hominibus dicendum est.

15 Præterea possibile est, quod Maurus vel Iudæus aliquis fecerit tam heroica facta in Regum, & regni seruitio, & defensione, propter quæ nobilitatis honorem & priuilegia meruerit, & consequutus fuerit, quod vtiq; in successores sit derivatum, ergo: [y aũ seria posible que algunos solares o alguno de los antiguos y conocidos de España vengan destos:] ergo his omnibus rationibus videtur dicendum, quod tales personæ descendentes ex talibus, probando id quod per leges, & pragmaticas dispositum est, possint obtinere in iure nobilitatis & immunitatis tam in possess. quàm in proprietate, maximè quia nulli dubium nisi quòd Princeps noster & quilibet in suo regno posset vnum ex his nobilitare per priuilegium, ergo cum persona illorum sit capax huius qualitatis quando illis concederetur à Principe qui est. l. viua, eadem ratione erit capax dispositionis inductæ per eius leges & pragmaticas. Faciunt etiam in hanc partem aliæ plures Theologales & morales, & iuris rationes quas in horum fauorem adducit dictus Doctor Montal. in dicta. l. 2. titul. 3. lib. 4. quas non curo referre.

16 Sed his omnibus non obstantibus fere semper postquam in Fiscali officio & senatorio Cæsari nostro deseruio in hac suprema Granatensi Cancellaria vidi huiusmodi personas excludi à iure nobilitatis, [y pronunciar los por pecheros,] quantuncunq; ipsi probauerint longæuam immunitatis quasi possess. & indicia plura antiquæ nobilitatis, quòd certè etiã si quodam modo videatur riguro sum, nõ est præter iuris rationem & çquitatem: quandoquidem non bene cõueniunt nec in vna sede morantur istæ duæ qualitates, imò quasi contrariæ & repugnantes non possunt cadere in vno subiecto, vel persona, vt ex vna cadẽ parte, [sea hijo dalgo y cõfesso,] quia impossibile videtur, q; isti tales possint probare titulum verum nobilitatis ex genere, vel sanguine, quia eorum prædecessores semper & ab initio fuerunt, infecti, & exosi Regibus, & gentibus nostræ Hispaniæ, vtqueadeo, vt fuerint non semel à regno expulsi, & adeo uersum eos fuerit institutum inquisitionis sanctum officiũ ad expurgandas reliquias eorũ, qui occulte Iudaizauerint. Cum ergo non possint probare titulum, sequitur, quod non possunt declarari, por hijos dalgo en propriedad, etiam si plenè probent quasi possess. & eadem ratione cum illis obstet notorius defectus tituli et proprietatis non possunt obtinere in possessi. siue agant interdicto retinendæ, siue recuperandæ secundum nota. in. l. si de vi. ff. de iudi. & in. §. nihil commune. l. naturaliter. ff. de acquiren. posse. & in ca. ad decimas de restitu. spolia. & in. l. fina. C. de edic. diui. Adria. tol. & in lege si quis ad fundum. C. ad legem Iul. de vi. pub. & in alijs locis ordinarijs.

17 Præterea certum est, quod per crimen læsæ maiestatis diuinæ, vel humanæ perditur quælibet nobilitas & dignitas, & inficitur sanguis proditoris taliter, quod filij, nepotes, & descẽdentes (quasi geniti ex sanguine infecto) priuantur & excluduntur ab honoribus & officijs & dignitatibus, vt in. l. quisquis. C. ad. l. Iul. maiesta. maximè in. § filijs: cuius verba, infamia eos paterna semper comitetur: ad nullos prorsus honores, ad nulla sacramenta perueniant. &c. facit tex. in cap. si quis cum militibus. 6. quæsti. prima. & in cap. vergentis. & in capi. statutum de hære. & in. l. secunda titul secund. parti. 7. & in. l. prima & secunda, titulo de las trayciones, libr. 8. ordin. Sed isti cõuersi, vel eorum parentes cõmiserunt tale crimẽ in proditione & morte domini nostri Iesu Christi: quia conuenerunt in vnum aduersus dominum

18 & aduersus Christum eius, vt dicitur Psalm. 2. Ergo nullo modo possunt gaudere iure nobilitatis. facit tex. in ca. constituit. 17. quæstione quarta. quem dixit singul. ad hanc conclusio. Ludoui. Roma. singul. 672. & in. l. 10. & pen. 12. foro juzgo.

19 Item ius nobilitatis & immunitatis nostræ Hispaniæ (quod appellam hidalguiam) competit his, qui originem ducunt ex claris & benemeritis apud Principes, & rempublicam parentibus, vt supra dictum est, & his qui sanguine suo nostram Hispaniam fere pœnitus à Mauris vastatam & occupatam recuperauerunt, [como fueron los que se llaman hijos dalgo notorios de solar conocido de deuẽgar quinientos sueldos, segund fuero de España. Sed isti non sunt tales, ni jamas tuuieron solar conoscido, ni gozaron del fuero y priuilegios de Castilla, ni de España,] quia semper fuerunt in Hispania aduenæ, et proselyti, fugitiui, infesti gentibus: maxime nobilibus, & principibus, & rei publicæ præiudiciales: ergo nulla iuris ratione possunt, nec debent gaudere nobilitatis iure.

20 Item non conueniũt illis qualitates, nec mores nobilium Hispaniæ; [porque los hijos dalgo de España siẽpre han seruido y siruen en las guerras a los Reyes y al Reyno con sus personas, y hazienda.] Isti nunquam ad bella pergunt, nisi vt medici, vel chirurgi. Item nobiles nunquam, aut raro exercẽt officia vilia & sordida, per quorum vsum perditur de iure nobilitas, vt in. l. maximarum, vbi Platea.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C. de excusat. artifi libro. 11. Isti verò fere semper, quia ad plurimum sunt fœneratores publicani, & vectigaliũ cõductores & gabellarum, de quibus in Apocalypsi dictum est. Quibus datum est nocere mari & terrę, de quibus etiam præfatur text. in. l. quantæ. ff. de publi. Quantæ temeritatis & audaciæ sint Publicanorum factiones nemo est, qui nesciat. &c. sunt etiã pharmacopolæ, pigmẽtarij, mercatores & satrapę, & exercent alia sordida & viha officia posita in dict. l. 9. titul. 1. libr. 4. ordin. quibus non conuenit nobilitatis dignitas.

Item los hijos dalgo, omnibus pro sunt, omnibus benefaciunt, isti fere semper omnibus nocent, nunquam maleficiunt, nisi cum non possunt, vt de rusticis Italię, aliàs dicit Erasmus & Lodouicus viues: sunt enim abominati, & increduli, & ad omne opus bonum reprobi, vt de illis dicit Apostolus ad Titum capit. primo. De quibus meritò conqueritu dominus, dicens Psalm. 84. quadraginta annis offensus fui a generatione ista, &c. & rursum dicit Regum. 1. cap. 2. Indignatus illis, qui me contemnunt, erunt ignobiles, sed isti contempserunt Deum & Christum eius: ergo non nobiles, sed ignobiles debent esse in seculum seculi.

Præterea nobiles nostræ Hispaniæ ad plurimum sunt fideles synceri, humiles, mansueti, simplices sicut colũbæ: veri verecundi, liberales, quieti, pacifici, & alijs bonis dotibus naturaliter ornati, vt in finali parte latius dicetur: isti per contrarium ad plurimum sunt dolosi, superbi, elati, insolentes, & vltra modum inanis gloriæ & honoris ambitiosi, rixosi cauillosi mendaces procaces, tenaces, auari, & pecuniarum auidissimi. De quibus rursum dicit Apostolus vbi supra, sunt enim multi inobedientes vaniloqui & seductores maximè qui de circuncisione sunt, quos oportet redargui q̃ vniuersas domos subuertunt docentes quę nõ oportet turpis lucri gratia. Sunt etiã adeò subtiles, & acuti in omni negotiorum genere, vt de illis vere dici possit illud Lucæ Euangel. ca. 19. Filij huius sæculi prudẽtiores sunt in generationibus suis filijs lucis: hos enim appello filios sæculi, alios vero, id est, a los hijos dalgo appello filios lucis. Sunt etiam callidi, versuti, loquaces, audaces, & ad omne genus lucri auidissimi, & ad plurimum diuites, & auari: quidum alijs indigent, fingunt se humilitate pleni, & loquuntur blando, & mellito sermone, sed venenum aspidum sub labjis eorum: veniunt enim in vestimentis ouium, intus autẽ sũt lupi rapaces, vt de falsis prophetis dicitur: sed dum illis alij indigent, nullum hominum genus tam superbum, & inexorabile adeo, vt pro tempore fiant terra, pro tempore cœlum: vt vere illud Ouidij dici possit Cum fortũa starq; caditq; fides. Amicitias nullas habent tam firmas, & antiquas: quas vel minimo pretio, vel interesse interueniente non violent, & rumpant. De illis enim proprius quã de Cretensibus dicit Apostol. vbi supra semper mendaces malæ bestiæ ventres pigri. Tandem est generatio praua, & adultera, vt dicitur Deut. 32. in Psalm. illo Audite cæli quæ loquor, quæ merito in Psalmo illo Deus laudem meam. &c. voce spiritussancti execrantur: & in perpetuum ab honoribus excludũtur, quod solum sufficere debet, vt à nobilitatis quoq; honore excludãtur.

21 Nec obstant rationes in eorum fauorem adductæ, quia licèt. ll. & pragmaticæ in his causis loquentes non distinguant personas, nec requirant istã qualitatem, tamen ex earum mente, & dispositione deducitur ratio distinguendi: imo non est necessaria distinctio cum titulus, & qualitates à iure, & à dictis. ll. & pragmaticis requisitis non competant nec possint competere illis.

22 Illud autem, quod dicit Paul. apostolus, nõ est distinctio Iudæi & Græci, intelligitur quo ad animæ salutem & spiritualem iustitiam: & eodem modo intelliguntur cæteræ omnes rationes Theologales & sacræ scripturæ. Secus vero quantum ad statum reipublicæ tẽporalem, in quo optime cadit distinctio graduum, & personarum quo ad honores & officia, vt dicit textus in authen. qui. mo. nat. effi. legi. §. illud vers. quisquis aũt. col. 5. cuius verba. Sed nec agricolas aut milites armatos, & quod lex caligatos appellat hoc est viliores & obscuriores, & in .Authẽ. quib. mod. natu. effic. sui. in vers. natura ad fi. col. 7. ibi quid in his qui fortunæ dignitate vel in mediocri hominum statu. &c. quæ iura clare viden-

tur distinguere personarum status in repub. vt alij sint nobiles, alij agricolę, vel mediocris stat⁹, alij viliores & obscuriores, & ista iura ad hoc citat Paris de Put. in tract. de re mil. fol. 132. col. 1. nume. 14. [y en muchos lugares destos reynos especialmẽte en Najara, y en Almagro por costumbre immemorial y carta executoria, dada en esta audiencia, esta distinguido el pueblo en estos tres estados de hidalgos y hõbres buenos y Ruanos, y declarado q̃ en votos y officios, y todas cosas de hõrra precedan los hijos dalgo, y luego los buenos hombres labradores, imo por algũos particulares se ha litigado para q̃ les declaren ser del estado de los buenos hombres que en efecto es pedir ser declarados por christianos viejos negando ser de los Ruanos q̃ ellos llaman confessos. [adeo est infesta & odiosa, hæc conuersorum generatio. Nec ista stat⁹ partitio recẽs & noua censeri debet: est enim antiquissima & fere Gotorum tẽpore introducta & vsu obseruata. [como parece por vn fuero antiguo de los de nuestra España q̃ dize, estas palabras. Entendiendo que en el Reyno ay muchos y diuersos fueros, queriẽdo proueer de remedio, mãdamos que segũ las tres cõdiciones de gentes que son en nuestro Reyno, es asaber hidalgos Ruanos y labradores, seã ordenados tres fueros: vno de los hidalgos: otro de Ruanos y labradores, y que todos los otros fueros seã reduzidos a estos, saluãdo acada vno sus frãquezas y libertades.] Quòd autem dicitur, q̃ per

23

Universidad de Deusto
Biblioteca

leges regni maximè per dictam legem partitæ expresse admittuntur ad officia, & honores, intelligendum est de his officijs & honoribus, qui in communi, & generaliter possunt competere omnibus Christianis tanquam Christianis, quorum ipsi non erant capaces ante baptisma: ad illa vero, quæ non generaliter iure christianitatis (vt ita dicam) omnibus competunt sed peculiariter solis nobilibus iure nobilitatis, & generis claritate & antiquitate, non admittit illos illa lex, nec talis est illius intentio: quia esset iuri & rationi contrarium, vt in dicto capit. constituit. 17. quæst. 4. per quem Ludo. Roma. d. sing. 672. expresse dicit, quod sicut Iudæus non admittitur ad offi. publ. vt in. l. final. C. de iud. & in. l. generaliter. § item qui Iudaicã, de decurio. ff. & in. c. cum sit & cum speciali. de iud. & in. c. nulla. 54. distinctio. ira conuersus vel neophitus prohibetur, & idem tenet Archid. in dicto. c. constituit. Ioan. de Ana. in dict. c. cum sit & ibi Feli. col. 2. in princ. & latius idem Feli. in. c. cum oporteat de accus.

25 Cæterum, quòd dicitur, quod Cæsar noster inuictissimus & alij reges sui prædecessores concesserunt aliquando his personis honores & dignitates, & admiserunt illos ad officia Imperialis domus, & ad suprema iustitiæ tribunalia, id difficile concederẽ præterquam, si quando ex non vera relatione Cæsar noster decipiatur, quod clare errante (vt dicitur) raro factum est: & eo casu, qui talibus scienter patrocinãtur tacita veritate Principi, graviter offendunt eius maiestatem, & voluntatem: cum proculdubio notissimum sit in toto Hispaniæ regno quam odiosa fuerit generatio hæc Regibus Hispaniæ, maximè Regibus catholicis, qui omni cura, & diligentia conati sunt eos penitus è regno euellere, & ad purgandas eorum reliquias sanctum inquisitionis officium autoritate Apostolica institui fecerunt, nec minus odiosi dicuntur esse Cæsari nostro Carolo & Philippo regi, imò vsque adeo, vt ex his neminem velit admitti ad militum commẽdatorum insignia, nec ad iustitiæ suprema officia, como son consejos y audiencias, nec ad obsequia domus suę: & si quando secus fit, vel ipso ignorante, vel ex aliqua vrgẽtissima causa factum fuisse credendum est. [Y assi las vezes que a personas deste linaje se han dado en comiẽdas, o priuilegios de hidalguias se han expressado las causas, y puesto en la escriptura la dispensacion de la falta:] & hoc rarissimè, & cum magna causa factum est. Et isto casu isti tales qui consequuntur talia priuilegia non possunt verè dici nobiles: sed nobilitas sua potest appellari datiua, non natiua, cum non habeat materiã præexistentem, ex qua oriatur, vt aliàs de actionibus dicit Bartol. & Doctores in. l. iurisgentium. ff. de pactis. & in. l. prima. ff. de condi inde. quia ius istud sanguinis non potest dari per priuilegium, vt supra dictum est. In domo vero Imperiali pauci, vel nulli admittuntur cum huiusmodi labe, præterquam ad aliqua officia vilia, vel talia, quæ ad

quæ ad patrimonij imperialis conseruationem vel ad ipsorum principum salutem illis personis pro tempore indigent, vt sunt medici vel ærarij Cæsaris supputatores, factores, & officiales, quibus in huiusmodi commercijs & officijs à natura datum est ingeniũ acutũ, diligentia exquisita, & tã fortunatus successus: vt illis, vt gallinæ albę filijs prospere oĩa eueniant, & in omni quęstus & lucri negotiatione velut lo ui feliciter adeò cadant taxilli, vt fortunæ suæ nullus facile resistere possit, velut illi Mardochęo de quo dicit Hester. cap. 6. in fin. Si de semine Iudæorum est Mardochæus, ante quem cadere cœpisti nõ poteris ei resistere: sed cades in conspectu eius. [Y assi el Rey don Alonso el sabio quando los hijos dalgo le pidieron en Burgos que les diesse juezes hijos dalgo, que juzgassen de sus causas, les respondio concediendo se lo y alabando se que los Alcaldes y personas de justicia, q̃ traya en su corte y los officiales de su casa todos eran hijos dalgo, y que el especialmente auia tenido particular cuydado de los escoger tales, y assi quasi todas las leyes del titulo. 9. de la segunda part. que hablan de los officiales de la casa del Rey, y ponen las qualidades que han de tener, ponen por la primera y prĩcipal que sean hijos dalgo y de buen linaje in. l. 2. 4. 6. & 11. & in alijs legibus illius titul. solamente enel Physico del Rey, y en su Almojarife, no dizen ni requierẽ que sean hidalgos ni de buen linaje, sino sabios, agudos, y experimentados,] vt in. l. 10. & 25. eod. 9. & partita secunda. licèt hodie medici regiæ domus nullatenus admittantur, si aliqua generis macula notentur, & fere in cæteris regiæ domus officialibus idem obseruatur. Quod si secus aliquãdo alij sint admissi, vel admittantur ad Principum obsequium, vel educationem & disciplinam, id est, vel fuit ex heroica & notissima virtute & eruditione illorum, quæ sæpe à domino illis conceditur propter aliquod bonum inde successurum: nam non nego nisi, quod ex illis plures, tam felici sydere nascuntur, vt virtutibus, & bonis moribus & supremæ scientiæ, & eruditionis datę polleant, & abundent.

Quibus non sunt neganda alia virtutum præmia, quia tamen ad plurimun vt dixi, fere omnes redolent, & inclinantur ad suæ naturæ vitia, & ad longum recalcitrant, & ad suos conuertuntur ritus & mores expedit potius, vt si qui pauci ex illis euadunt moribus ingenui, & virtutibus præditi seperatim, & specialiter præmientur, quàm quòd propter eos paucos tota nostra nobilitatis massa corrumpatur & inficiatur, quòd vtiq; facile & breuiter fieret, si illis daretur accessus ad honores, & dignitates, quibus per nobilitatem datur aditus.

26 Quare sanctè, & iuste Collegiorum constitutionibus in nostro regno excluduntur, cum Collegia sint hodie mundissimi fontes ex quibus ad totam rempublicam gubernandam scatent flumina, & deriuantur riuuli personarum virtutibus, sanctitate, & omnige-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nigena doctrina integerrimi: quorũ ministerio, & diuina & profana reipublicæ officia honorifice, sancte, & iuste administrãtur: inter quos tam difficile, & rarum est aliquem à virtute deficere, quàm est facile, & ordinariũ inter istos Iudaicæ sectæ, & originis successores, de quibus ceciniſſe illud Naso Poëta videtur.

Nec facile inuenies, multis in millibus unum,
Virtutem pretium qui putet esse sui.
Ipse Decor recti facti si præmia desint,
Non mouet & gratis pœnitet esse probum,
Nihil nisi quod prodest charum est: Hem detrahe menti.
Spem fructus auidæ. Nemo petendus erit.

A fructibus enim eorum cognoscetis eos, dicit Dominus, & rursum: non potest arbor bona fructus malos facere, nec arbor mala bonos. Et sanctius, & iustius est, quod nunc nouiter in Toletana primaria ecclesia introductum est: per Reuerendissimum dominum Ioannẽ Martinez de Siliceo meritissimum Archiepiscopũm: vt nullus huius generationis ad præbẽdam, in dicta ecclesia de cętero admittatur: quod quidem statutum, vt iustum & sanctissimum summo Pontifici, & nostro Cæsari gratissimum visum est, & ab vtroq; libentissime perpetua firmitate confirmatum, & ad ipsius exẽplum, & imitationem in Senensi aliàs Mentesana ecclesia simile statutũ promulgatum est id procurante Illustrissimo & Reuerendissi. dño Petro Pachequio Cardinali, & eiusdem ecclesiæ meritissimo prælule. & utinam in omnibus huius regni Cathedralibus, & Collegialibus ecclesijs idem fiat: (spero enim futurum) & inde Deo honorem, & gloriam, reipublicæ verò perpetuam salutem, & augumentum permansuram. Cõcludo igitur, quod tales Conuersi, etiam si probẽt omne id, quod per leges, & pragmaticas regni dispositum est, non poterunt in his causis obtinere, si ex parte Fiscalis. & cõmunitatum ostendatur, & probetur eos ducere originem per lineã virilem ex Iudæorum, vel Conuersorum genere.

27 In descendentibus vero ex Mauris vel Sarracenis magis dubiũ est, vtrum possint in his causis obtinere probando id, quod à. ll. & pragmaticis statutum est, & licet in Granatensi Cancellaria non occurrerit casus (quod ego sciam) audiui tamen in Vallisoletana occurisse, & vnum eorum obtinuisse, eo quod probasset inter suæ nationis homines nobilẽ fuisse, & ex nobili & claro parentũ genere & sanguine originẽ ducere, quod vtiq; probabile fuit. Quia licet inter oẽs mũdi nationes distinctio fuerit nobilium, vt supra in. 1. par. dictũ est, maxĩe fuit, & est inter istos Sarracenos, vel Mauros, [entre los quales especialmente hallamos hecha mencio de linajes hijos dalgo, como erá en Africa los Almorauides, a los quales embio a llamar el Rey don Alonso el sexto por consejo de Abenabet Rey de Seuilla su suegro padre de doña Zaida sesta mugerdeste Rey don Alonso,] vt refertur in chronicis nostræ Hispaniæ, [y los Abencerrajes de Granada,] & aliæ plures familiæ. Cui opinioni suffragatur authoritas Barto. in. l. prima. in. 8. colum.

columna. C. de dignita. libr. 12. vbi dicit ille quòd si Sarracenus nobilis sit captus à nobis, & postea manumissus & liberatus apud nos maneat, gaudebit nobilitate & immunitate & nobilitate nostra. Sed salua pace Bart. dixerim mihi valde dubia est eius opinio, vna inter alias potissimum ratione, scilicet, quia talis Sarracenus manumissus per manumissionem non recuperat primæuum statum ingenuitatis, sed remanet libertinus: vt in. l. homo liber. ff. de statu homi. cum similibus. Ergo multominus recuperabit nobilitatem quę nisi homini ingenuo, difficile competit, vt ad sensum rationis patet: maximè quia vt late dixi, in cap. quinto, primæ part. talis Sarracenus vel exterus huius regni & aduena non potest gaudere immunitate, & nobilitate nra. Quare apud me non facilè obtinuisset, nam fere omnia vel plura ex fundamẽtis supra relatis pariter militant in his: at in cõuersis bene fateor minus odiosam fore Sarracenorum, vel Maurorum nationem nobis, & omnibus gentibus, quàm Iudæorum: quia longe maior ingratitudo versatur ex parte istorum: quibus tanta, & tam ingentia beneficia à Deo sunt collata à mundi creatione, nam solus Hebræus ille populus fuit illi electus, & ex illo filium eius carnẽ suscipere voluit, inter illosq; nasci, & conuersari usque adeo, vt dictum sit in Psalmo: 75. Notus in Iudæa Deus: & ipse Iesus dominus noster mulieri illi Cananææ dixerit: non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel.

Matthæi. 15. Et peculiariter sit dignatus appellari Deus Israel, & alia in numera beneficia illis contulerit: vt Dauid illorum recordatione admiratus dixerit: non fecit taliter omni nationi, id est, nulli nationi. Quare iustè ipse conqueritur dicens per Micheam prophetam. c. 6. Populе meus, quid amplius debui tibi facere, & non feci? & rursum, q̃d feci tibi, aut quid molestus fui tibi: licet enim domini nostri Iesu Christi incarnatio, & passio ad omnium gentium redemptionem fuerit, & omnes nationes per ipsum sint vocatæ, & redemptæ, non nihil minoris culpæ, & pœnæ digni videntur Sarraceni, & Gentiles, & aliæ nationes, quæ non tam peculiari vocatione sunt vocati nec, tanta indulgentia, & fauore ad fidem & Dei cognitionem prouocati. Ea est enim Cicerone teste, lex naturæ, & iustitiæ vt qui plura & ampliora beneficia receperit, magis ad gratificationem teneatur: & per contrariam grauius in eo iudicetur ingratitudinis crimen, quibus enim multum datum est, ab his multum exigetur, dicit Dominus. & rursum contra istos, qui cum in propria veniſſet, eum non receperunt, dicit: si non veniſſem, peccatum non habuissent: nũc autem excusationem nõ habent, Ioannis decimoquinto. Nimirum ergo, si Iudæi magis sint infesti legibus Hispaniæ & gentibus, quàm Sarraceni, vel Mauri, cum tantorum beneficiorum immemores, & ingrati in Christi sui domini nostri Iesu proditione, & morte cõ

Universidad de Deusto
Biblioteca

te conuenerunt & adhuc in tam infelici erroris pertinacia persistant, vt abnegent illum in mundum venisse.

28 Cæterum, si dubitetur, vtrum si ex linea materna hæc labes alicui obueniat, vel contingat ex eo excludendus quoque sit à nobilitatis, & immunitatis iure, vt excluditur, quando ex paterna linea illi contingit. Crederem, quod non ex eo quod in his nobilitatis causis consideratur principaliter genus & sanguis ex parte patris, nec prodest ex parte matris vt in dict. l. tertia tit. 21. partita secunda. & supra in secunda parte principali dictum est, & eadem ratione non debet obesse, aut nocere, & hæc opinio æquitate quadam admissa est, & in hoc Granatensi & Pintiano prætorio: quæ quodammodo ipsi nobilitati iniuriosa videtur: nam licet ex verbis eiusdem. l. partitæ videatur elici, quod effectus ex parte matris non excludat quem à nobilitate, quæ illi contingit ex parte patris: si probauerit omne id, quod per leges & pragmaticas dispositum est, vt supra specialiter est declaratum: tamen non potest negari nisi quod quodammodo obscuratur, & denigratur nobilitatis ius in filijs & cæteris successorib⁹ per maculam maternam: nam sicut, dicta. l. dicit, [que la nobleza se mengua quãdo el hidalgo casa cõ villana, mucho mas se menguara casando con confesa. & satis est, que aunque esto no excluya el derecho de hidalguia que viene del padre, excluye a los hijos y descendientes, que no puedan ser admitidos en collegios, ni officios de inquisicion, ni en consejo de su Majestad, ni en y glesias Principales, y otros ayũtamientos y cabildos, y officios en que no se admiten los tales aunque les venga de parte de madre: sed de his hactenus.

SVMMARIVM
Ex capite sequenti.

1 *An patre pronunciato plebeio, uel pechero per sententiam, quæ transiit in rem iudicatam filius possit obtinere?*
2 *Assignatur differentia inter nobilitatem generis, & illam, quæ ex præscriptione causatur.*
3 *An patre pronuntiato nobili, filius possit declarari plebeius.*
4 *Nepotes ex persona aui patre de medio sublato possunt nobilitatem prætendere.*
5 *Fratres utrinq; coniuncti possunt per sententiam separari ita, ut unus pronuntietur nobilis, alter plebeius.*
6 *In his causis sententia unius fratris, nec omnino prodest, nec nocet alteri.*
7 *Sententia lata in fauorem patris uel aui, uel contra, an prosit, uel noceat filijs & nepotibus?*
8 *Quatuor casibus sententia lata in his causis non facit ius quo ad omnes.*
9 *Sententia lata contra cõtumacem absentem non facit ius quo ad omnes, etiam in causa status.*
10 *Sententia status lata sine legitimo contradictore nõ facit ius quo ad omnes.*
11 *Sententia lata sine plena causæ cognitione non facit ius quo ad omnes.*
12 *Idem in sententia absolutoria.*

AN POSSIT PRONUNCIARI FILIUS NOBILIS PATRE PRONUNCIATO PLEBEIO, & ecõtra? & quid in fratribus? & quando sententia in his causis noceat, vel prosit alijs.

CA-

CAP. VIII.

1 QVÆRO Vlterius, an sit possibile, quod patre pronũciato per sententiam pechero, pueda el hijo ser declarado por hijo dalgo? Respondeo, aut loquimur in nobilitate sanguinis, vel generis, vel in nobilitate priuilegij: per priuilegium possibile est, & facile, quod Princeps concedat filio ius nobilitatis, etiam si pater sit ignobilis, vel plebeius. Sed per sententiam mediante iure sanguinis seu generis, videtur impossibile, quia cum requiratur, vt is, qui litigat probet de se & patre & auo, clarum est, [que mal podra el hijo probar de su padre, siendo el padre declarado por pechero: y por consiguiente no podra el hijo ser dado por hidalgo:] maximè quia sicut sententia lata in fauorem patris prodest filio, vt dictum est, & probatur. in. l. prima. § fina. &. 2. & in. l. tertia. ff. de lib. agno. & traditur per Bacha. Roderic. Xuarez allega. 27. in princi. ita debet nocere ex eisdem iuribus. Item cum ius filij deriuetur à iure patris impossibile, & inter se contrarium videretur, si patre declarato por pechero, el hijo se diesse por hidalgo. In hac quæstione ego crederem (saluo meliori iudicio) esse distinguẽdum inter nobilitatem generis, seu sanguinis, & inter illam, quæ acquiritur mediante quasi posse. & præscriptione secundum formam
2 pragmaticarum: nam in ea, quæ prætenditur sola sanguinis ratione nõ videtur quomodo sit possibile, quod patre existente ignobili filius declaretur nobilis rationibus supra dictis, nisi vno duntaxat casu. s. quando filius se clusa persona patris ostenderet titulũ ab auo, vel pro auo, vel antiquissimis parentibus: quo casu posset obtinere secundum ea, quæ diximus supra: vel nisi antequam pater prouocaretur vel prouocaret ad iudicium, filius obtinuisset, & postea pater prouocaretur vel prouocaret, & succubuisset, quia tũc bene posset pater succũbere. [Como fue el pleyto del Doctor Christoual de Viana, que el hijo que es el doctor Christoual de Viana tuuo sentẽcia y carta executoria de Alcaldes guardada veynte y cinco años antes que al padre se le mouiesse pleyto. Y despues de este tiempo pusieron pleyto a Arias de Viana su padre, y fue pronunciado por pechero por Alcaldes, y en vista fue reuocada esta sentencia, y dado por hidalgo, y en reuista reuocada la de vista y confirmada la de Alcaldes.] & nunc agitur contra sententiá filij, per viam collusionis.

Sed in ea quæ prætenditur & funda tur ex quasi posses. immunitatis, & iure præscriptionis posibile est & facile, [que aũque el padre sea pechero, y declarado por tal, el hijo sea hidalgo como acaescio en el pleyto de los por tillos de villa Rubia, y puede acaescer cada y quando que se mouiesse pleyto juntamente a padre y a hijo, y el padre no pudiesse probar mas que possesion suya y de su padre, y el hijo probasse de si y de su padre y abuelo con im

Universidad de Deusto
Biblioteca

con immemorial, & non probaretur aliquid in contrarium. Isto enim casu certum est, quod secundum dispositionem pragmaticarum, el padre ha de ser dado por pechero y el hijo por hidalgo, & hoc etiam crederem habere locum, etiam si per Fiscalem esset petitum, quod ambo iudicia & processus, scilicet, patris & filij cumulare tur, vt fere semper fit, licèt in hoc casu aliquibus videatur hoc difficile.

3 Sed per contrarium quæro an patre declarato nobili, possit filius declarari plebeius & ignobilis habito pro constanti, quod probet se filium legitimum illius? Respondeo, aut pater de per se solus litigauit, & obtinuit: & isto casu impossibile videtur: quia siue filius conueniatur, siue prouocet, obtinebit ex sententia patris, quia si est reus, opponet de re iudicata patris: & offeret probationem filiationis, [y pedira sobre carta de la executoria de su padre, & probata filiatione, y juntamente que a su padre se le guardo la carta executoria, le mandaran dar sobre carta della, si agat idem, porque entrara quexando se, y pidiendo sobre carta, y probando lo mesmo, se la daran como cada dia se haze, y assi en este caso parece impossible, que el padre se de por hidalgo y el hijo por pechero,] præter quã nisi probaretur post sententiã, vel mortem patris ex instrumentis nouiter repertis contra ius patris, vel doceretur de collusione communitatis, vel Fiscalis: quibus duobus casibus retractaretur sententia patris, & filius pronunciaretur ignobilis, vt sæpè contingit: quando enim post sententiam reperiuntur de nouo instrumenta, vel detegitur collusio, vel falsi testes. rescinditur sententia, vel ipso iure, vel ope restitutionis secundum tradita per Doctores in. l. Imperator, de re iudicata. & in titulo. C. si ex fals. instr. & per Baldũ in rubrica. & in. l. prima & final. C. de collusio. deteg. & infra latius dicam. Si vero simul eodem tempore tractetur causa patris & filij, possibile est, [que el padre sea dado por hidalgo y el hijo por pechero: porque puede ser que el hijo no pueda probar possession, de su misma persona, y su padre probo de si y padre y abuelo: isto tamen casu est elegans dubiũ, si este hijo dado por pechero, o sus hijos quisiessen pretẽder la hidalguia, no por su persona,] sino ex persona patris, qui obtinuit, & aui, vtrum, possent obtinere? & in nepotibus crederem, [que sin embargo que su padre 4 fuesse declarado por pechero, puedã pretender por la persona y sentencia dela buelo,] argumento textus cũ materia & glossa. in. l. emancipatum. § fi. ff. de senato. & in. l. diuo Marco cum glossa. & doctrina doctorum. C. de quęstionibus, vbi habetur: quod qui non potest gaudere dignitate ex persona patris: gaudet ex persona aui. In ipso vero filio, qui est pater respect nepotum: hoc non auderem dicere cum iam in propria persona sit pronunciatus ignobilis, id est, pechero de vtroque tamen mẽbro inferius latius dicemus: quia videtur articulus dignus

dignus propria disputatione & principali.

5 In fratribus quotidianum est, [que siendo hijos, de vn padre y madre el vno sea dado por hidalgo, y el otro por pechero: porque el vno prueua y el otro no.] Tamen cum eisdem probationibus, non potest ferri diuersa sententia: & si dicatur, vel quæratur, 7 an sententia vnius fratris prosit alteri taliter, quod probata fraternitate obtineat? Respondeo, quod non ex eo, quod cũ ius debeat probari per poss. clarum est, quod quasi possess. vnius, quæ facti est, non est alterius, & isto 6 casu limitantur nouiter, & singulariter illa iura in. l. prima. § final. cum tribus legibus sequentibus. ff. de liber. agnoscend. vbi dicitur, quod sententia vnius fratris, prodest & nocet alijs: nam illud non habet locum in his causis ratione dicta. Vnum tamen sub censura maiorum crederem posse dici, quod quando nobilitatis ius pretenderetur ab vno ex fratribus mediante titulo vero, scilicet, [solar antiguo, o carta executoria de padre, o priuilegio de Rey, que en estos casos la sentencia de vno aprouechasse a los otros sin probar mas de ser hermanos legitimos: porque como aqui conste de titulo q̃ por si solo basta para propriedad sin probança de possession,] vt supra latius diximus, [no ay para que curar de probança de possession, sino se alegasse, que el priuilegio o derecho dela executoria, o solar le hauia perdido por tiempo: cuius probatio incumberet dicenti, quando constaret de priuilegio vel titulo secundũ dispositionem textus in. c. cum personæ de priuileg. libro sexto, vnum tamen est, quòd licèt sententia fratris non noceat, nec prosit totaliter, facit tamen qualem qualem probationem, vel præsumptionẽ secundum tradita per Alexand. in. l. sæpè. ff. de re iud.

Vlterius quæro, & principaliter an sententia lata in fauorẽ patris, vel aui, vel alicuius ex ascendentibus prosit omnibus descendentibus legitimis, & præiudicet toti regno? Respondeo, ista quæstio ex antedictis potest inuestigari: nam si loquimur de sententia possess. tantum, quæ transiuit in rem iudicatam, ista non prodest descẽdentibus, nec nocet toti regno, nisi quantum ad possess. ascendẽtium probandam: si verò loquimur de sententia in proprietate, quæ transiuit in rem iudicatam, videtur dicẽdum, quòd prosit & noceat omnibus per dict. l. i. § final. cum legibus sequentibus. ff. de liber. agnos. Item quia, vt dixi, [los hijos, o nietos pueden pedir sobre carta probando la descendẽcia. Item quia istæ causæ sunt similes causis status, in quibus sententia prodest omnibus: vt in. l. ingenuum. ff. de statu. homi. & per Xuarez in. d. alleg. 27. in principio, & per Alexand. latè in dicta l. sæpè. num. 62. & sequentibus. Item, quiã licèt dubitatum sit, an sententia, qua mater pronunciatur serua noceat filijs, vt in. l. matrem. & in. l. ad probationẽ. C. de probatio. & per Alexan. in. d. l. sæpe tamen de sententia lata in fauorem status non dubitatur. vt per eundem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Alex ibidem. Item quia cum proceſſus ſit factus cum Fiſco procuratore Cæſaris, qui repræſentat in eius perſona totú regnum, cõſequens eſt, quod ſententia noceat toti regnõ.

8 Iſtam concluſionem limita & intellige ſingulariter, vt procedat, & habeat locum concurrentibus quatuor requiſitis, de quibus per Albericum in l. ingenuum, prima columna. ff. de ſtatu homi. Primum, quod ſententia ſit lata contra præſentem, qui ſe defenderit, ſecus ſi contra abſentem & contumacem: quia iſto caſu præſumitur lata magis ob cõtumaciam rei, quàm ob iuſticiam actoris: & ideo nõ nocet, nec facit ius inter omnes, vt in

9 lege qui repudiantis. §. finali. ff. de inofficioſſo teſtam. & in. l. ſi ſeruus plurium. §. primo. ff. de legat. primo. ita Alber. in dict. l. ingenuum. prima columna ad medium, cuius doctrina in his cauſis quotidie allegatur & obſeruatur: nam vbicunque ſententia lata eſt, [en rebeldia del concejo como antiguamente ſe dauan algunas: iſto caſu talis ſententia non faceret ius inter omnes: hodie vero non poteſt dari ſententia [en rebeldia del concejo: porque le compellan a que embie poder y relacion. Y quando ſe apartaſſe, y no quiſieſſe ſeguir la cauſa, ſe hazen las diligencias de la pragmatica de Cordoua, que ſe junten los tres eſtados, o el Fiſcal haze diligencias a coſta del concejo conforme al capitulo de viſita, del Año de quarenta y nueue.] Et eadem ratione dicendum eſt, quòd ſententia lata cõtra particularem, qua declaratur ignobilis, [y le dan por pechero en rebeldia] nõ nocet filijs: nec deſcendentibus, vel agnatis. Et ſi dicatur, [que todas las ſentencias de hidalguias que ſe dan en fauor de algun particular, ſe dan en auſencia de todos los cõcejos del Reyno excepto aquel donde es el vezino: y ſegun eſto] ſententia non deberet nocere niſi tantum illi, & non alijs. Reſpondeo, quod cum perſona Fiſcalis nomine Principis repreſentet totum regnum, id ſufficit, vt noceat, & faciat ius in toto regno, vt dictum eſt, y ſolamente ſe ha de entender en rebeldia de aquel concejo donde biuia al tiempo del pleyto.

10 Secúdum requiſitum eſt, quod proceſſus & cauſa ſit ventillata cum legitimo cõtradictore: nam ſi hoc defuit, ſententia non facit ius inter omnes, vt in l. cum non iuſto. ff. de collu. dete. & in. l. prima. C. de inge. & manu. & in l. cum duobus. ff. de inofficioſ. teſtam. & ideo ſi in his cauſis proceſſus nõ eſt agitatus cum Cæſaris Fiſcale & procuratore communitatis illius loci vbi habet principale domicilium, particularis ſententia non faciet ius: quia iſtæ duæ perſonæ ſimul & non vna ſine alia ſunt legitimi contradictores, vt in allegata. l. ſexta, titulo de los hidalgos libr. 4. ordina. Ideo ſi particularis agitaſſet litem cum procuratore vnius loci, vbi habebat aliqua bona omiſſo procuratore loci, vbi habet principale domicilium, vt ſæpè cauteloſè fit, talis ſententia non faceret ius niſi cum illo ſolo loco, cum quo acta eſt cauſa, non

non cum alio.

11 Tertium, quòd eſt neceſſariũ, quod ſit plenè cognitũ de cauſa in iudicio plenario & principaliter ſup hoc fundato, nã ſi in iudicio ſummario aliquis declararetur nobilis, como antiguamente hazian muchos ſeñores en ſus tierras, y muchos juezes que mandauan dar a las partes informaciõ y cõforme a ella los declarauã por hidalgos, talis ſentẽtia nullum ius facit, tũ quia ſummariè cognitum eſt, tum etiam ex defectu iuriſdictionis, imo ſæpè tales ſententiæ nocent his, in quorum fauorem datæ ſunt: quia poſſeſſ. habita poſt illas nititur ex illis: & non videtur talis, qualis per pragmaticas requiritur, vt dictum eſt. Et in hoc veteri errore etiam hodie ſunt multi moderni & parum practici iudices. Idem eſſet, [ſi para eſcuſarſe vno de entrar en la carcel por deudas, o de ſer pueſto a tormẽto alegaſſe, que es hijo dalgo y dieſſe informacion dello, o para entrar en algun officio, collegio, o cofradia, o para ſubir a los eſtrados:] quia etiam ſi ad iſtos effectus le declaraſſen por tal: talis ſentẽtia nõ faceret ius ex defectu huius requiſiti, ſcilicet, quia fuit iudicium plenarium, nec principale ſuper hoc, nec cauſa fuit agitata cum Fiſcale, & communitate. iſta fallentia probatur ex nota. in. l. prima. C. quorum bono. & in. l. Iulianus. ff. de cond. ind. & ponit eam Alber. vbi ſupra, prima columna.

Quartum & vltimum requiſitum eſt, quod poſt ſententiam nulla colluſio detegatur: nam colluſione detecta vel repertis nouiter inſtrumentis, vel ſuperueniẽte alia cauſa, propter quam de iure ſententia retractetur non faceret ſententia ius, vt dictum eſt in ſupra proxima quæſtione, & patet per totũ titulum. C. &. ff. de collu. dereg. & infra latius dicetur.

12 Poteſt ex eodem Alberic. addi. 5. ſcilicet, quod per ſententiam affirmatiue aliquis declaretur nobilis, ideſt, hijo dalgo: nam ſi ſolum abſoluere-declarar o abſoluer
tur ab impetitione Fiſcalis, & commu- al ſupre-
nitatis, vt aliquando fit, maximè vbi particularis habet rem iudicatam in poſſeſſ. & in petito. non probatur contra eum, nec ipſe probat: iſto caſu talis ſententia non facit ius, niſi inter eas ſolas partes, inter quas litigatum eſt: ideo ſemper & perpetuò remanet ius proprietatis ſaluum a otro qualquier concejo: iſtud probatur ex text. illo nota. in. l. diui fatres. & in. l. ſi ſeruus qui. ff. de libe. cauſ. ibi. dum dicit ſeruum illius non videri. facit textus, cum ibi traditis in. l. ſed ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero. ff. de iureiurando. Ex his ergo, ſcilicet, requiſitis, remanet regula certa cum his limitationibus, de quibus quotidie, vt ſupra diximus, in his cauſis fit mentio, & ideo ſunt notandæ.

SVMMARIVM
Ex capite ſequenti.

1 AN conſenſus uel negligẽtia patris, uel aui, in hic cauſis noceat filijs, uel nepotibus?
2 Tertius oſtendens de iure ſuo, uel intereſſe regulariter admittitur ſe opponens liti.
3 Filius opponẽs ſe liti paternæ, an ſit admittendus?
4 Tertius admiſſus ad litem pro ſuo intereſſe debet admitti

Universidad de Deusto
Biblioteca

in eo ſtatu, quo erat lis. Idem in filio.
5 Vbi minor admittitur pro ſuo intereſſe petita reſtitutione, audítur de nouo.
6 In his cauſis filius uiuente patre, & litigante non poteſt ex perſona ſua iudicium mouere ſuper iure de futuro, niſi ipſe quoq; in collectetur.
7 Tranſactio facta à patre uel auo, cum communitatibus in cauſa immunitatis an noceat filijs, uel nepotibus.
8 Ius nobilitatis, & immunitatis an poſsit expreſſe renuntiari, & ibi agitur de foro Cantabriæ.
9 Ius ſanguinis, uel generis non poteſt remitti expreſſe, nec tacite quo ad præiudicium generis.
10 In iure perfectè cauſato negligentia, uel conſenſus patris non nocet filijs.
11 Media perſona, in qua non fuit continuata nobilitas, uel immunitas, an noceat ſequentibus.
12 Medium inhabile impedit extrema coniungi.
13 Dolus uel culpa patris non debet nocere filijs in cauſa ſtatus: præterquam in crimine maieſtatis.
14 Adducitur lex parti. & ordinamen. in propoſito quæſtionis.
15 In iure non perfectè cauſato conſenſus, uel negligentia patris nocet filijs.
16 Nonnunquam magis nocet conſenſus tacitus, quam expreſſus.
17 Tranſactio de ſoluenda certa parte tributorum præiudicat in totum his caſibus quibus tranſactio nocet.
18 Tranſactio ſuper iure immunitatis & tributorum facta per communitatem ſine Principis ſcientia & conſenſu non præiudicat Principi.
19 Tranſactio ſuper una re uel cum una perſona non nocet alteri.
20 Tranſactio facta ſuper iure immunitatis, & tributorum non tribuit cauſam præſcribendi.
21 Limitatur. l. 1. §. ſi uir. ff. de acqui. poſſ.
22 Per tranſactionem factam ſuper iure tributorum & immunitatis uidetur quis fateri ſe ignobilem.
23 Ius nobilitatis & immunitatis eſt indiuiduum.

CAP. IX.

AN IVS NOBILITATIS & immunitatis poſsit cõſenſu, negligentia, vel tranſactione remitti in totum, vel in partem? & an noceat filijs, vel nepotibus, & Principi? & quando filius poſsit ſe liti paternæ opponere.

VLTERIVS quæro de quæſtione notabili & contingibili, ſcilicet, an ſi pater meus prouocatus ſuper nobilitate ſua & immunitate nolit iudicium ſubire, ſed ſponte velit agnoſcere & ſoluere tributa: vel lite pendẽte deſiſtat à iure ſuo, fortè quia timet litis expenſas, vel dubitat de iure ſuo vel propter ſegnitiem, vel negligentiam vel aliam iuſtam, vel non iuſtã cauſam, fortè quia vult ſibi, ſuoq; generi iniuriam inferre vt in ſimili dicit text. in. l. prima in principio. ff. de liberali cauſa. An filij poſsint reclamare & opponere ſe liti propter ſuum intereſſe & præiudicium. & ſi allegent de iure nobilitatis paternæ, & ſuo proprio, an ſint admittendi? Iſta eſt notabilis quæſtio, & iam habui eam in practica non ſemel, nec bis ſed ſæpè: & licèt in ea videatur prima facie dicendum quod ſecundum regulas ordinarias, quibus habetur, quod omnis perſona, quæ prætendit, vel poteſt in futurum prætendere intereſſe docendo de ipſo ſummariè ſit admittenda ad litem inter alios pendentem ſecundum tradita per Ange. & Doctores. in. l ſi ſuſpecta. ff. de inofficioſ. teſtam. & per Felinum latè in cap. veniens el ſegundo de teſtam. & per eundem in cap. cum ſuper de re iudi. per Bald. notabiliter in authentica. num ſi hæres. C. de litigi. & per Bartol. & Doctores in. l. à ſententia. & in. l. ſi perluſorio.

rio. ff. de appella. & eadem regula, & ratione ſint admittendi filij, cùm prætendant notabile intereſſe & præiudicium ex eo, quod pater ipſorum cedat liti & iuri, vel nolit ſe defendere: tamẽ ex aduerſo videtur, quod nullo modo poſsint admitti ex eo, quod in his cauſis diſpoſitum eſt per pragmaticas [que ſin teſtimonio de prenda ningũ particular pueda poner demãda:] ſed iſti filij non inquietantur, ni les ſacan prendas: ergo non poſſunt prouocare in his cauſis, nec ſunt audiendi.

In hac quæſtione omiſſa diſputatione, quia in hoc opuſculo, vt in præfatione ſum proteſtatus, non eſt meæ intentionis ad oſtentationem, ſed ad vtilitatem tantum ſcribere: nunquam enim mihi placuit argumentorum, & allegationum iuutilis & verboſa profuſio etiã Salmanticæ, vbi ad adoleſcẽtium iuuenilia ingenia ſatis facienda, neceſſarium eſt argumentorum, & allegationum copioſitate oſtẽtationem facere & admirationem inducere, qua tyrones delectentur, & animis capiantur, quod illi ætati, vt alia eſt naturale nugamentum. Quare in ea (ſaluo in omnibus meliori iudicio & maiorum autoritate) ſic crederem dicẽdum, vel diſtinguendum: aut filius pendente, & conteſtato iam iudicio ſuper nobilitate & immunitate patris vult ex perſona ſua, ideſt, eiuſdẽ filij propter ſuũ intereſſe & præiudicium opponere ſe liti allegando nobilitatem & immunitatem propriam ſui ipſius, & vult
3 probare de iure ſuo & non de iure patris: & iſto caſu crederem illum non admittendum propter rationem ſupra dictam, ſcilicet, quia ex perſona ſua non patet illi ingreſſus ad cauſam iſtam ex eo, quia nec ipſe inquietatur, [ni le han ſacado prendas por pechos: como ſe requiere por la pragmatica:] ex eo etiam, quia cum inſtantia patris ſit in eum continuanda, differenda eſt cauſa ipſius, ut ſupra dixi per dict. l. ſi vſum fru. §. fina. ff. de libe. cau. Cùm alijs, aut ipſe filius ſe opponit liti allegando de iure patris: quia forſan ipſe pater neglexit ius ſuum ex aliqua cauſa ex ſupradictis. & iſto caſu tam ex regula ordinaria de tertio oppoſitore, de qua dixi, quàm ex iure ſuo particulari eſt admittendus: de quo iure eſt textus ſingularis & expreſſus in. l. 1. verſiculo, verſa enim vice, cum lege ſequenti. ff. de liber. cauſ. vbi textus in cauſa ſtatus huic ſimili dicit, quod ſi perſona aliqua, quæ vocatur in ſeruitutem, non patitur litigari de conditione ſua: fortè, quia ſibi, ſuoque generi velit in iuriam inferri, permittendũ & ęquum eſt quibuſdam perſonis dare facultatem pro illa litigare, & iudicium ſuſcipere, vt patri pro filio, & filijs pro patribus. Subdit ſingulariter textus, nec enim modica filiorum iniuria eſt ſi parentem ſeruum habeant: ſequitur quoniam ſeruitus eorum: ad dolorem noſtrum (ideſt filiorum) iniuriam, quę ad noſtram porrigitur: eodem ergo iure & ratione dicendũ eſt filios in his nobilitatis cauſis admittẽdos: ne illis per patrem negligentem iniuria inferatur: cum ad dolorem, & iniuriam filiorum ſit ignobilitas parẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum,y que sean dados los padres por pecheros:notissimum enim est, quantum interfit filijs patris nobilitatem & immunitatem negligentia, vel culpa non zelari aut perire,cum ex parentum iure ius ipsorum dependeat: vnũ tamen non omitto,quod isto casu cũ filius non admittatur pro iure suo,sed
4 patris,vt modo dixi, admittẽdus erit ad litem in eo statu, quo illam inuenerit ex text.illo sing.in capi.secundo vt lite pend.lib. 6. & ex communi doctrina & resolutione Doctorum in dict.l.si suspecta,& in.d.capi.veniens, & in locis in simili allegatis. Quod intelligerem,præterquàm si interuenisset collusio, vt per glo.in dict. l. si suspecta, vel nisi pater pro cuius iure filius se opponit,vel ipse filius esset minor , vel haberet beneficiũ restitutio
5 nis speciale. Quo casu etiam tertius, qui venit ad litem auditur de nouo secundum gloss. illam singularem iuncto tex.in.l.si parentes vestri.de euict. C. quæ quotidie adducitur in practica,si vero ante litem contestatam patercedat liti,& eo ipso,[q̃ el concejole pone demanda,y lleua emplazamiento contra el,se rinde , y no quiere litigar,sino llanamente.] idem crederem dicendum , quòd filij admittantur ad docendum de iure patris , vt dixi per eandem rationem , & per supra dicta iura in dict.l.prima.& secunda:quæ in isto casu,idest,ante li.cont.videntur loqui,& ita fuit determinatum in lite & causa[de Martin de la carcel,el de Pareja:el qual se oppuso al pleyto de supadre estando concluso,] & per viam nouæ oppositionis cum restit.[le oyeron y admittieron de nueuo , porque alego,que su padre por pobreza y vejez y enfermedad no auia prouado su derecho,] & fuit admissus : sola enim paupertatis causa admittit tertium opositorem allegantem de iure pauperis per paupertatem omisso. vt in. l. si procuratorem.§.si ignorantes versiculo penult.ff.mand.

Aduertendum tamen est,quòd antequàm admittatur tertius se opponens saltem summariè, debet docere de suo interesse,vt volunt communiter Doct.in d.c.veniens.& in d.c.cum super & in. d. l. à diuo pio.§. si super rebus. Ideo in his causis filius debet docere se filiũ legitimum, [y offrecer se a dar informacion dello:] quo facto admittitur ad allegandum de iure in causa principali & ita quotidie fit.

Nec primæ conclusioni huius quæ
6 stionis, in qua dixi filium non admitti allegantem de iure suo, obstãt tradita per Baccha. Xuarez.in allegat.4. per totam : vbi per plura iura & fundamenta consuluit,quod filius vocatus ad maioratum post mortem patris,potest viuente patre agere de iure suo, quia licèt sit ius de futuro, dependet à iure de præsenti:quo casu potest in iudicium deduci , vt est textus singularis in.l.in lege Aquilia,si delectũ. ff.ad.l. Aquil.& in.l. prima. C. de senten.quæ sine cert. quantita. cum alijs ibi copiosè per eũ adductis.ex quibus videtur, quod eadem ratione filius in vita patris possit agere non tantum de iure nobilitatis paternæ,verum de iure

iure suo proprio. Quia respondeo, quòd omnia iura, & regulæ ibi traditæ limitantur isto casu ex eo quòd in his causis specialiter per pragmaticas dispositum est,quòd nõ detur ingressus particulari ad prouocandum, nisi tunc demum quando inquietatur , & incollectatur, & sibi abstrahuntur pignora pro tributis,[y muestra testimonio bastante de la prenda,] vt supra dictum est.

7 Sed huic supra proximæ quæstioni videtur accedere alia non minus contingibilis, quæ quodammodo videtur illicohærere,scilicet,an si in iudicio filiorum , vel nepotum ex parte Fiscalis,vel communitatis probetur patrẽ, vel auum,vel aliquem de ascendentibus per lineam virilẽ aliquando spontanea voluntate agnouisse , & soluisse tributa,& onera realia,sicut cæteri plebei ignobiles , vel certam partem tributorum mediante pacto , vel transactione aliqua inhita cum communitate:an hoc taliter noceat filijs,vel nepotibus , vel cæteris descendentibus , vt ex eo debeãt succumbere, dato quòd probent dispositum per leges , & pragmaticas.

Et pro parte affirmatiua , quòd illis noceat,videtur ratio inconuincibilis: quia si constat patrem vel auum spõte agnouisse,& soluisse tributa,vel partem eorũ , impossibile videtur , quòd filij vel nepotes possint obtinere inpossessione,vel proprietate,cum non possint probare quasi possessionem, vel immunitatem patris vel aui.

Itẽ,quia ex eo,quòd pater , vel auus agnouerunt, & soluerunt sponte tributa, professi sunt se subiectos & obligatos eorum solutioni sicut cæteri plebei,& ignobiles:& per consequens eorum filij & descendentes videntur onerati & obligati eisdem contributionibus,& difficiliter poterunt se eximere ab eorum obligatione:imo ex tali spontanea solutione , visi sunt illi, qui soluerunt renuntiare suæ nobilitati,& immunitati.vt in. l.prima & secunda.C.de his qui sponte mune. sube.facit textus in.l.fin. eodem titulo: vbi dicitur , quòd homo liber sponte se offerens curiæ, obligat se ad onera ipsius curiæ:ergo eodem iure videtur dicendum eos , qui pacto , vel transactione sponte agnouerunt tributa in totum vel in partẽ, sibi & suis descendentibus præiudicasse.

Huic etiam accedit,quòd singulariter in proposito dicit Platea.in.l.secũda.C.de his qui spon.mune.subc. scilicet,quòd si is qui habet immunitatẽ à collectis patiatur se scribi in libris cõmunis inter eos , qui soluunt illas , & non appellet , nec protestetur de iure suæ immunitatis, ex sola patientia sibi præiudicat,per textum singularem in l.prima.§. si quis tutor cum.§. sequenti ff.quando appellan. sit, quem textũ ad hoc dixit ibi Angel. peregrinum, & communiter ignorari.

Pro contraria tamen parte videntur facere aliæ duæ rationes: vna quia sicut expresse pater,vel auus non potest renuntiare ius nobilitatis in præiudiciũ filiorum, vel ipsiusmet nobilitatis , ita nec tacite consentiendo,vel soluendo

Universidad de Sevilla
Biblioteca

tributa: cum maior sit virtus, & potentia ex pressi, quà taciti: vt in. l. iam hoc iure. ff. de vulga. cum ibi traditis. & in l. precibus. C. de impu. & alijs, latè per Iaſ. in. l. cum quid. ff. si cert. peta. quod autem expresse non possit renuntiare ius nobilitatis, probatur ex text. singulari & regula ibi tradita in. l. alia in. §. eleganter. ff. soluto matrimonio. vbi traditur, quòd iure, vel priuilegio cõpetenti, ratione alicuius qualitatis personalis non potest renuntiari, vt est videre in priuilegio concesso marito, ne cõueniatur vltra quàm facere potest, de quo loquitur ibi text. & de priuilegio competente clericis, de quo in ca. si quis suadente diabolo. 17. quæstione 4. quòd etiam per clericum volentem non potest remitti. vt est text. singularis & vnicus in cap. contingit de sententia excommunicationis, vbi singulariter habetur, quod percutiẽs clericum consentientem pro satisfactione iniuriæ sibi illatę incidit in Canon. si quis suadente: ratio est, quia priuilegium illud est concessum non personis particularibus, sed ordini clericali, ideo nõ potest renũtiari ab ipsis clericis in particulari. Et eadẽ ratione dicẽdum est, quod cum priuilegia nobilitatis sint concessa ipsi nobilitati, non possint remitti, seu renuntiari ab ipsis particularibus. & in huius partis confirmationem faciunt nonnullæ rationes adductæ per dominum Docto. Couarru. lib. 2. Varia. resol. cap. 1. in illa quæstione quam ibi examinat. s. an possit quis renũtiare beneficio cessionis bonorum, & ex hoc aliquando dicitur, quod. ll. 4. & 5 in titul. do los hijos dalgo in ordi. rega. quæ disponunt que el hijo dalgo no sea puesto a question de tormẽto, ni encarcelado por deudas, y que le sea dexado las armas y cauallo, o mula en que anda, y las ropas de su persona y cama en que duerme, y casa en que biue. &c. non possint expresè renuntiari ab ipso, quod an in facti cõtingentia obseruaretur, dubito, quia vidi iam contigisse, & dubitatum fuisse apud Cæsaris auditores hic assistẽtes. Circa quod post primam editionem inueni, quòd gloss. Gregoriana. in. l. 34. titul. fina. partit. 7. vers. de sangre. distinguit inter priuilegium torturæ, & alia supra dicta dicens nobilem non posse renũtiare torturæ priuiligium: cùm non sit dominus membrorum suorum: priuilegiũ vero carceris posse renuntiare. Mouetur ea ratione, quia cum per actum tacitum putà, siẽdo arrendador: o cogedor de los pechos reales puede ser encarcelado vt in. l. 4. tit. 2. lib. 4. ordi. ita etiam per actum expressum renuntiationis: quæ opinio in hoc vltimo mẽbro (salua tanti viri authoritate) mihi maximè dubia est, tum quia ratio superioris mẽbri militat etiam in hoc secundo: nam qui corpus suum obligat perpetuò carceri proculdubio dominiũ sui corporis naturale amittere videtur, tum etiam quia ratio per ipsum adducta de dicta. l. 4. tit. 2. scilicet, que pues por ser arrẽdador, o cogedor pierde el beneficio d̃ la carcel le pueda perder por renunciacion expressa, non omnino concludere videtur, quia illic speciali

speciali fauore redditũ regalium, id dispositum inuenitur, qui specialis casus generale ius incontrariũ firmat, tum etiam quia publicanorum officium alienũ est à nobilitate, nec iuris meretur priuilegium vt supra dictum est, & deniq; quia non est consequentia necessaria id posse renũtiatione expressa fieri, quòd alicui' qualitatis vel officij ratione tacite fit: nõnunquam enim fortiora sunt ea quæ tacito consensu vel re ipsa inducuntur, quã quæ expressis verbis aguntur, vt late per omnes in. l. cum quid. ff. si cert. peta. & in. l. 1. C. qui admitti, & statim latius dicetur infra isto eodẽ capite. nu. 16. & in hac opinione tanquã communi & in praxi recepta residet dictus doctor Couar. li. 2. Varia. Reso. c. 1. nu. 7. vbi plura in id iuriũ argumenta & doctorũ autoritates refert, adeo vt si ipsa carceris renũtiatio iuramẽto sit vallata dubitet an priuilegiũ excludat. Quę opinio hac etiã manifesta ratione cõprobatur quia specialiter concessum est incolis prouinciæ Cantabriæ à Cæsare & Rege nr̃o rescripto & schedula particulari, vt possint incõtractibus & conuentionibus renuntiare iuri nobilitatis quãtũ ad carceris inclusionẽ & non vltra. Ergo citra specialem hãc regis concessionẽ non poterant id facere iure cõmuni, quia frustra precibus impetrarent, quòd iure cõmuni eis cõcederetur, iuxta vulgata. Soli ergo nobiles Cantabriæ speciali hac cõcessione carceris parti preuilegium renũtiare poterunt, in quibus opinio Gregoriana poterit locũ habere. Et quia frequenter in hac Pinciana Chancellaria solet incidenter dubitari de intellectu dictæ prouisionis, libuit hoc loco eius tenorem ad literam inserere, quia non reperitur excusa, & aliqua circa eius obseruationẽ adnotare, quæ non erũt prorsus extranea ab his de quibus modo sermo erat, tenor rescripti talis est.

Doña Iuana, y don Carlos. &c. Salud e gracia sepades que el licenciado Iuã Sãchez de Salzedo, e Martin Martinez de Hercilla, e Iñigo de Guiçaçaga, e Iuan Perez de Murua, en nõbre e como procuradores de las villas e ciudad e tierra llana dl dicho nuestro noble y leal Condado, y Señorio de Vizcaya, nos hizieron relacion por su peticion, diziendo que los vezinos del dicho Cõdado son mercaderes, y personas que continuamente entienden en tratos y mercadurias, y a causa delas leyes de nuestros Reynos, que disponẽ que los hijos dalgo por deudas no puedan ser presos, muchas vezes dexan de pagar lo que deuen, y sabiendo la libertad que tienen, no ponen la diligencia y cuydado q̃ podriã para pagar sus acreedores, de que los vezinos del dicho nuestro Cõdado, y generalmente todos nuestros reynos reciben mucho daño y agrauio. Porẽde que a nos suplicauan e pedian por merced: que para remedio de lo suso dicho, mãdassemos q̃ las leyes de Toledo, Toro, e Alcala, e Madrid, y las otras leyes, q̃ disponen en fauor de los hijos dalgo de nuestros Reynos, para que no puedan ser presas sus personas, ni les sean prendadas sus camas, y casas

Universidad de Deusto
Biblioteca

casas,e armas,e cauallos,las pudiessen renunciar en los contratos, y cõtrataciones:que en qualquier manera se hiziessen,y otorgassen en el dicho Condado,aunque los dichos tratãtes fuessen vezinos y naturales del dicho Cõdado,o defuera del, haziendose en el dicho Condado el tal contrato,y que en el dicho contrato obligacion , y traspasso,e otra qualquier escriptura, que se hiziesse, que renunciassen las dichas leyes, no pudiessen gozar,ni gozassen de tal esencion,e priuilegio, antes fuessen como si no fuessen hijos dalgo,o las deudas fuessen a nos deuidas,o pertenecientes a nuestra camara e fisco:porque de otra manera si las dichas leyes se guardassen indistinctamente, el dicho Condado y sus tratos,y personas contratantes se perderian y se seguiria mucho daño e incõuenientes en toda la tierra del dicho Condado,o como la nuestra merced fuesse.Lo qual visto por los del mi cõsejo e comigo el Rey consultado, fue acordado, q̃ deuiamos demandar dar esta nuestra carta,para vos en la dicha razon.E nos tuuimos lo por bien, por la qual suplicacion e pedimiento, de las dichas villas, ciudad e tierra llana de nuestro Condado , y Señorio de Vizcaya, dimos licencia y facultad a todos los vezinos y moradores, omes hijos dalgo, e a cada vno dellos, que enlos contratos e obligaciones que hizieren en qualquier manera,puedã renunciar e renuncien las dichas leyes, de nuestros reynos,que de yuso se haze mencion e otras qualesquier leyes, que disponẽ en fauor de los hijos dalgo destos dichos nuestros Reynos. Assi aunque las personas,entre quien se otorgare el dicho contrato sean legitimos del dicho Cõdado,como fuera del Condado, que el tal contracto e obligaciones se hagan dentro del dicho nuestro Condado, y Señorio de Vizcaya. Por esta dicha nuestra carta, mandamos a vos las dichas nuestras justicias e a qualquier de vos, que los dichos cõtractos e obligaciones que assi se otorgaren en la forma suso dicha, en que se renunciaren las dichas leyes de nuestros Reynos, que disponen de fauor delos dichos hijos dalgo dellos las executeys e hagays executar quãto con derecho deuays en las personas que en ellas se obligaren, como sino fuessen hijos dalgo sin embargo de las dichas leyes. E porq̃ lo suso dicho sea publico y notorio mandamos q̃ esta nra carta sea pregonada publicamente en el dicho nuestro Cõdado en las villas e ciudad del que fuere necessario por pregonero,e ante escriua no publico,por manera q̃ venga a noticia dellos,e ninguno pueda pretender ignorãcia,e los vnos ni los otros. &c. Dada en la ciudad de Barcelona, a diez y siete dias del mes de Iulio. Año de 1529. *Yo el Rey.*

Est tamen aduertendum, que despues de la data desta prouision, el Año de quinientos y treynta y siete, los vezinos del Condado y Señorio de Vizcaya hizieron copilacion de todos los fueros,vsos,y costumbres,priuilegios,franquezas,y libertades que ellos

ellos tenian, y copilados en vn libro los traxeron a cõsejo real el dicho año de treynta y siete,para que les fuessen confirmados por el Emperador nuestro Señor, segun que por los Reyes sus predecessores les auian sido concedidos y cõfirmados. Y visto el dicho libro y copilacion de fueros,el Emperador nuestro señor los confirmo,entre los quales ay vn fuero y ordenança que expressamente prohibe, q̃ ningun Vizcayno del dicho Cõdado y Señorio de Vizcaya, pueda ser preso por deuda q̃ no descienda de delicto, aunq̃ expressamente aya hecho renũciacion de su hidalguia,]& verba dicti fori,qui est tertius in ordine sub tit. de las entregas y executiones sunt hæc.[

Otrosi por quãto en Vizcaya todos los Vizcaynos son omes hijos dalgo, y por tales conocidos, tenidos y auidos y cõmunmẽte reputados,y an esta do y estã en esta possessiõ vel quasi: de ser hõbres hijos dalgo, no solamente de padre y abuelo: pero de todos sus anteceessores, y de immemorial tiẽpo aca,y entre otros priuilegios y libertades y esenciones dados por su Alteza a los omes hijos dalgo es este. Que por deuda alguna q̃ descieda de delicto,vel quasi no sea preso el tal hidalgo,ni tomada ni executada la casa de sumorada e sus armas,e cauallo,y aeste tal priuilegio expressamẽte por el hidalgo no se puede renũciar. Dixerõ q̃ establesciã por fuero y por ley q̃ por deuda algũa,q̃ no descieda de delicto vel quasi: Vizcayno alguno sea preso ni detẽido en carcel,ni sea executada la casa de su morada ni sus armas ni cauallo,aunq̃ enla tal obligacion,o sentencia,contracto,o escriptura por virtud de q̃ se pide captura del, y execucion de su casa,armas,y cauallo expressamente aya renunciado su hidalguia so pena que allende de ser la dicha execucion ninguna el juez q̃ diere mãdamiento de captura contra Vizcayno, e su casa,e armas,e cauallo caya,e incurra en pena de diez mil marauedis por cada vez q̃ mandare lo cõtrario,repartidos la mitad del para el tal Vizcayno,q̃ fuere mandado prẽder y la otra mitad repartida en dos partes, la vna mitad para los probres del ospital de esse lugar, y la otra mitad para los reparos de los caminos de Vizcaya.]

Qui forus licèt vt aliqui testãtur tantũ obseruet[enla tierrallana deldicho Condado, y no en las villas y ciudad, eo quòd enla jũta general q̃ se hizo para hazer la dicha copilaciõ de fueros, no interuenierõ procuradores de villas y ciudades,sino delas antigleſias] vt ex eo patet, ab alijs tũ contrariũ defendit & sic quòd vniuersaliter in villis,& ciuitatibus comitatus obseruet. Secũdũ quã vniuersalem obseruationẽ dictiforiin hoc regio prętorio latas fuisse sententias certũ est,& certe eõsonant vniuersalia verba posita in titulo libri & fere semp in omni eius parte: [se dize franq̃zas y libertades de loscaualleros hijos dalgo del Señorio de Vizcaya,y parece q̃ si los q̃ copilarõ estos priuilegios y ordenãças del Condado,quisiera q̃ solamẽte se entendierã entre los vezinos y moradores de la tierra

Universidad de Deusto
Biblioteca

la tierra llana pues era cosa tan importante, lo declararā, argumēto.] l.8.§. sin autem ad deficiētis.C.de cad.toll. c. ad audientiam de deci. Quapropter cū verba sint tam vniuersalia, [como es Condado,y Señorio:] nullus locus nec persona totius comitatus cēsetur excluſa, imò comprehendunt omnia loca,villas,& ciuitates contentas intra limites illius prouinciæ & comitatus arg.tex.in l.1.§.cū vrbē.ff.de offi. præfect.vrb.in versi.quicquid & Bald.per illū tex.in consi.286. Rex Romanorū col.4.3.vol.cons.[y ansi por los procuradores de la villa de Bilbao, y de todas las demas villas y ciudades del dicho Cōdado cō poder especial para el effecto esta pedida confirmacion al Rey Catholico,y Reyna Doña Ysabel y al Emperador nuestro señor del dicho fuero y de los priuilegios, frāquezas, y libertades, enel contenidas. En las quales confirmaciones se haze mēcion a cada passo de villas y tierrallana segun por ellas parece q̄ estan en la dicha copilaciō a fojas.52.y.53.] quia tamen iste articulus est facti & etiā nūc lis pendet super isto dubio:& quia etiā secundū primā opinionē latę sunt etiā in hoc regio prętorio sentētię pro nūc lectoribus liberū iudiciū relinquo.Ité videtur expressum, quod liberis non noceat spontanea patris, vel aui munerum solutio, & agnitio, vt est text. in.l final C.de his qui spon.& in.l.penul.eo.ti.Præterea pro hac eadē parte 10 videtur textus expressus qui quotidie adducitur per aduocatos in fauorem huius opinionis in.l.3 in princ ff.de interdictis & relega.cuius verba sunt.

Eū qui ciuitatē amisit nihil aliud iuris adimere liberis, nisi quod ex ipso peruenturum esset ad eos,si intestatus inciuitate moreretur,hoc est,hęreditatem eius, & libertos, & si quid aliud in hoc genere repetiri potest,quæ vero non à patre sed à genere,à ciuitate,à rerū natura ea manere eis incolumia, sequitur ratio:non enim hoc pater sed maiores eius eis dedisse. Ex his verbis videtur,quòd cùm nobilitatis ius descendat in liberos à genere, & nō à patre, non possit tolli per factum patris agnoscentis, vel subeuntis onera, vel tributa, sed remaneat liberis,& descēdentibus incolume, vt supra dicitur. facit text. in.l.si te. C. de ingenuis, & manu. & in.l.diui §.1. ff.de liber. caus. per quæ iura expresse hoc tenent Bal. & Salice.in.l.2.C.quibus res iudi. non noce. Quorū doctrinam sequitur, & confirmat Tiraquellus in tract. nobil. c.37 nu.13. In hac quæstione, omissis aliquibus rationibus,quę pro vtraque parte possunt adduci, ego crederē distinguendum,vel respondendum per duas,vel tres conclusiones, aut ius nobilitatis erat perfectè causatū,& in esse productum antequā pater vel auus suscepissent seu agnouissent sponte onera,vel tributa:puta,quia remota persona istius qui agnouit, poterat tunc cōstare de immemoriali poss. aliorū ascēdentiū,vel de titulo sanguinis, vel priuilegij sanguinis, [digo de solar conocido y antiguo,vel de re iudicata ascēdentiū,que tuuiessen executoria bastāte de hijos dalgo:]& isto casu crederē, quòd

quòd nō noceret litigāti,[q̄ supadre o abuelo se ouiessen allanado apechar:] quia cū ius hoc esset perfectè causatū, & in esse productū ab alijs ascendentibus, & per cōsequens nō deriuetur in litigantē à patre, sed à genere & maioribus,nō pōt prejudicare descendentibus factū patris,vel aui per. d..l.3.ff.de interd.quæ videtur propriè hic vendicare locum:& isto casu possunt intelligi. l. secunda & pen. & fin. C. de his, qui spō.& ibi Plate. 13

11 Nec obstat,si dicatur,quòd ex eo, quod illud ius nobilitatis non est continuarū per patrē, vel auum,in istū nō potest nobilitate maiorū gaudere.arg. text.in.l.diuo Marco. C. de quæsti.ibi dum dicit:si tñ per prioris gradus liberos,per quos id priuilegium ad vlteriorē gradum trāsgreditur, nulla violati pudoris macula aspergit per quem textum cōiter dicitur,quòd dignitas vel priuilegiū ascendentiū ita trāsit, & descendit in descēdentes si in nulla persona intermedia cessauit:ergo eodē iure & ratione videtur dicēdum, quod nobilitatis seu generis ius ita descendat in descendentes,si in nulla persona intermedia cessauit.

12 Item quia, vt dictū est, pragmaticæ expresse videntur dicere, q̄ sea menester probar de padre y abuelo, quod isto casu videtur impossibile:quia me diū in habile impedit extrema cōiungi.l.qui sella.§.in rusticis ff.de seru.rusti præd.cū alijs.Quia ad hāc obiectionē potest multipliciter respōderi. Primo,quòd illa lex loquitur,& intelligitur quando dignitas, vel priuilegium cessauit per delictū patris, vel aui, hic quando sine delicto per solam omissionem,vel negligētiam patris: vel ex eo quod data opera voluit iniuriam liberis & generi inferre, vt aliàs dixit textus in.l 1.ff. de liber. caus. quo casu omissio,vel remissio illorum, vel dolus non debet cæteris nocere:nam iuris regula est ordinaria, factum vel odium paternū non prejudicare filijs.l.si quis in suo. §. legis. C. de inoffi.testa. cum ibi tradi.l.prima: vbi Baldu. & Sali. C. de bonis liber.l.secunda & ibi.Docto. C.de liber. & eorum liber. Et vt ait Statius Poëta in primo Thebaidos.

Patrum nec culpa nepotibus obstat.

facit.l diui fratres.ff.de iure patro. vbi ex nota patris non perdit nepos iurā libertorū aui:nec ex facto patris notatur filius:præterquàm in crimine læsæ Maiestatis diuinæ,vel humanæ. vt in. d.l.quisquis.§ in filijs,& in.c. vergētis de hære.& in. c. si quis cū militibus.6. q.1. Vel aliter,& secūdo,quod ille tex. in.d.l. diuo Marco cū regula ex eo deducta,nō habet locum in nostra conclusione,quando tempore quo cessat dignitas in aliquo gradu vel persona, iam ius dignitatis,vel nobilitatis erat perfectè causatū, & in esse productū ab alijs ascendentibus maioribus, & per cōsequens quæsitum toto generi & posteritati: nā isto casu nihil nocet delictum,vel cessatio patris,vel alicuius personæ intermediæ:cum hoc ius non deferatur à patre, sed à genere & maioribus.vt in dict.l.3. ff. de interdictis, & relega. facit textus singularis in.l.vnū ex fa.ff.de lega secundo.l cohæredi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hæredi §. cum filiæ ff. de vulga. & quotidianus in proposito in. l. emãcipatũ. §. fina. ff. de sena. vbi dicitur, quòd ille qui est filius, & nepos senatoris, etiam si pater amittat dignitatẽ senatoriã, nepos ex persona aui potest illa gaudere, imò si erat cõceptus filius ante casum patris, non nocet illi. Ratio huius vltimi est, quia iam est quæsitum ius filio cõcepto, quòd non potest ab eo tolli. Eadem ergo ratione dicendum est, ꝙ cum tempore quo pater vel auus perduntius nobilitatis per spõtaneam so-
14 lutionem tributorum, sit quęsitum ab alijs maioribus ius hoc, non noceat ęteris descentibus, & istam opinionem cum ratione confirmat. l. 6. tit. 27. par. 2. &. l. 3. tit. 9. lib. 4. ordi. & Moder. post gl. in. l. is qui putat. ff. de acq. hæred. & in. d. l. diuo Marco. & in. d. l. emancipatum §. fin. & Ioan. Lupus de Pala. Rub. in tract. de obten. & reten. in. 5. partit. principali. §. 6. &. 7. vbi alia plura in proposito adducit, quæ hic possent referri si expediret.

15 Secunda conclusio, quando tempore quo pater vel auus agnouerunt & soluerunt onera, vel tributa, non erat ius nobilitatis, vel immunitatis perfectè causatum, & inesse productũ: quia nec illo tẽpore cõstabat de titulo, hoc est, [que viniessen de solar conocido y antiguo, ni de priuilegio: ni teniã carta executoria, nec præscriptio erat perfectè causata ad proprietatẽ, vel possessionẽ dempta persona illius qui tributa soluit. Isto casu sine dubio consensus, vel remissio istius, qui tributa soluit (etiã si aliàs fuisset de genere nobilium) præiudicat litigãti taliter, quòd non poterit obtinere, & isto casu habent locum primæ rationes.

Nec obstat, si dicatur, ꝙ eo casu, (ꝙ iste qui agnouit onera seu tributa vere, & realiter erat de genere nobilium) videtur, quod sicut per expressum cõsensum nõ poterat renũciare iuri nobilitatis, vt dictũ est, ita nec tacitè & per consequens factum vel omissio illius in soluendis spõte tributis non noceat successorib⁹, vel generi: maximè, quia, vt dictũ est, hoc nobilitatis ius deriuatur à genere & maioribus non à patre.

16 Quia respondeo, quòd isto casu non deficit ius, sed probatio: cum nõ possit probari per litigantẽ id, quod requiritur per. ll. & pragmaticas, & cum nõ sit ius quæsitum, sed quærendum, nimirũ si facilius præiudicetur filio per patrem, argumento textus cum sua materia in. l. filius. C. de pactis. vbi in quærẽdis filius, vel seruus potest præiudicare patri, vel domino: licèt non in quæsitis, & vt est vulgare facilius impeditur aliquid, antequam fiat, quàm factum tollatur. vt in. l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iuris, cum similibus. Vel aliter, quod isto casu magis præiudicet consensus tacitus, & solutio spõtanea patris, vel aui, qua mediante visus est agnoscere bonam fidem, & profiteri se obligatum ad onera tributorũ, quàm expressus consensus, qui quidẽ expressus potuit fieri vel adhiberi in odium & in iniuriam filiorum, vel generis, vt dicit. d. l. prima. ff. de libe. cau. per tacitum verò non ita præsumi potest:

quan-

quandoquidẽ nullus præsumatur honoris proprij cõtemptor: nec mirum, si isto casu operetur plus omissio vel consensus tacitus, quàm expressus: ga quædam sunt, quæ perduntur negligentia & facto, quæ non perduntur expresso consensu. vt in. l. cum filius. §. in hac. ff. de verborum obligation. & in. l. aduersus. C. de vsu. facit singularis doctrina Bald. quæ videtur facere ad propositum in. l. prim. in. 27. oppos. C. qui admit. vbi dicit, quod renunciatio alicuius iuris expresse facta: excludit renuntiantem à iure sine prę iudicio tertij: sed negligentia, vel omissio tacita excludit ius, non solum à renuntiante, sed à personis omnibus, & est in rem. Ita videtur hic dicendum, quod expressa renuntiatio nobilitatis vel immunitatis excludat tantum renuntiantem non vero filios, vel descẽdentes cum nõ operetur in præiudiciũ tertij: omissio vero, seu negligentia tacita excludat omnes: facit in confirmatione. l. facta. §. si quis bonorum. ff. ad Trebel. vbi plus præiudicat omissio quàm expressa renuntiatio, facit. l. fin. ff. quis ordo in bono. possess. iuncta. l. fin. in princi. &. §. penul. C. de bonis quæ libe. l. 1. vbi glossa. & Doctor. C. qui admi. l. finali. C. de repu. hære. l. si quis seruus. ff. de iure de liber. & alia plura iura, quæ in hoc propositũ inducit Iason in. l. cum quid, in secunda lectura. num. 10. cum sequentibus. ff. si cert. peta. & ibi alij moderniores, &
17 in. d. l. 1. C. qui admi. & per istas duas cõclusiones videtur resoluta ista quæstio. Potest etiam addi 3. cõclusio, scilicèt, quòd consensus illius, qui sponte agnouit, & soluit tributa, præiudicet illi in possess. iudi. taliter, quod etiã si probet possess. patris & aui, non possit obtinere ex eo, que no podra probar possessiõ suya, & isto casu credo, quod non sit necessarius cõsensus. 30. annorum, vt voluerunt aliqui in cap. cum accessissent de constit. sed sufficiat vnius anni consensus, præterquã si beneficio ætatis, vel ignorantiæ, vel alterius iustæ causæ restitutionem petat aduersus spontaneam solutionem & consensum, et reclamet. An autem per talem spontaneam solutionẽ aliquibus annis vel vicibus factam præiudicet sibi in petitorio iudicio, & sic in proprietate eo casu, quo ad petitorium deberet dari regressus particulari dixi supra. c. 42. par. 3. principalis. versic. & etiam circa. Et huic tertię cõclusioni faciunt dicta supra numer. 7.

17 Sed circa eandem quæro, quid iuris sit, quando per viam transactionis aliquæ personæ obligãt se per expressum consensum & contractum adsoluendam certam partem, vel quoram tributorum, verbi gratia. Si algun cõcejo tratasse pleyto con algunos que pretenden ser hijos dalgo, y por euitar las costas y gastos de los pleytos se concertassen, que todos aquellos que litigan de alli adelante ellos y sus successores pechassen por la tercia, o quarta parte de los pechos, o en otra cierta forma, reseruando a saluo el derecho de ambas las partes, como lo hizieron los Alpharos de Albacete, y otros que litigauan con el cõcejo de-

las Pe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

las Peñas de Sancto Pedro y acaesce muchas vezes.] Quæro de duobus in hac quæstione. Lo primero, an talis trãsactio præiudicet succesſoribus absolute in totum. Lo segundo, an saltem præiudicet, vel releuet, vt ſolum teneãtur ſucceſſores pro illa parte vel quota.

Breuiter ego crederem, & ita conatus ſum defendere, [quando se vio el dicho pleyto de los Alpharos,] quòd talis transactio, etiam cum reſeruatione iuris reciproca omnino, & in totũ, & abſolute præiudicet, & noceat tranſigentibus, & eorum ſucceſſoribus taliter, quod nec ipſi, nec illi prætextu illius, nec iuris reſeruati in futurum poſsint ſe excuſare à tributorum ſolutione in totũ, nec in partem: & quod iſto caſu indiſtincte talis cõſenſus tranſigentium, quãtumuis expreſſus præiudicet omnibus. Moueor ad hanc opinionem ex duobus. Primo, quia cũ ius tributorum principaliter, & ſolum competat, & ſit Regis, vel Principis
18 ex tranſactione facta cum communitate ſine ſcientia & conſenſu, & confirmatione Principis, non potuit illi præiudiciũ inferri ex regula, id quod noſtrum eſt, non poteſt ſine facto noſtro à nobis tolli: facit capi. cum tempore de arbitr. vbi dicitur, quod non tenet compromiſſum ſeu tranſactio facta à particularibus in præiudicium Principis, & ibi Hoſtien. dicit, quod in tangentibus ius Principis non poteſt compromitti. & ibi Abb. numer. 7. qui ex gloſſ. notat, quod priuilegio vel iure libertatis poteſt exemptus renuntiare quantũ ad ſe, ſed non quantum ad ſuperiorem.

19 Secundo, quia tranſactio vel pactum factum cum vna perſona, vel ſuper vna re non extenditur ad aliàs perſonas, vel res. l. ſi vnus. §. ante omnia cum ſimilibus. ff. de pactis. Item quia, cum particulares communitatũ ſint debitores horum tributorum, & contributionum, & Princeps ſit creditor: ex pacto vel tranſactione debitorum non poteſt immutari, nec lædi ius creditorum. l. debitoris. C. de pac. cum alijs, ergo non interueniente cõſenſu & confirmatione Principis nullum ius potuit quæri particularibus ex tranſactione inita & facta cum communitate, maximè cum tranſactio notorie fuerit ipſo iure nulla ex defectu poteſtatis tranſigentiũ, maxime quia ius libertatis ita eſt iunctum iure principis, vt non poſsit ab eo ſeparari per factum communitatis, vt per Baldum & Doctores in dicto capitulo cum tempore, & in capitulo cum olim. & in capit. cum veniſſent de iudi. l. cum oratione. ff. de excuſa. tut. vbi Bal. Decius cõſil. 445. nu. 26. & 27. Iaſ. in. l. miles. nume. primo de re iud. & Feli. in cap. cum olim de præſcript. Bartol. quem vi. in. l. ſi publicanus. §. omnibus de publ. Nec obeſt ſi dicatur: ſi ergo fuit nulla dicendum eſt, quod dato, quod non proſit particularibus non debet nocere, & per conſequens illud ius, quod habebant tẽpore tranſactionis debet illis in actum reſeruari, quia ex contractu nullo nullum ius quæritur, nec perditur, vt in. l. elegan-

ter. ff. de dolo. & in. l qui rem. C. de locato. quia reſpondeo, quod verum eſt, quod ex contractu nullo nullum ius perditur, iſto tamen caſu non perditur ius ex tranſactione: ſed ex eo, quod cum tranſactio neceſſario fuerit facta de rẽ dubia, quod eſt proprium tranſactionis, vt in. l. prima. ff. eodem inneceſſariam conſequentiam ſequitur, quod cum tempore tranſactionis res eſſet dubia, & illo tempore particulares non probauerint ius ſuum, multo minus poterunt illud nunc probare, cum teſtes ex lapſu temporis veriſimiliter erunt iam mortui, nec poſſeſsio, vel quaſi habita poſt tranſactionẽ poteſt illi patrocinari: vt pote quæſita ex inualida cauſa, & nulla. Cum, vt dictum eſt, tranſactio eſſet nulla. Nec obſtabit ſi replicetur, quòd licèt
20 ex contractu nullo non quæratur ius vel dominium, ſaltem quæritur poſſeſsio. vt in. l. prima. §. ſi vir vxori cum ſua materia. ff. de acquir. poſſeſ. & per conſequens ex tali poſſeſsione quæſita per tranſactionem poteſt per tempus à pragmaticis determinatum quęri ius mediante præſcriptione quia re
21 ſpondeo dupliciter: vnomodo, quod regula dict. l. primæ. §. ſi vir. non poteſt habere locum in noſtro caſu, cum in his cauſis reſiſtat ius cõmune poſſeſ. vel quaſi particularium, vt ſupra milies dictum eſt. Secũdo, quod cum Per 1. 6. & 7. titulo de los hijos dalgo, lib. quarto ordin. & per dictas pragmaticas quaſi poſſeſ. particularium in his cauſis, ad hoc vt proſit, debet eſſe ex ſola cauſa nobilitatis, & non ex alia, clare conſtat, quod quaſi poſſeſ. habita ex tranſactione non eſt ſufficiens: cum iſti particulares magis videantur poſt illam fuiſſe in quaſi poſſeſs. immunitatis ratione trãſactionis, quam nobilitatis: & ſic non poſſunt ſe iuuare illa, quia non quaſi poſſederunt iure nobilitatis, ſed iure pacti vel tranſactionis, & ſubſequenter non prodeſt illis ad præſcriptionem. Non tamen nego, quin ſi hi, qui nunc litigant, ſuſcipiendo inſtantiam illorum, qui tranſegerunt, potuiſſent nunc probare titulum illorum, vel quaſi poſſeſſ. tanti temporis ante trãſactionem, qui ſufficeret ad cauſandam præſcriptionem ad poſſeſsionem, vel proprietatem ſecundùm formam pragmaticarum: quod iſto caſu (nõ obſtante tranſactione) obtinerent ex eo, quod dixi in præcedente quæſtione, ſcilicet, quia per cõſenſum expreſſum non potuerunt præiudicare ſucceſſoribus in iure iam cauſato, & perfecte quæſito: licèt per tranſactionem viſi ſint confiteri ſe oneribus & tributis ſubiectos
22 & obligatos, argumento textus in. l. ſecunda. ff. de his qui notant. infamia. & in titul. C. de his qui ſpon. muner. ſubeunt. Imò etiam ſi tranſactio non eſſet nulla, vel inualida ex defectu poteſtatis tranſigentium, alia ratione inualidaretur, vel annullaretur, ex eo, ſcilicet, quia eſt facta ſuper parte, vel quota contributionum ſoluẽdarum: nam cum hæc ſolutio tributorum, vel immunitas eorũ cauſetur, & deriuetur à iure nobilitatis ſeu generis, quod eſt incorporale, videtur, quod non poſsit

Universidad de Deusto
Biblioteca

pro parte remitti, vel constitui, quem admodum seruitutes: & alia iura incorpotalia non possunt pro parte cõstitui, vt in.l.pro parte in principio, & in.§.primo.& in.l.ad certam. ff. de seruit.cum alijs, & patet manifesta & notoria ratione: quia qualitas ista nobilitatis, vel plebeiatus, à qua dependet immunitas, vel obligatio tributorum, non potest diuidi, nec scindi: præter naturam enim & rationem videretur, [que vno fuesse hijodalgo, en
23 parte, y en parte pechero, o que respecto de ciertas cosas fuesse hauido por hidalgo, y respecto de otras por pechero pretendiendo hidalguia de sangre.] Cũ ergo ius nobilitatis sit incorporale, & indiuisibile, illa transactio facta pro parte tributorum est nulla: imò potest dici, quòd illi particulares per solutionem illius partis, vel quotæ præiudicauerint sibi in totum: quia cum ex parte Principis sit fundata intentio mediante iure communi in iure proprietatis & possess. videtur dicẽdum, quod per solutionem partis, conseruetur Principis ius & possess.in totum.vt in.l.si stillicidij.§.fina. cum.ll.sequent.ff. quemad.ser.ami.& ipsi particulares per eandem partis solutionem videantur agnoscere obligationem in totum. vt in.l. cum fidẽ. cum similibus.C. de non nu. pec. nec obstat. l. 3. C. de his qui spon. vbi dicitur, quod spontanea munerum solutio non præiudicat, præterquam in eo, quod fuit solutum nõ in alio munere: imò nec in eodem, nisi duntaxat pro illa vice: quia respondeo, quòd illud est verum, præterquàm quando qualitas illius muneris, quod soluitur, est talis, ex qua infertur ad alia: vt in.l.prima. & secunda eodem titu. & ibi per Plate. qui distinguit, & per hæc videtur his quæstiõibus huc vsq; actitatis mediocriter satisfactum.

SVMMARIVM
Ex capite sequenti.

1 *AN sola possessio nobilitatis & immunitatis sit sufficiens, ut quis non possit incarcerari pro debito ciuili, nec torqueri?*

1 *Verbum sum, es, fui, significat ueram essentiam & proprietatem.*

3 *Possessio uel quasi an operetur, ut quis gaudeat attributis & qualitatibus concessis proprietati, uel alicui qualitati?*

AN EX SOLA QVASI possessione nobilitatis quis gaudeat attributis & qualitatibus proprietatis?

CAP. X.

Et circa istius pragmaticæ practicam occurrunt etiam alia duo dubia, in quibus sunt diuersæ, & variæ opiniones. Primũ est an Fiscalis, vel communitas possint illam petere aduersus aliquem particularem absq; eo, quod moueatur lis? sed tantũmodo, [diziẽdo que fulano vezino de tal lugar siẽdo hombre llano pechero se escusa de pechar por fauores que tiene. &c. que piden que le den prouision inserta la ley del señor Rey Don Henrrique para q̃ pechen. &c. aliqui volunt, que no se pueda dar, sino quando hay pleyto pendiente.] Ego tamẽ semper credidi contrarium per textum in. d. pragma-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tica: que es el capitulo. 39. de las leyes de Madrid inserto en las pragmaticas que claramẽte dize, que no se den prouisiones para que nadie peche, sino fuere a pedimiento del Fiscal y concejo: y habla,]etiam si nõ pendeat lis: [y en el tiempo que fui Fiscal, siempre se me concedio:]Et iustè quidem, quia hoc nihil aliud est quàm petere prouisionem tenore. ll. inserto, quæ quotidie conceditur, [como vemos, que cada dia se dan prouisiones insertas las leyes.] imo quod ampliùs est, hoc est, remedium valde necessarium, & vtile patrimonio Cæsaris & communitatibus: [porque muchas vezes los officiales del concejo no quieren dar poder para poner demandas a sus parientes y amigos, ni ay quien ose hazer delacion, ya esta causa no ay remedio para pedirlos, ni cõpeler los a pechar si no por esta via: en la qual no es menester poder ni delacion.

Secundum dubium est magis dubitabile circa eandem pragmaticã: vtrũ possit dari contra plures simul quod est quotidie in practica, porque cada dia acaece, que el Fiscal pide la dicha pragmatica contra muchos juntamẽte como se pidio los años passados cõtra mas de cien vezinos de Villa nueua de la Serena, y contra mas de ochẽta de Caceres, contra otros tantos de Iaen, y Baeça, y Zalamea, y la Serena, y de otros muchos lugares.

Breuiter receptum est ex communi practica, & stylo, quòd detur contra plures, & ita fit, & factum est præteritis retro tẽporibus, licèt nõnulli ex iudicibus difficiliter hoc concedant: est enim hic articulus scrupulosus & aptus ad suscitandum scandali & seditionis materiam in populis, & ad causandas ciuium diuisiones, quod suumma cum diligentia vitandum est, & maxima cum deliberatione attendendum: vidimus enim plures ex huiusmodi causa gladio interfectos ex parte plebeiorum ex eo quòd pertinaciter in executione dictæ pragmaticæ insisterunt: occasione enim huius pragmaticæ, los de Iaen colgaron de las almenas a Cachiprieto, y en Zalamea mataron con vn passador de noche a Mõtenegro, y en Badajoz, a fulano Piçarro, y en villanueua de Barca rota a Loreço Vazquez, y a otros muchos que han sido en lleuar y executar esta pragmatica cõtra muchos.] Quare cõsultiùs faciet Fiscalis iudicio meo si propter supradictã inconuenientia ne tumultus fiat in populo, & quia difficile est plures simul euellere, vtat in huiusmodi casu cõsilio sapiẽtissimi illius Lusitani ducis Sertorij, qui vt militib⁹ suis ostenderet, quã difficile sit plures simul euellere, & quã facilè singulos separatim, equinæ caudæ pilos, quos aceruatim & simul tyro quidam robustissimus & fortis miles non potuit euellere, cõsilio suo senex alter, & viribus defectus veteranus miles sigillatim facile demit. De quo ait Horatius Flacus epistolarum libro secundo.

Vtor promiscuo caudæque pilos ut equinæ.
Paulatim uello demo unum demo etiam unum.
Dum cadat elisus ratione ruentis acerui.
Qui redit ad fastos & uirtutem æstimat annis.

Ita-

Itaque non passim, nec facile Fiscalis cõtra populorum seu locorum turbam, & multitudinem huius pragmaticæ dispositionẽ postulabit, nec à iudicibus facile cõcedetur, sed cautius, & securius paulatim contra aliquos, vel singulos eam impetrabit.

Est etiam circa huius pragmaticæ dispositionem, & practicam frequens & quotidiana quæstio, & non facilis: an quemadmodum ex illius dispositione particularis durante lite cogitur
5 contribuere (como pechero) & non potest gaudere quasi possessione immunitatis, etiam si tẽpore litis cœptæ esset in ea, vt supra dictum est, an eodem iure & eadem ratione durante lite repellatur ab officijs, quæ de iure, vel consuetudine, vel statuto locorũ solis nobilibus dantur, [como son varas de Alcaldes de hermandad, regimientos, fieldades, y otros que se dan a personas del estado de hijos dalgo.] Et videtur, quòd durante lite nõ possit admitti ad huiusmodi officia, cum ista officia sint accidẽtia & qualitates, quæ fundantur in principali subiecto nobilitatis & personarum: ergo cum ipsa persona non gaudeat, nec habeat ipsam substantiam, & essentiam nobilitatis non poterit gaudere attributis, & qualitatibus illius: cum attributa secundum Philoso. non possint stare sine subiecto, vt in. l. eius, qui in prouincia. ff. si cert. peta. & in. l. decem. ff. de verb. obliga. & in. §. seruus instit. de cap. dimi.

6 Et pro eadem parte faciunt ea, quæ dixi. in. c. 10. 2. partis tertiæ. in illa quæ

officios

stione, an ex sola quasi possessione, quis possit gaudere qualitatibus & attributis proprietatis, quæ omnia possunt hic propriè adduci: nam si ex sola quasi poss. status quis nõ gaudet qualitatibus illius, vt ibi dictum est, dicendũ videtur, [que como estos officios sean de hijos dalgo, no basta estar en possesion de tal para q̃ sea admittido a ellos especialmẽte estãdo pleyto mouido y pendiente sobre la hidalguia.]

Præterea eadem ratione, qua per istam pragmaticam disponitur, quod pendente lite particularis, cogatur contribuere, etiam si sit in figura nobilis, videtur dicendum, quòd non admittatur ad officia nobilium: cum vterque effectus, scilicet, non contribuere, & admitti ad officia nobilium dependeat ab vna eadem causa, scilicet, à iure nobilitatis, quod est vnũ & indiuiduum: ergo eius effectus non potest diuidi, & scindi, ne vna eadem causa diuerso iure cẽseatur, vt in vulgata. l. eum qui ædes. ff. de vsucap. videtur enim rationi & iuri contrarium quòd eadem persona reputaretur nobilis, [y fuesse hauido para tener officios de hidalgo, y para pechar, que es lo principal, fuesse tenido por pechero] & sic, quòd qualitas eadẽ personę, quæ sui natura est indiuidua, diuidere tur cõtra iuris & philosophiæ principia. Nec obstat, quòd ista pragmatica, solamẽte prouee quanto al pechar, & cum sit ius nouum & correctoriũ, non debet extendi iuxta regulas vulgatas textus & Docto. in authen. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles. quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

facilis est responsio & multiplex. Prima, quòd etiam si concederemus eius dispositionem esse nouã & correctoriam, tamen ex identitate rationis posset extendi ad similem, & aliũ casum secundum docto. in dict. auth. quas actiones, & est tex. & glo. ord. in. l. his solis. C. de reuo. dona. & tradunt late docto. in. l. si vero. §. de viro. ff. sol. matrim. & per Ias. & in. §. sequens. nume. 7. de actio. Maxime, quia etiam si iste casus sit omissus à dicta pragmatica, & debeat remenare in dispositione iuris cõmunis iuxta regulã tex. in. l. commodissimè. ff. de liber. & posthu. ex iuris cõmunis dispositione videtur dispositum & expeditũ, quòd pendente lite super statu, vel aliqua status qualitate, vel cõditione qs nõ possit assumi ad officium, vel dignitatem illi statui concernẽtem, v probatur iuribus sequentibus.

Et primo videtur textus expressus in. l. qui status. ff. de re milita. Cuius verba sunt. Qui status controuersiam patiuntur, licet re vera liberi sint, non debent per idem tempus nomen militiæ dare, maxime lite ordinata, siue ex libertate in seruitutem, vel econtra petantur. Hæc sunt verba illius tex. ex quibus videtur, quòd à fortiori in nostro casu, hi qui de nobilitate, & immunitate sua litigant, lite pendente non possint ad nobilitatis officium promoueri: nam si hi, qui re vera liberi sunt & tales nasci naturaliter præsumuntur, vt in. §. libertas institut. de iure natur. & in. l. manumissiones. ff. de iustitia & iure. ex eo solo, quod status controuersiam patiuntur non possunt gaudere iure suæ libertatis, nec quasi possessionis in qua erant, quantumuis illis ius commune & naturale assistat: multominus poterunt gaudere iure immunitatis, & nobilitatis hi, de quibus non constat, an re vera nobiles sint: imo præsumuntur naturaliter plebei & ignobiles, & illis resistit, & contradicit ius commune, vt supra sæpissime dictum est.

Facit in cõfirmationem doctrina Alberici in dict. l. qui status. vbi argumẽto illius text. & per illum dicit, quod si aliquis vocetur ad munera vel collectas, & ipse dicat non teneri ex aliqua causa iusta & manifesta ipsum excusante, nihilominus durante lite non potest excusari, facit glo. in. l. lite ordinata. ff. de liber. caus.

Pro hac etiam eadem parte adduci tur quotidie textus. in. l. reus delatus. ff. de mune. & hono. vbi dicitur, quod durante lite reus non potest ad munera publica eligi. Idem disponitur in. l. si vt proponis. C. quando prouo. non est necesse, vbi pendente lite super decurionatu nõ potest quis eligi ad duũ viratum, facit textus in ca. omnipotẽs de accusat. vbi pendente accusatione nõ potest accusatus ad dignitatẽ promoueri. facit doctrina Barto. & Pauli de Castro, in. l. qui à latronibus. ff. de testam. per quę iura, & rationes, & per aliàs, quæ ad eandem sententiam possunt facile adduci, videtur, quod quẽ admodum per huius pragmaticæ dispositionem dispositum est, quod pẽdente lite super nobilitate, vel immunitate particularis reputatur plebeius & tanquam talis compellitur contribuere, eadem ratione reputetur talis quantum ad officiorum, & aliorum munerum capacitatem, & administrationem. Et hanc eandem opinionem reputat de iure veriorem dominus doctor Couarru à Leyua, lib. primo Variarum Resolutio. cap. 16. numero. 12. vbi adducit plura ex iuribus supra dictis, vltra quæ est etiam considerandũ [q̃ de admittir, a estos tales a los officios se pueden seguir grandes inconuenientes: porque esfuerçan su possession: y como los pleytos son largos muchas vezes se quedá enella: y estoruan el seguimiento dellos.

Pro contraria tamen opinione videtur vna duntaxat ratio, scilicet, quod cum dicta pragmatica speciali quadã ratione videatur in tributis duntaxat prouidere, in quibus, tum quia diuino & humano iure debita, vt in ca. omnis anima de censi. & supra latè dictum est, in secunda parte principali, tum etiam propter eorum grauissimũ præiudiciũ, specialiter disponit, quod lite pendente quantũuis sit in opinione, & quasi possessione nobilitatis, & immunitatis teneatur cõtribuere, maxime cum princeps habeat fundatam intentionem, vt eadem pragmtica dicit: videtur, quòd extra illum casum non habeat locum eius dispositio: maxime, quia in distributione officiorũ non versatur principis præiudicium sicut in tributis.

Articulus hic acriter disputatus est per aduocatos huius Cancellariæ, en el pleyto de los Salzes y Sanchez de ciuda Real, quæ causa tangebat plures & principaliores illius ciuitatis, in quo articulo etiam per auditores adeò dubitatum est, ut nec vnius, nec duarum aularum iudices in vnam sententiam conuenirent: quo factum est, vt fere per omnes senatus viros fuerit decisus. Inter quos maiori parti vltima opinio æquior visa fuit (an iustior quoque dubito) ego illorum minimus facile meam (quanuis fragilem) sententiam hoc loco scriberem, nisi eo nunc idem articulus mihi decidendus esset cum alijs meę aulę auditoribus in causa, [del cõcejo de Bujalance cõ los vezinos de aquella villa.] Quare tacere nunc oportuit, satis est rationes aliquas pro vtraque parte insinuasse, vt mediocriter erudito, & sapienti viam aperiamus, vt sit illa facilior veritatis indagatio.

Ex hoc etiã sequitur quod ad hoc vt quis admittatur ad huiusmodi officia tanquam nobilis, non requiritur ea probatio, quæ per pragmaticas est introducta, sed sufficit ida summaria & minor probatio, cum hic agatur de nobilitate incidenter, argumento doctrinæ illius singularis Bald. in dict. l. non ignorat. C. de his qui accus. non poss. quam supra sæpe retuli.

Vnum tamen est notandum, quod si ante litem cœptam iste particularis, cum quo nunc litigatur, erat electus, vel assumptus ad aliquod officiũ nobilium, isto casu proculdubio non est submouendus, vt est tex. singularis in c. Nonne. 8. quæstione. 4. & glossa. in

Universidad de Deusto
Biblioteca

cap. cum non liceat, vbi Doctores extra de præscri. Abb. in. ca. sciscitatus. 3. colum. de rescript. facit gloss. singularis vbi ibem Abb in. ca. sæpe. de appellat. vbi idem dicitur pendente appellatione: bonus textus. in. l. prima. §. integer. ff. nihil nouo. appella. pen. l. 2. §. fina. ff. de pœnis. l. furti. ff. 1. ff. de his qui not infam. l. eius. §. fin. ff. de testa. cum alijs.

Sequitur et iam, quòd de huius incidentis nobilitatis articulo ad istum officiorum effectum quilibet iudices ordinarij locorum poterunt cognoscere, nec erit necessarium, quòd iste articulus ventiletur apud iudices nobilium, quos dicimus Alcaldes de hijos dalgo, vt colligitur ex his, quę in principio tertiæ partis princip. dicta sunt.

9 Sed circa istam eandem partem dubitatur, vtrum is, qui litigat super immunitate seu nobilitate, & mediante istarum pragmaticarum dispositione priuatus est illa quasi possessione, quã de iure, vel defacto habebat ante litẽ contestatam, possit suspendere iudicium proprietatis intentatum à Fiscale & communitate, & petere, quòd prius, & ante omnia tractetur de possessorio, vt ipse manu teneatur in possessione. Ista quæstio est adeo dubia, vt nec apud scribentes, nec apud iudices certa sentẽtia recepta videatur. Ex eo enim, quòd iste reus spoliatur sua quasi possess. virtute dictę pragmaticæ videtur illum suspendere posse iudicium proprietatis ex regula notissima textus in. l. si quis ad se fundum. C. ad leg. Iul. de vi pub. & in. l. 1. C. si per vim, vel alio modo, & in specie videtur textus expressus in clementina vna de caus. posse. & proprie. vbi reo spoliato conceditur petitorium ab aduersario intentatũ suspendere, & per istum tex. fere omnes Cano. tenuerũt istã opinionẽ, quæ apud eos cõmunis est secundũ Ripã. in. l. naturaliter. §. nihil cõmune, nu. 161. & eam tenuit Abbas in. c. ex cõquestione. de resti. spol. & ibi Docto. idem Abb. in. c. pastoralis. num. 34. de caus. possess. & proprie. Paul. de Castr. consil. 277. libr. primo. col. 2. idem Paul. Cuma. Socin. & Ias. num. 138. in dicto. §. nihil commune. & ibi Corasius numero. 33. & Vincen. de Hercul. numer. 108. Quorum opinio alia etiam ratione coadiuuatur, scilicet, quia exceptio dilatoria, quæ litecontestata incipit competere, potest tunc opponi in vim dilatoriæ capitul. pastoralis, vbi gloss. & Doctor. de exceptio. tex. & Docto. in cap. insinuante. de offi. de leg. Ias. late in. l. ita demũ. 2. colũ. C. de procu. Sed ista suspensio petitorij videtur causata ex eo, quod reus proposuit possessorium lite iam contestata; ergo.

Contrariam opinionem, imò, quòd reus non possit suspendere petitoriũ, tenuit expresse Barto. in dicto. §. nihil commune in quarta cõbinatione, & eius opinionem defendit ibi Aretinus numero. 16. & Alex. nume. 85. & Claudius à Seisello nume. 55. quorum opinionem fatetur esse cõmunem Ias. ibi nume. 137. & Ripa. nume. 161. qui etiã eam sequitur, & pro illa adducunt regulam generalem tex. in capitul. cum dilectus de otdi. cog. scilicet, vt is, qui prius appellat, prius agat. Et tenentes istam opinionem respondent ad text. in dict. clement. vna de causa possess. & proprie, quòd ibi sit casus specialis in odium spoliatoris, & in causis beneficialibus, quam specialitatem nõnulli doctorum nõ admittunt, vt ibidem est videre.

In hac quæstione, dñs doctor. Coua. libr. 1. Variarum resolutionum. ca. 16. nume. 12. cum sequentibus, nititur cõciliare opiniões supra relatas ea distinctione, vt Canonistarum opinio eo casu procedere & saluari possit, quando lite iam cõtestata super petitorio à fiscale & cõmunitate proposito ipse particularis reus ptiuatus est sua quasi possess. & virtute dictæ pragma. captis pignoribus cogitur contribuere. Si vero talis coactio, & pignorũ abstractio contigerit ante litẽ contesta. in ipso litis exordio, vel ante, isto casu Bar. & legistarũ opinio vera sit, vt minime possit reus petitorium suspendere.

Ego tamen vtroque casu Barto. & legistarum opinionem quantum ad nostram quæstionem veriorem esse existimo ea ratione, de qua supra sæpe dictum est, scilicet, quia cũ possessioni, & exemptioni particularis resistat ius cõmune, quo mediante Princeps fundatam habet intentionem, vt in eadẽ pragmatica dicitur, nulla videtur spoliatio, nec iniuria ex eo, quod ante litẽ cõtestatam, vel postea particularis cogatur cõtribuere: iuris enim executio nullam habet iniuriam, vt dicit textus in lege iniuriarum. §. secundo. ff. de iniur. Benefateor dubitabiliorem esse casum, quando lite iam contest. suspensio petitorij petit à reo. [Y assi quãdo despues del pleyto cõtestado se pide cõtra el litigante prouision inserta la pragm. y ley del señor Rey dõ Hẽriq para q̃ peche, y el se agrauia desto y pide q̃ se trate de su poss. porq̃ le han sacado prẽdas por virtud della:] nõnulli maxime autoritatis, & erudionis viri in ea sunt opiniõe, vt suspẽso admitti debeat secundũ opinionẽ Cano. quæ isto casu fortius militare videtur ex eo quod lite pendente nihil innouandũ videatur: certe articulus est dubius, in possunt quo alię rationes pro vtraque parte considerari, de quibus aliorum sit iudicium.

10 Exceptiones autem ex parte rei conuenti solent proponi verbis sequentibus, vel similibus.

Magnificos Señores.

ANTON Perez en nombre de fulano vezino de tal parte, respondiendo a vna demãda puesta a mi parte por el Licenciado Arze de Otalora Fiscal de su Magestad: y por el cõcejo de la dicha villa, en que en effeto por ella dize que mi parte es hombre llano pechero y descendiente de tales: como mas largamẽte enla dicha demanda se cõtiene: cuyo tenor aqui auido por inserto digo, que no se deue hazer cosa alguna de lo que las par-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes contrarias piden, y mi parte ha de ser dado por libre y declarado por hijo dalgo notorio, de solar conoscido por lo siguiente. Lo vno porque la dicha demanda no es puesta por parte ni el remedio que intẽtan les compete, carece de relació verdadera, niego la como en ella se contiene. Lo otro porque mi parte es hijo dalgo notorio de solar conoscido, y assi lo fueron su padre, y abuelo y visabuelo y antepassados, y en tal possess. de hijos dalgo ha estado el dicho mi parte y lo estuuieron el dicho su padre y abuelos y antepassados de tiempo immemorial a esta parte cada vno en su tiempo en los lugares donde biuieron y moraron sin hauer en ello contradicion alguna por ser cosa notoria. Lo otro porque a mi parte y a los dichos su padre y abuelo y antepassados, se les han guardado, y guardan todas las hõrras y franquezas y libertades, y preeminẽcias que se suelen guardar, y guardan a los hijos dalgo notorios de España, y nunca pecharon, ni contribuyeron en ningunos pechos ni seruicios Reales, ni concejiles en que pechan los buenos hombres pecheros por ser notorios hijos dalgo y no por otra causa, ni razon alguna: y como tales ellos y sus deudos hantenido y vsado officios de hijos dalgo, y llegãdo se y juntando se con los hombres hijos dalgo en sus ayuntamientos y juntas, y yuá a las guerras y llamamientos que los Reyes han hecho de los hijos dalgo de sangre siendo siempre auidos y comunmente reputados por tales: por las quales razones y por las que mas de derecho lugar ouieren a vuestras mercedes pido pronuncien al dicho mi parte por tal hijo dalgo notorio como dicho tengo, declarando no hauer lugar la demanda contra el puesta: para lo qual y en lo necessario el officio de vuestras mercedes imploro y pido justicia.]

Libellus iste exceptionum non eget particulari declaratione: cum ex supra dictis manifeste costent singulæ particulæ ipsius.

Articuli vero ex parte Fiscalis, & cõmunitatum facile possunt deduci ex libello: debẽt enim esse tales quòd comprehendãt omnes casus, quibus inducitur probatio seruitutis, & excludant omnem causam immunitatis & exemptionis à reo prætensam, quòd ex facti & personarum, & locorum qualitate & circunstantijs clarius deducetur.

12 Ex parte vero rei debent, esse tales quales diximus in superiori parte, qui facile ex libello exceptionum deduci possunt, ideo hic non refero.

Debet etiam ex parte fisci, & communitatis inuestigari summa cum diligentia an pater, vel auus, vel aliquis ex ascendentibus particularis litigantis aliquo tempore sint descripti in libris, vel matriculis plebeiorum, hoc est, [si en algun timpo han sido empadronados y repartidos con los hõbres buenos pecheros y pedir cõpulsoria para sacar los padrones, y si han salido a los alardes como escusados, o tenido officios de pecheros, sino armados

mados caualleros, o sido cofrades en cofradias de pecheros, o escusados por officios, o por fuero de la tierra, o esencion particular: y traer y presentar todas estas escripturas y otras,] ex quibus possit inuestigari & coniectu rari origo & causa litigantium.

[Y tambien si fueron llamados por el Santo officio de inquisicion pedir compulsoria para sacar las genealogias y cofesiones y sentencias y de positiones] & facere omnes alias diligentias, ex quibus constare possit de veritate causæ, quæ ex meritis processus personarum & locorum colligentur.

SVMMARIVM
Ex capite sequenti.

1 *Matriculæ locorum quæ uulgo appellantur padrones, qualem probationem faciant in his causis.*
2 *Sententiæ antiquæ iudicum incompetẽtium, quibus olim aliqui fuerunt nobiles declarati an noceant, uel prosint in his causis.*
3 *Titulus etiam coloratus tribuit iustam causam præscribendi, etiam contra principem.*
4 *Error iuris an præstet iustam causam præscribendi.*
5 *Deciditur quæstio distinctione ex uerbis pragmaticæ.*
6 *Antiquis temporibus non tam exacte tractabantur istæ causæ.*
7 *Qualiter concipiatur sententia in fauorem fisci, & communitatum.*
8 *An sententia lata contra particularem, quæ transiit in rem iudicatam, noceat eius filijs, & nepotibus.*
9 *Sententia status lata contra matrem, quando noceat filijs.*
10 *An possit præscribi contra sententiam latam in causa status.*
11 *An ad hoc, quod res iudicata noceat particulari, sit necesse, quod sit executioni mandata.*
12 *An ius exequendi in his causis præscribatur uel perdatur tempore à lege 63. Tauri diffinito?*

DE VIRIBVS MATRICVLARVM & aliarum scripturarum, quæ in his causis adducuntur, & de forma sententiæ, quæ in fauorem Fisci profertur, deque eius viribus, & præiudicio respectu filiorum, & descendentium: & an ipsius executio sit necessaria: deque ipsius executionis præscriptione.

CAP. IIII.

1 SED Quia sæpe, tam ex parte Fiscalis, quàm ex parte particularis deducuntur in his causis loco probationum istæ scripturæ, maximè quadernos de padrones antiguos, quæro quanta fides sit illis adhibenda? quia in huiusmodi litibus tales quinterni, & matriculæ sunt grauis considerationis iudicibus. Respondeo, aut tales matriculę sunt inuentæ in archiuis publicis, & sunt factę authoritate iudicum, vel cõmunitatum ab officialibus publicis ad hoc deputatis. Et habent diem & annum, & consulem, & distinctionẽ nobilium, & plebeiorum & exemptorum, & isto casu non dubito, quin faciant plenam fidem, quia nihil illis deest ex his, quæ à iure requiruntur in talibus matriculis secundum tradita per Iaſ. post Barto. & Docto. in l. ad monẽdi. ff. de iureiur. & per Hippol. in rubr. C. de probatio. & per eundem Iaſ. in §. quadrupli. instit. de actio. & per Docto. in authen. adhæc. C. de fide instr. & per Specu. in titul. de instru. editio. & per Cano. in c. cum causam de probat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bat.& in cap. inter dilectos de fide instrū. Et vt clarius hoc percipiatur ab his qui nondum praxim attigerunt, [digo, que si los padrones fuessen hallados en los Archiuos publicos dela villa,o lugar donde es vezino el litigante,o lo fue su padre,o abuelo,o parientes,y tuuiessen dia,mes, y año, y hechos con autoridad y acuerdo de los officiales de concejo: y tuuiessen distincion de estados y personas porque la cabeça dixesse, padron de todos los vezinos de tal lugar, assi pecheros, como hidalgos, y escusados que se hizo tal año siendo Alcaldes,y Regidores fulano,y fula.y tuuiesse nō brado,y señalado a cada vno en su estado diziendo,fulano hijo dalgo, fulano pechero,fulano esento por priuilegio,o por tal officio.En tal caso nodudo,si no que los tales padrones harian fee por todas partes, mayormente si en ellos tuuiesse repartimientode pechos o seruicios,o monedas,y estuuiessen señalados a los pecheros ciertos marauedis,y a los hidalgos,y esentos no:pero si los padrones tuuiessen dia mes, y año y repartimiento de dineros y se hallassen algūos repartidos y otros no:pero no se expressasse depecheros,ni hidalgos, crederem, que si en la margen se hallasse pago,que esta seria probança de ser pechero: imo aū que nose hallasse.Porque aquello que en la margen se pone, pago solamente es para la cuenta del cogedor,y no para escusar al particular quando esta repartido cō los otros: pero aquellos que estan puestos sin tener repartida ninguna quantidad, por esto solo no probaran que son hidalgos sino esta escripto: porque podria ser que no fu essen repartidos por ser officiales publicos,o escusados,o esentos por otra cosa.] Et cum ex parte sua debeat esse probatio concludens,vt in ca.in præsentia.de probat.&in.l.nō hoc.C. vn. cogni.& in l.neque natales.C.de probatio.nō cōcluditur ex eō solo, quòd in dictis matriculis inueniantur sine designatione quantitatis.Non tamen nego,quin aliquomodo eis hoc proficeret:maximè, si ex testium,vel aliarum scripturarum adminiculo ad iuuarentur. Sicut per contrarium non præiudicaret particulari matricula in qua ipse pater vel auus inuenirentur scripti inter plebeios, cum distributione certæ quantitatis illis facta: verbi gratia,[Si enel padrō se hallasse puesto el nombre de algun particular, y en la margen estuuiesse la quantidad q̄ le repartian,como comunmēte estā los padrones, por esto solo sino estuuiesse puesto pago, o se probasse por testigos la paga en dineros,o en prendas voluntariamente,noseria probança bastante cōtra el,ni le præiudicaria el tal padron.] secundum sing.tradita per Cassa.in cōsi.64. vbi videndus est in proposito.bene verum est, quòd & absque probatione solutionis esset vehemens & violenta præsumptio contra litigantem.

Si verò dictæ matriculæ non inueniretur in archiuo publico, nec haberēt officialium expressam autoritatē, nec distinctionem statuum, vel personarum,

rum,sed ex tempore viderentur antiquatę,& sine solennitate.Isto casu iudicum arbitrio meritis causę cōsideratis relinquendum censeo quāta fides illis adhibenda sit:ipsi enim magis scire possunt. Quoad me tamen semper essent magni momenti, maximè in locis rusticanis,vbi sancta rusticitas magis veritatem, quàm iuris solennitatē considerat,[mayormēte si fuessen los padrones antiguos,y d̄ muchos años succesiuos,cierto en aldeas,y lugares pequeños,y de gente rustica, aunque les faltasse alguna solennidad se hauiā mucho de cōsiderar:porque,] vtūtur priuilegio suæ simplicitatis,& nō minus hoc illis concedendum est in actibus viuentium, quàm in elogijs morientium,in quibus illis remittūtur iuris solēnitates,vt in.l.fi.C.de test. & in titul. C. ne rusti. ad vllum obsequium & in.l.iuris igno.C.de iur.& fac.igno.

2 Sed circa hanc partē,quæro de quæstione in qua non semel dubitaui, & circa eam vidi diuersas iudicum opiniones,& in his causis est quęstio quotidie succedēs,scilicet,[si el particular que litiga sobre su hidalguia, o el Fiscal, o concejo presentan alguna sentencia antigua de algun juez ordinario de algū lugar: por la qual parece, que declaro por hijo dalgo al padre, o abuelo del que litiga,o al visabuelo y por virtud della han gozado los hijos y nietos tāto tiempo que han prescripto la propriedad, o possesion, segund lo dispuesto, por la pragmatica de Cordoua.]

3 An talis sententia prosit,vel noceat particulari?& prima facie videt,quòd prosit in vim probationis & tituli, vt adducitur, quia saltem causauit bonā fidem,& dedit iustam causam, vel coloratam præscribendi secundum̄ tradita in. l. celsus. ff. de vsucapio. &per Baldum in hoc eodem proposito in suo tractatu præser.in secunda parte. 5.principalis nu.34.cum sequentibus, vbi concludit post alios, quòd ad præscribendam immunitatem tributorū titulus etiam coloratus cū quasi poss. temporis à iure designati sufficit.

Pro contraria parte videtur. l. ordinamenti.6.in titul. [de los hijos dalgo que dize,q̄ para que la possesion del particularle aprouechepara prescribir en estas causas,se requiere que sea hauida solamente por ser tenidos por hijos dalgo y no por otra causa.] Sed quando habent sententiam tam antiquam,videtur,quòd magis virtute illius,quàm ex nobilitatis titulo fuerint in quasi possess.ergo.

4 [Item, como en estas causas de hidalguia,ninguno sea juez competente,sino los Alcaldes de hijos dalgo,videtur, quòd dicta sententia sit nulla, & per consequens ex ea non potuerit resultare titul.nec effectus quasi possess.nec causa præscriptiōis ex eo, quia particularis,qui virtute talium sententiarum putauit se fore vere nobilem, errauit in iure: & iuris error non dat causam præscribendi secundum late tradita in.ca de quarta.& in.ca.vigilāti,& diligenti de præscrip. & per Bar. in dict.l.Celsus.& per Balb.ibi in repetitione.

Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et ptopter istas vltimas rationes nonnulli ex auditoribus huius Cancellariæ, [han declarado algunos por pecheros: porque no probauan quasi possess. antes de la sententia sino despues, y esta tenian la por viciosa, y no bastante:] alij vero nō solum arbitrantur tales sententias non præiudicare, verùm opinantur proficere exprimis rationibus.

Item, quia adducuntur in vim probationis instrumentalis, [y a la ley del ordenamiento, que dize que la possession sea por solo hauer sido tenidos por hijos dalgo, respōden, que assi es aqui porque la sentencia nō contradicit titulo: pues en ella le declararon por tal hijo dalgo.] Sed contra hoc potest replicari, que aunque no contradiga al titulo, non tamen est sufficiens ad illum, imo præiudicat.

5 In hoc artic. fortè posset dici, quòd si tales sententiæ fuerūt datæ antequā esset condita. l. ordinamēti, quòd isto casu non præiudicent, imo prosint, cū illo tempore nō essent tales sententiæ & probationes annullatæ: si verò fuerunt latę post illam, præiudicēt, & noceant: & hæc distinctio vltra rationē, quàm habet, potest fundari ex dispositione textus in dicta pragmatica, del Rey don Henrique, vbi in articul. possess. habita ratione alicuius sentētiæ fit eadem distinctio.

6 Bene verum est, quòd cum antiquis retro temporibus non fieret tam exquisita diligentia in his causis, sed simpliciter, & bona fide de his ageretur inter partes nō potest negari, quin tales sentētiæ & probationes faciant maximam præsumptionem pro ipso particulari quantum ad veritatem indagandam.

Vlterius principaliter quæro, an isto casu quando Fiscalis, & communitas prouocauit, & particularis solum modo probauit de quasi possess. sua & patris, & aui non tamen de immemoriali taliter, quòd probatio sua tātum extenditur ad obtinendam possess. secundum dispositionē dictę pragmaticę de qua supra: & in ea posset reus obtinere si esset actor: an isto casu possit etiam obtinere in possess. & videtur, quod non, quia, cum ex parte Fiscalis, & cōmunitatis sit deductum iudiciū proprietatis, quòd absorbet possess. nihil releuat reum probatio possess. cum ex parte Principis sit fundata eius intētio in proprietate: & vltra istam rationem videtur casus expressus, in ca. cū ecclesia sutrina de causs. poss. & propr. vbi etiā si clerici. de quibus ibi probauerunt suam quasi poss. nihilominus, quia ex parte canonicorū faciebat ius cōmune & deducta fuerat in iudicio causa proprietatis, clerici succubuerūt Et his rationibus hanc opinionem sequūtur semper, los Alcaldes de hijos dalgo considerando etiam, quòd iudicium metitur ex parte actoris, vt in l. prima. §. fin. ff. si pars hær. peta. & peta. & propter hoc refert valde in his causis prouocare potius, quam prouocari, vt supra dictum est. Auditores vero, vel ex illis plures etiam isto casu, vbi particularis est reus, si probat quasi possess. suā patris & aui ad plurimum ferūt

ferunt sententiam in poss. in ipsius fauorem, quòd licet aliquibus videatur contra iuris cōmunis regulam, de qua supra: potest tamē tribus, vel quatuor rationibus defendi. Prima per textum singularem, de quo supra late dixi in capit. cum venissent. de institu. iuncta doctrina Abb. ibi, vbi etiam si ex parte actoris deducitur iudiciū proprietatis, nihilominus reus, qui probauit de poss. defenditur in ea, quòd ibi reputat valde singulare secundum Abba. & Doctor. ibi.

Secunda ratio sumitur ex verbis pragmaticæ, quæ dum ponit ea, quę sunt necessaria ad probationem & obtentionem proprie. & pos. dicit, quier sea actor, quier sea reo, ex quibus verbis, videtur decidi hoc dubium.

Tertia ratio potest sumi, ex eo, quod cum iste particularis in modum exceptionis deducat titulū nobilitatis, [diziendo que es hijo dalgo de solar conocido: & insuper titulū præscriptionis, diziendo que el y su padre y abuelo han estado en possession de no pechar de tiēpo immemorial a esta parte & per. ll. & pragmaticas, sit distincta causa pos. & proprie. taliter, que para la propriedad se requiere prescripciō de tiempo immemorial, y para la possession basta probar de si, y de padre y abuelo:] videtur, quòd eodē modo debeat obtinere in exceptione possess. probando id, quòd ad illius præscriptionē requiritur, sicut obtineret in propri. si in ea sufficienter probaret cū per. ll. & pragmaticas sit vtrumq; ius principaliter consideratum.

Quarta ratio potest sumi ex regula illa generali, qua dicitur non debet licere actori. & ex alia. Fauorabiliores sunt rei. nam si ex eo, quòd est reus & prouocatus pateretur hoc discrimen, vt succumberet ex probationibus, per quas si esset actor obtineret, quodam modo videretur, quòd illę regulę, vel earum generalitas lęderetur, & quòd esset contra æquitatem hæc distinctio prouocantis & prouocati: licèt huicvltimæ rationi possit responderi, quòd cum huic reo resistat ius cōmune, nō potest suffragari ex ea.

Certe articulus iste non est mihi sine scrupulo, quia in eo in varias itum fuerit sententias, vt etiam obiter adnotauit dictus dominus Doctor Coua. supra dicto. capite. 6. numer. 10. cuius iudicium nō obiter, sed perfectè ego hic desideraui. Ex vtraq; parte vrgent aliqua, quibus ego non plenè possum satisfacere. Et circa illum desidero cōsulere peritiores viros, & non sunt extranea, quæ supra in secunda parte tractaui in illa quæstione, quomodo possit vel debet ferri sentētia, quādo reus habet rē iud. in posse. & petitur in per.

7 Sententia vero in fauorem Fisci, & communitatum concipitur per verba generalia in publico, scilicet, [en el pleyto que es entre fulano Fiscal de su Magestad y el concejo de tal lugar de vna parte, y fulano de la otra, hallamos q̄ el dicho Fiscal, y concejo probarō biē y cumplidamente, &c. y que el dicho fulano no probo sus excepciones, &c. Porēde que deuemos declarar al dicho fulano por hōbre bueno pechero, y

Universidad de Deusto
Biblioteca

ro, y que le denemos condenar y condenamos, a que como tal agora y de aqui adelante peche y contribuya en todos los pechos reales y cõcejiles en que los otros buenos hombres pecheros vezinos del dicho lugar pechan y cõtribuyen y son obligados a pechar y contribuyr, &c. y todas las demas palabras ordinarias y acostumbradas que suelen poner,] de quibus ipsi tabelliones sunt satis instructi. Ideo hic non repeto.

8 Quæro vlterius, an sententia lata contra particularem, quæ transiuit in rem iudicatam, noceat filijs, & nepotibus, & fratribus probata filiatione, vel descendentia, vel fraternitate. Ista quæstio facile potest decidi ex supradictis, & ex traditis per Alexand. in. l. sæpe. ff. de re iudic. ex quibus resolutiue ego crederem, quòd talis sententia non noceret illis in vim sententiæ, vel rei iudicatæ: noceret tamen illis in vim probatiõis taliter, quòd si nepos, vel pronepos probauissent in futurũ quasi possess. ex qua prætenderent possess. vel proprietatem, non possent obtinere ex eo, quòd per dictam sententiam & processum illius constaret contrarium ex antiquioribus testibus, & instrumentis, cum quibus concurrit ius commune: & hoc credo verum, præterquam si ex parte illius particularis plenissime probationibus & antiquissimis instrumentis probaretur titulus nobilitatis maiorum, & quasi possessio tituum personarum à iure requisita tam euidenter & sufficienter, vt sine præiudicio sententiæ, & probationum antiquarum constaret iudicibus de veritate, & iustitia. Isto nanq; casu non obstaret illi dicta sententia, nec in vim rei iudicatæ, neque in vim probationis: cum in materia status, & in causis liberalibus, quibus istæ causę quodammodo assimilantur, sententia contra matrem non noceat filijs, vl nepotibus, vt in. l. finali. C. de lib. causa. & in. l. si vsus fructus. §. 1. ff. de libe. caus. & per Alex. late in dict. l sæpe. Limitarem etiam supradictam conclusionem, prętерquam quando ex parte istius particularis prętẽderetur, & probaretur, quòd ex parte aui, vel proaui, vel illius contra quem olim fuit lata sentẽtia, interuenit collusio, vel tá magna negligentia in probatione, quòd verisimiliter propter hoc succubuit, vel quando omnino non se defendit, nec aliquid probauit ex doctrina Alber. & Doctor. in. l. ingenuum. ff. de statu homi. quam supra in specie retuli in simili quæstione: illis enim casib⁹ de quibus per Albe. ibi, quos superiùs expressi, non dubito, quin talis sententia, vel res iudicata non noceret descẽdentibus, vl fratrib⁹, vel alijs agnatis. 9

10 Quæro in super, an descendentes istius contra quem fuit lata talis sentẽtia, quæ transiuit in rem iudicatã, possint præscribere cõtraillá taliter, quòd per quasi possessio. immunitatis temporis immemorialis possint obtinere in proprietate, vel per quasi possessio. patris, & aui, & sui ipsius sine immemoriali possint obtinere in possess. etiam si constet, quòd proauus fue pronunciado por pechero: & videtur quòd

quòd sic: ex eo, quòd per quasi posse. illius temporis inducitur præscriptio à legibus, & pragmat. simpliciter & absolute. Sed hoc non obstante crederem, quòd nõ possint præscribere proprie. nec possessio. quia isti descendentes, qui verisimiliter scire præsumũtur de lite aui & sententia, sunt in mala fide, tum etiam, quia cum cõstet de origine aui per processum et sententiã illius per cõsequens ex defectu tituli nõ poterũt obtinere maxime in proprietate. Nec obstat, quod probata immemoriali videtur probatus titulus ex regula tex. in. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua. quot. & æstiu. quia ipsa præsumptio vel probatio titu. elidit̃ per sentẽtiã antiquiorem & processum illius: ex qua resultat maior præsumptio quæ tollit minorẽ, vt in. l. diuus. ff. de in integ. rest. Bene fateor, quòd si ab initio litis iste particularis allegasset priuilegium immunitatis, & exẽptionis, & ad ipsius probationem induceret testes, qui deponerent de quasi posse. immunitatis illius & patris, & aui, & concluderent in immemoriali, forsan isto casu posset obtinere ex vi priuilegij ex notatis, & late traditis per Balb. in suo tractatu præscrip. in. 2. part. 5. principa. nu. 34. ad quem in hoc art. me remitto.

Quæro in super, an quẽadmodũ ad hoc, vt prosit res iudicata particulari requiritur, [que por virtud de la sentẽcia y carta executoria aya gozado y estado en quasi posse. conforme a las pragma]. de quibus supra, vtrum eodẽ modo ad hoc, quò noceat requiratur ex parte Fiscalis, & cõmunitatũ, quòd sententia & res iudicata, [que llamamos executoria auida contra el particular, se aya guardado y executado contra el, o alguno de sus hijos, haziẽdoles pechar como a pecheros por virtud de la tal sentencia.] Credo quòd non sit hoc necessarium: cum illud, q̃ dispositum est, per pragma. introductum sit in fauorem Principis, & non inueniatur idem dispositum in casu isto, maximè quia ex parte principis, vt sæpè repetitũ est, afsistat ius cõmune, quo mediante omnes tenentur ad tributorũ solutionẽ: ex parte vero particularis resistit, & ideo ex sola sententia sine vsu, & executione illius, quasi ex solo titulo sine traditione, non quęritur dominium, nec quasi, vt in iuribus vulgatis: verum tamen est, [que las pragmaticas obligan al Fiscal a seguir los pleytos hasta sacar carta executoria contra los vencidos, vt habetur in pragmatica de Medina del Campo del Año. de. 1436. folio. 175. Y esto lo puede y deue hazer, (aunque el concejo, no quiera) a costa del dicho concejo, etiam quando las sentẽcias son dadas en rebeldia, segun la opinion de los Alcaldes de hijos dalgo,] quorum opinio semper mihi fuit suspecta [de parte de las doblas q̃ ellos pretenden: y por tanto yo no seria en sacar carta executoria de las sentẽcias en rebeldia, porque seria grãde costa para los concejos y poco fruto para ellos, y para el Rey: por razõ que como estas sentẽcias dadas en rebeldia, y sin probanças] non faciant ius inter alias 11

Universidad de Deusto
Biblioteca

personas etiam contra filios, vel descẽdentes, ſegũ aquella doctrina de Alb. y todos en la.l.ingenuũ, de ſtat.ho. de quo ſupra dixi, patuę vtilitatis eſſet, [ſacar carta executoria. Y lo miſmo digo quando el litigante ſe allanaſſe durante el pleyto: ſatis enim eſt his caſibus, azer ſacar vn teſtimonio de la ſentencia o allanamiento: o embiarle al concejo del lugar para que le guarden y pongan en los Archiuos.]

12 Poſtremò, quæro de quæſtione noua in hac materia, quàm ego nouiter deduxi in lite ventilata in hac Cancellaria contra los Portillos de villa Rubia. ſcilicet. an. l. 63. in ll. Tauri [que dize que el derecho de executar por acciõ perſonal y executoria dada ſobre ella ſe pierde por. 20. años. &c. aya lugar en eſtas cauſas de hidalguia. Verbi gratia, vno litigo ſobrella, y vuo ſentẽcia, o ſentencias en ſu fauor en poſſeſſiõ: o propri. y no ſaco carta executoria della: o ſi la ſaco no vſo della por 20. años.] Poſtea vero mouetur ſibi, vel filijs ſuis quæſtio ſuper eadẽ cauſa: ipſe opponit de reiudicata, & petit ante omnia. d. ſententiã mãdari executioni vt impediat ingreſſum litis, vel ſaltem non teneatur durante lite ſoluere tributa: certe nunquam vidi, nec audiui dubitatum fuiſſe de hac quæſtione, crederem tamen ſub correctione maiorum, quòd. d. l. Tauri habeat locum in his cauſis, & quòd ſi prædicto caſu per fiſcalem, vel communitatis ſindicum opponatur, vel replicetur contra particularis petitionem, [diziendo que la ſentencia y carta executoria que alega no ſe deue executar: porque ha perdido la fuerça y virtud executiua per tranſcurſum. 20. annorum, quòd obtinerẽt in hoc articulo, y que el particular ſeria obligado a ſeguir el pleyto ordinariamente, y ſolamẽte ſe podria aprouechar de ſu ſentẽcia, y carta executoria:] in vim probationis, & nõ in vim rei iudicatę. Et pro iſta opinione poſſunt adduci pluresrationes iuris, quas ſingulorum conſiderationi relinquo, ex eo, quòd nulla videtur in contrarium, propter quam iſto caſu veniat limitanda dict. l. Tauri: maximè cum dicta pragmatica domini Regis Henrrici, videatur hanc opinionem fauere, ex eo, quòd dicit, [que los que tuuieren ſentencias y cartas executorias, y por virtud dellas vuieren eſtado en poſſeſſion de no pechar, &c. his enim verbis videtur denotari, que la ſentẽcia y carta executoria que no ſe ha executado,] nõ habet vigorem executiuum ex eo, quòd nõ fuit mãdata executioni. Aſsilo alegue, y dixe informãdo en aq̃l pleyto delos Portillos, q̃ tenian ſentẽcia en propriedad. 40. años, y nunca auiã ſacado carta executoria: y agora queriã ſacarla, y vſar della,] quòd ego cõtradicebã. Sed quia in lite iſta dubitabatur etiã de alijs articulis, & erant plures aliæ circũſtantię pro & cõtra, & adhuc pẽdet in gradu ſupplicationis, non refero alias ratiões, nec refero auditorum iudiciũ, vel ſententiam. Satis eſt, [que el pleyto fue remitido por muchas ſalas.

SVM-

SVMMARIVM
Ex capite ſequenti.

1 *An aliquo caſu poſsit reus particularis abſolui quãdo fiſcalis & communitas prouocauerunt?*
2 *An detur regreſſus fiſcali & communitatibus aduerſus particularem, qui obtinuit per rẽ iudicatam?*
3 *Infra quantum tempus poſsit agi de nullitate.*
4 *An his cauſis poſsit conſiderari enormiſsima læſio, ut cõpetat reſtitutio intra. 30. annos.*
5 *Fiſcali nõ currit tẽpus à die notificationis actorũ, ſed à die quo illi traditur proceſſus.*

AN IN HIS CAVSIS FINIto iudicio in fauorẽ particularis detur regreſſus Fiſcali, & intra quod tẽpus, & an in inſtantia reſtitutionis cogatur contribuere.

CAP. V.

1 QVÆRO vlterius, an iſto caſu quando Fiſcus prouocauit, poſſit aliquo caſu abſolui reus per ſententiam ſine aliqua condemnatione? Reſpondeo, quod nõ: quia cum ex parte Principis ſit fundata ipſius intentio: neceſſario eſt condemnandus ipſe particularis, ſi non probauit, quòd tenebatur ſecundum formam pragmaticarum, & cum lite pendente ipſe reus ſoluat tributa, y le ſaquen prendas, ipſamet abſolutio eſſet ſine effectu, [ſino le declaraſſen por hijo dalgo, y le mandaſſen boluer ſus prendas,] & propterea nunquam talis ſententia abſolutoria fertur, niſi eo caſu, quo reus habet rem iudicatam in poſſeſſione: & Fiſcalis, & communitas, qui prouocauerunt in petitorio, non probauerunt ſufficienter, nec ipſe particularis in hoc iudicio proprietatis probauit. Iſto enim caſu aliquando ab aliquibus iudicibus fertur ſententia abſolutoria, vt ſupra dictum eſt, & operatur effectum, de quo ſupra latè dixi, in. part. 3. principa. cap. 5. quæ opinio videtur fundari ex textu illo ſingulari in. l. diui fratres. §. pen. & fina. ff. de lib. cauſ. & per. l. ſed ſi poſſeſſori. ff. de iure iur.

Dubium tamẽ eſt difficile an iſto caſu quo fiſcus prouocauit ad iudicium agens petitorio vt ſemper fit & ipſe particularis reus probauit id quod ad obtinendum in poſſeſſorio neceſſariũ eſt, & petierit ſententiam ferri ſuper poſſeſſorio, an iſto caſu ſententia poſſit ferri in eius fauorem, vt manu teneatur in ſua poſſeſsione: y ſe de por el ſentencia en poſſeſsion general, o particular, & certè de iuris rigore nullatenus ſic poſſe pronuntiari videtur: cum ſententia iſto caſu non eſſet conformis libello, in quo de proprietate duntaxat actum eſt. & hanc opinionem in praxi plures ex vtroque regis prætorio Granatenſi, & Pinciano ſecuti ſunt licèt aliquando ab eiſdem in aliam ſententiam itum ſit vt refert meritiſsimus Archiepiſcopus Doctor Couarru. in lib. primo Reſo. cap. 16. nume. 10. vbi hanc ultimam opinionem ſub dubio admittit, ſi modo ex parte fiſci probatio rei particularis in poſſeſsione contraria probatione nõ diluatur: nam eo caſu quo fiſci procurator aliquid probauerit proculdubio

Universidad de Deusto
Biblioteca

certum est non posse in posſione sententiam ferri.

Quæro etiam, an postquam particularis obtinuit in possessione & propri.& habuit rem iudicatam per se, [y saco carta executoria,] deturregressus Fiscali, vel communitati contra illum. Respondeo, aut quadriennium non est elapsum, & isto casu iure restitutionis potest appellari à sentẽtia, [y pedir que buelua el particular la carta executoria, [præterquã nisi illa sentẽtia fuit in gradu supplicationis, que llamamos reuista, quia à tali sententia (vt notum est) non supplicatur: vel nisi expresse fuerit approbata consensu Fiscalis, & communitatis, quibus fuit intimata. Aut quadriennium est elapsum & tunc non datur regressus, nisi illis casibus, quibus de iure communi datur ad rescindẽdas sententias, scilicet, per viam collusionis: vel si detegatur, quod fuerit lata ex falsis testibus, vel instrumentis, vel dolo iudicantis, de quibus singulis suis locis tractatur, scilicet, titulo de collusi. detegen. & in titulo. C. si ex falsis instrum. & in l. Imperator. ff. de re iudicata. & in lege prima, titulo. 26. partita tertia.

Vnum tamen est notandum, quod durante lite super his articulis, vel aliquo eorum particularis gaudebit, & defendetur in iure & possessione per sententiam quæsito: nec compelletur contribuere lite pendente vigore pragmaticæ, vt est textus singularis. in. l. penult. § primo. ff. de collu. detegen. Cuius verba referam capite sequenti, quod sane intelligẽdum est dummodo ostẽdat rem iudicatam in sui fauorem vel patris, vel aui: & doceat se filiũ vel nepotem legitimum & obseruantiam ipsius sententiæ.

3 De nullitate verò sententiarum poterit tractari intra sexaginta dies, vt in. l. secunda. titulo. 15. libro tertio. ordin. nisi eo casu, quo nullitas esset manifesta, & talis, ex qua resultaret iniquitas & enormis læsio & iniustitia.

4 Nam isto casu, etiam post multum tẽpus, & post plures annos posset agi ratione enormissimæ læsionis, & manifestæ nullitatis, & iniustitiæ, argumento textus singularis. in. l. fina. titulo finali partita sexta. & glossæ ordinariæ. & ibi notatorum in. c. primo. de in integrum. rest. lib. 6. & in. l. secũda. C. de rescin. vend. in authentica Sacramenta puberum. C. si aduersus vendi. & in capit. primo de iureiurand. vbi latè per Felinum.

Est etiam aduertendum, [que al Fiscal no le corre termino para responder, ni apelar, y suplicar de los autos y sentencias que le notifican, hasta que le entreguen el processo, y se le lleuen a su casa, quando el lo respõde assi (vt semper fit) assi esta dispuesto por la ordenança final desta Chancilleria: y por esto siempre el Fiscal a todos los autos y sentencias que le notifican respõde que le lleuẽ el processo y hasta tãto no le corra termino, quod summa cum ratione specialiter ei concessum est, tum propter officij authoritatem, tum etiam propter causarum & negotiorũ multitudinem, quibus non

nõ facile, nec vt decet, posset satisfacere, nisi conueniens temporis spatium ei concederetur, & forsan Cæsaris patrimonium, & ius ipsius periclitaretur, nisi Fiscalis de singulis causis, & negotijs attente & considerate allegasset. Si verò ipse Fiscalis non petat sibi processum tradi (quod raro, vel nunquam facit) currerent illi iudiciorum termini, sicut omnibus particularibus.

SVMMARIVM
Ex capite sequenti.

1 Lite pendente per viam restitutionis à Fiscale impetratæ an particularis qui habuit sententiã quæ transiuit in rem iudicatam compellatur contribuere ex dispositione pragmaticæ.
2 Dispositio legis, nel hominis semel uerificari debet. ibi. & numero. 19.
3 Pragmaticæ dispositio non habet locum quando particularis, qui litigat, habet rem iudicatam pro se, uirtute cuius est in possessione immunitatis.
4 Res uel persona semel liberata ab aliquo onere nõ reincidit in illud, etiam si reiteretur causa.
5 Qualitas semel assumpta perpetuò durat.
6 Lite pendente super collusione iudicij reus gaudet iure & possessione sententiæ, & numero. 22.
7 Beneficium speciale non est considerabile ad tollendum iuris communis effectum ibi. & num. 23.
8 Causa uel actio semel extincta amplius non reuiuiscit.
9 Restitutio in integrum non datur aduersus status mutationem hic, & num. 25.
10 Restitutio non semper datur ad totam causam sed solũ ad appellandum. ibi. & num. 14
11 Restitutio omnia reponit in pristinum statum.
12 Restitutio iustitiæ fortior, & potentior est quam restitutio gratiosa Principis.
13 Appellatio suspendit, nel extinguit sententiæ effectũ.
14 Vide supra nume. 10.
15 Plenius prouidetur per restitutionem, quam per appellationem.
16 Remedium extraordinarium cõcurrit cum ordinario, quando per illud plenius prouidentur.
17 Restitutione aduersus sententiã postulata potest minor probationes & allegationes facere.
18 Restitutione aduersus sententiam impetrata non solũ rescinditur ipsa sententia, uerum sententiæ executio.
19 Vide supra numero secundo.
20 Res quæ reuocabiliter semel est mea potest rursum mea irreuocabiliter fieri.
21 Actiones extinctæ tẽpore sententiæ, nel acceptilatione reuiuiscunt per restitutionem impetratam.
22 Vide supra nu. 6.
23 Remedium speciale in esse & effectu producẽdũ cõsiderabile est, & efficax hic. & nu. 7.
24 Lex uel statutũ simpliciter tollẽs exceptiones, non tollit illas, quæ iure speciali cõpetunt.
25 Libertas non reuocatur per beneficium restitutionis.
26 Merita causæ & circunstantiæ multũ sunt cõsiderãda ad huius quæstionis decisionem.
27 Restitutio malitiosè postulata non est concedenda.

AN PARTICVLARIS, qui obtinuit in causa immunitatis in prima, vel secunda instantia, & habet rem iudicatam in sui fauorem: cogetur cõtribuere pendente rursum lite in gradu restitutionis, & appellationis vigore pragmaticę.

CAP VI.

1 SED circa istam partem, & pro ipsius complemento, quæro de quæstione, quæ proximis præteritis diebus in facti contingentia successit, in cuius decisione non facile iudices interse cõueniebant, scilicet, an si exparte fiscalis, & cõmunitatis impetretur restitutio intra quadriẽnium aduersus sententiam in fauorem particularis latam, quæ transiuit in rem iudicatam, & insimul appelletur ab ea, & prosequantur causam in gradu appellationis, vel supplicationis, & petant particularem cogi, & compelli ad tributorum contributionem durante lite virtute dictæ pragmaticæ, sicut cogebatur in prima instantia ante sentẽtiam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ipse vero particularis dicat, non debere contribuere ex eo, quod per sententiam in sui fauorem latam, quæ transiit in rem iudicatam, semel pronuntiatus est nobilis & immunis, & liberatus ab onere tributorum. Vtrum isto casu lite pendente in gradu appellationis, vel supplicationis cogendus sit cõtribuere vigore dictæ pragmaticæ. Et pro parte particularis, & quod non sit cogendus, videntur facere aliquæ rationes.

2 Prima, quia cùm dispositio dictæ pragmaticæ semel sortita fuerit effectum aduersus istum particularem, quandiu durauit causa in prima instãtia, & eius effectus cessauit per sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, videtur quod rursum non debeat locum habere, sed sufficiat pro prima vice effectum habuisse: argumento textus, & eorum quæ per eum adducuntur in. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. signi. vbi ponitur regula, quod in hominis, vel legis dispositione satis est semel dispositionẽ habuisse effectum. faciunt tradita per Felin. latè in c. secundo de tregua, & pace: & per laso. in. l. quominus. in. 21 quæstione. ff. de flumi. Ergo dispositio istius pragmaticæ, quæ disponit particularem de immunitate, vel nobilitate litigantem, compellendum esse durante lite contribuere: intelligenda est durante prima lite, quæ finita est per sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam: & sic de prima lite, non verò de secunda, quæ per viam restitutionis suscitata est: maximè cum dictæ pragmaticæ dispositio videatur odiosa, & contra iuris communis dispositionem.

3 Præterea per eandem pragmaticam videtur, quod iste particularis isto casu nõ sit compellendus contribuere, quia dicta pragmatica excipit istum casum, scilicet, [quando el tal que litiga tuuiere sentẽtia y carta executoria della, por la qual es pronunciado por hijo dalgo: y por virtud della ha estado en possessió de no pechar, porque en tal caso no quiere que el particular peche, etiam durante lite. Sed hic sumus in isto casu: porque este particular tiene sentencia que passo en cosa juzgada, y executoria della: por la qual fue pronunciado por hijo dalgo y por virtud desto esta en possession de no pechar al tiempo que el Fiscal y cõcejo pide restitucion cõtra la sentẽcia, y appela della. Ergo ex eiusdem pragmaticæ dispositione videt, quod non sit compellendus cõtribuere durante lite in gradu restitutionis, & appellationis.

4 Item facit alia iuris consideratio, scilicet, quando res, seu persona semel liberata & exempta est ab aliquo onere, vel obligatione, non reincidit in tale onus, vel in primam obligationem, etiam si reincidat in primam causam, & cesset causa propterquã exempta, vel liberata est, de hoc est textus in. l. fina. C. de remiss. pigno. quem dicit ibi Bald. alibi non reperiri, & Salice. dicit esse singularem, & à multis ignorari. vbi dicitur, quod res semel liberata ab onere, & obligatione hypothecæ nõ recidit in primam causam, & obligationem,

tionem, etiam si reuertatur in potestatem debitoris, cuius bona præsentia & futura erãt generaliter obligata: ea sola ratione, quia semel fuit liberata à tali onere, & obligatione. facit textus singularis, quem doctores valde commendãt in materia transmissionis in. l. videamus, versiculo sufficit. ff. de cò quod metus causa, vbi dicitur satis esse rem semel acquisisse aliquam qualitatem, vt perpetuo illã conseruet. Verba textus sunt. Sufficit enim semel peruenisse ad proximum hæredẽ, vt perpetua actio esse cœperit, & per illum textum dicunt docto. quod licet hæ- 6
reditas non adita regulariter nõ transmittatur nisi ex potentia suitatis sanguinis & iuris deliberandi. vt in. l. tertia. & in. l. quoniam sororem & in. l. si infanti. & in. l. cum antiquioribus. C. de iure delibe. & in. l. vnica. C. de his qui ante aper. tabulas. & in. l. vnica. §. in nouissimo. C. de cadu. tollen. & in. l. ventre. & in. l. cum quidam. § suum. ff. de acquir. hære. & in. l. apud hostes. C. de suis & legi. hære. tamen si semel fuit transmissa, semper remanet transmisibilis, & perpetuo inest ei ista qualitas, & ad istam conclusionem, & regulam commendauit illum textum Socinus in. l. qui duos. §. primo. ff. de rebus dubijs.

De personis autem est textus notabilis in. l. qui liberatus. ff. de adoptio. & in. l. homo liber. ff. de statu homi. & in. l. secunda. ff. si ingenuus esse dica. vbi habetur, quod personæ status seu qualitas semel mutata non reitera tur, etiam si cesset causa: cum ergo, & in rebus & in personis habeamus istã regulam, quod qualitas semel assumpta vel acquisita non perditur etiam cessante causa, dicendũ videtur, quod eo ipso, quod iste particularis per sententiam nobilitatis, & immunitatis, quæ transiuit in rem iudicatam liberatus fuit ab onere tributorum, & pronuntiatus fuerit nobilis & immunis, & per consequens assumpserit qualitatem nobilitatis, non sit compellendus redire ad tributorum solutionem maximè lite pendente per restitutionis beneficium instaurata

Facit etiam in huiusmet partis confirmationem textus singularis in. l. pe. ff. de collu. detege. vbi singulariter dicitur, quod si causa semel finita per sententiã, resuscitetur per viam collusionis allegatæ, mediante qua peritur rescisio sententiæ, quòd isto casu lite pendente super collusione ea persona, quæ per sententiam pronuntiata est ingenua, debet esse, & manu teneri in possessione, vel quasi, ingenuitatis. verba illius textus sunt.

Si libertinus per collusionem fuerit pronuntiatus ingenuus collusione detecta in quibusdam causis quasi libertinus incipit esse. Sequitur, & facit, medio tamen tempore, idest, antequã collusio detegatur, & post sentẽtiam de ingenuitate latam vtique quasi ingenus accipitur. Hæc sunt verba tex. ex quibus videtur, quòd quemadmodum lite per collusionẽ suscitata reus tuẽdus est in poss. ingenuitatis quam per sentẽtiam habet: ita in nostro casu lite per in integrum restitutionem rei

Universidad de Deusto
Biblioteca

terata particularis defendendus sit in quasi posse.immunitatis,& non compellendus contribuere.

Item facit alia iuris cõsideratio. Beneficium speciale,nunquam est in cõsideratione,vt tollat, vel impediat iuris communis effectum:textus est reputatus singularis in.l quarta.quæ incipit ergo §.si is qui.qui est. § primus. ff.de fidei commiss.liberta.vbi dicitur, quòd restitutio,quæ beneficio speciali potest competere,non est in consideratione,vt tollat seu impediat iuris communis effectum: facit textus singularis in.l.si minor. ff. de acquirend. hæred.vbi notabiliter dicitur,quòd si minor beneficio ætatis restituatur aduersus hæreditatis aditionem ab ipso factam,isto casu portio sua vacãs per abstensionem beneficio ætatis factam nõ accrescit cohæredi inuito,licèt aliàs si iure ordinario esset repudiata accresceret, & sic beneficium speciale non mutat, nec alterat ius quæsitũ per ius commune. Ita ergo dici potest in nostra quæstione,scilicet, vt beneficium speciale restitutionis impetratę à Fiscale & Sindico communitatis non sit in consideratione:vt impediat vel faciat cessare effectum iuris communis per sententiam quæsitum, hoc est,statum immunitatis seu nobilitatis.

Præterea pro eadem parte potest adduci regula illa iuris, qua dispositum est semel extinctam causam amplius non suscitari vulgata.l.qui res.§. areã. ff.de solu.l.inter stipulãtem.§ sacram. vbi latè per Modernos. ff. de verbor. oblig.facit textus singularis in. l. eius, qui delatorem.§.finali.ff. de iure fisci. vbi singulariter habetur actiones semel aditione extinctas non suscitari etiam si aditio inefficax, & inutilis fuerit.& illum textum commendant Moderni in dict.§.sacram. facit textus in.l.si seruus.la segunda.ff.de actio. & oblig. vbi in nostro proposito singulariter dicitur,quod si homo liber effectus sit seruus pœnæ propter delictũ, vel in seruitutem pristinam redactus propter ingratitudinem, & rursum ad libertatem indulgentia, & beneficio principis restitutus, non propter ea redit,aut reincidit in primæuas creditorum suorum obligationes: ita ergo dicendum videtur, in hoc casu quod per restitutionis auxilium à Fiscale impetratum iste particularis non reincidat in obligationẽ priorem soluendi tributa lite pendente,à qua liberatus fuit semel per sententiam quæ transiuit in rem iudicatam. Dispositio enim & effectus pragmaticæ, quamdiante lite pendente cogebatur cõtribuere,per sententiam semel fuit extinctus:& ideo etiam renouata causa nõ potest reuiuiscere ex supra dicta regula.facit etiam textus in.l. cum seruus ff.de adimen. lega. vbi dicitur quod seruus semel per alienationem liberatus à legato, non reincidit in causam legati etiam si rursum reuertatur in testatoris potestatem & dominium.

Item restitutio in integrum non o-
9 peratur aduersus actum, per quem immutatur status alicuius. vt in.l. si ex causa.§. Papinianus. ff. de minoribus,vbi textus assignando rationem suæ

suæ decisiõis dicit.Et hoc merito.quoniam res nõ capit restitutionem cum statum mutat: & licèt ratio textus dicat,quoniam res, loquitur tamen de persona:cuius status mutatur non de re: & ibi exponenda est litera, quoniam res, idest, quoniam persona, si cut alias exponitur in capit. primo de consti.vbi dicit textus, rem quæ culpa caret, idest, personam, quæ culpa caret: facit etiam textus in eadem.l.in §.fina.& in.l.minor se.§.minor. ff. eodem titulo, vbi non datur restitutio, quando persona mutauit statum. Cũ ergo in hac quæstione videatur quodammodo immmutatus status istius particularis, vel eius qualitas, ex eo quod per sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, pronuntiatus fuit nobilis, videtur, quod vigore restitutionis non reponatur in statum primum,in quo erat ante sententiam:& per consequens, quod non teneatur
1 contribuere durante lite vigore dictę pragmaticæ, maximè quia ex sententia pro se lata habet præsumptionem iuris ad coadiuuandam quasi possessionem immunitatis:quia virtute eiusdem pragmaticæ spoliatus quodammodo fuit lite pendente:ex sententia enim,vt notum est,inducitur præsumptio.l. herẽnius. §.gaia. ff. de euictio. Si ergo ante sentẽtiam dubitabile est, vtrum dicta pragmatica procedat secundum ius commune, in quantum lite pendente cogit particulares litigantes contribuere, vt supra disputatum est, & dura reputatur eius decisio, durior & dubitabilior videtur isto casu,quo particularis habet proferem iudicatam.

10 Præterea videtur, quod dicta restitutio non reponat istum particularẽ omnino in priorem statum, in quo erat ante sentẽtiã:quia restitutio, quę isto casu impetratur à Fiscale, nõ est aduersus totam causam & sentẽtiam, sed solum aduersus appellationem omissam:in cuius omissione fuit læsus: quo casu ad appellandum tantum restituitur.vt in.l.& si fine.§ item si non prouocauit.ff.de mino.ergo ex hac restitutione non est tota vis & effectus sententiæ & rei iudicatæ rescindẽdus sed solum reponendus est Fiscalis in statu,quo posset appellare.Lõge enim differt restitui ad totam causam, vel solum ad appellandum. vt est textus, vbi glo. magistralis.in .l. fina. ff. de in integ.resti.& in clementi. vna eodem titulo.

1 Finaliter pro ista parte videtur text. expressus in. l. vna.C. in integrum resti.postu.nequid noui fiat. vbi specialiter disponitur, nihil esse nouandum pendẽte causa restitutionis. & per illum textum,& alias rationes eandem opinionem videtur tenere Abb. & Anto.in cap.suscitata.de in integ.rest. in fina.colum. vbi Abbas. in terminis huius quæstionis videtur concludere quod licet petitio restitutionis impediat executionem secundum glos.illã singularem in dict.l.vna. C. de in integ.resti.postu. & in.l.prima. ff. nihil noua.appel. pend. & secundum Docto.in d.c.suscitata. Tamen si restitutio petitur post factam executionem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non reuocatur executio ex sola restitutionis petitione, sed expectatur finis litis, quia factum legitime non debet retractari, vt in regula factum legitimè, de regu. iur. libro. 6. ergo per illum textum in dict. l. vnica iuncta doctrina Abb. & Anto. videtur ista quæstio determinanda secundum istam opinionem.

11 Hæc & aliæ rationes possunt adduci pro parte negatiua, & in fauorem particularis: vt lite pendente in gradu restitutionis, vel appellationis non sit vigore pragmaticæ compellendus cõ tribuere. Quibus non obstantibus oppositam opinionem veriorem de iure credo, imo quod restitutione per Fiscalem intra quadriennium impetrata vel postulata: particularis cõpellatur ex dictæ pragmaticæ dispositione contribuere, durante lite in gradu appellationis, vel supplicationis, sicut ante sentẽtiam compellebatur, & pro hac opinione possent cõsiderari rationes sequentes.

Primo, illa iuris regula, qua vulgo traditur restitutionem esse prioris status reintegrationem. vt in vulgata. l. quod si minor. §. restitutio. ff. de minor. certum enim est omne illud restitutionem restituere, quòd per læsionem, vel sententiã ablatum est: sed per sententiam Cæsaris patrimonium læsum est in eo, quod particularis liberatus est à tributorum præstatione lite pendente, ergo per restitutionem debet eorundem tributorum solutionẽ durante lite consequi, aliàs enim non esset restitutio prioris status repositio: confirmatur ista ratio ex textu illo singulari in. l. siue libertus. ff. de iure patro. vbi notabiliter dicitur, quòd si per deportationem patris filius consequutus fuit ius patronatus libertorũ: ipso patre restituto ex Principis indulgentia, filius priuatur iure patronatus, & tale ius redit ad patrem. Si ergo restitutio Principis gratiosa adeo reponit causam in primo statu, vt tollat ius quæsitum tertio, vt ibi dicitur, quanto magis per restitutionem iuris, quæ fortior est, restituetur res in primæuã

12 causam. Quod autem iuris restitutio fortior sit quàm Principis, probatur per textum in. l. quod si minor. §. Sceuola. ff. de mino. per que omnes moderni. in. l. gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu. affirmant hanc cõclusionem dicentes, quòd licèt per restitutionem Principis non semper tollatur ius alteri quæsitum, tamen per iuris restitutionẽ semper tollitur ius alteri quæsitum, & reponitur res in pristinam causam, & statum facit textus in lege prima. §. filio. ff. ad tertulli. & in. l. prima. §. fina cum lege sequenti. ff. de bono. possess. contra tabul. late & subtiliter per Fort. Garc. in dict §. quid si tantum. colum. 61. cum sequentibus.

Secundo in eandem partem potest adduci textus singularis in. l. fina. C. de sententiam passis & restitu. vbi singulariter dicitur, quòd si per deportationem patris filius effectus est sui iuris & consequutus suarum rerum administrationem, patre restituto reincidit in eius potestatem, & eius testamẽtum

tum irritatur. &c. ergo eadem iuris ratione dicendum est, hunc particularem, qui mediante sententia liberatus erat à tributorum præstatione debere in pristinum statum reponi restitutione aduersus sententiam impetrata: tantum enim ad restitutionem indulgentia valet quantum ad correctionẽ sententia valuit, inquit Imperator in. d. l. 1. circa finem. C. de sententiã passis.

13 Præterea considero pro hac eadem parte rationem, cui iudicio meo nõ facile potest responderi: scilicet, Fiscalis in ipso restitutionis libello appellat à sententia in particularis fauorem lata, vt patet, & est ordinarium: sed ipsa appellatio vel suspendit, vel omnino extinguit sententiæ effectum secundum latissimè tradita per Bald. & modern. in. l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pactis per textum ibi. & in lege prima. § fina. ff. ad Turpilli. cum similibus. ergo si per restitutionem, & appellationem insimul interpositam suspensus, vel extinctus est sententiæ, & rei iudicatæ effectus. dicendum, & fatendum videtur ipsum particularem reponi debere in pristinum statum ante sententiam, & per consequens compellendum ad tributorum præstationem lite pendente, sicut ante sententiam.

14 Nec obstat si dicatur, Fiscalem ad solam appellationem interponendã restitui, nõ ad totã causam, vt dictũ est: quia hoc falsum est, imo ad totam causam verum est ipsum restitui, cum vtatur beneficio minoris (vt notum est) qui quidem minor nõ tantum ad appellandum, sed ad totam causam restituitur, vt est textus expressus. in. l. fina. vbi glo. magistra. ff. de in integrum resti. & ibi Bartol. & probatur in. l. prima & secunda. C. si aduer. rem iudica. & dato quòd ad solam appellationem interponedam restitueretur, eo ipso, quòd appellat, suspendit, vel extinguit effectum sententiæ, vt supra dictum est: maximè, quia etiam, vbi minor vel Fiscus potest appellare, potest etiam aduersus ipsam sententiam

15 restitui, quia plenius prouidetur per restitutionem, quàm per appellationem, quia restitutio potest coram eodem iudice postulari, & prosequi: sed appellatio coram superiore tãtum debet prosequi.

Item per appellationem non potest quis allegare exceptionẽ dilatoriam, quam omisit, vt in. l ita demum. C. de procu. sed per restitutionem potest eã opponere, vt in. l. minor viginti quinque annis omissam allegationem. ff. de mino. sunt etiam aliæ differentiæ, ex quibus colligitur plenius, & vtilius prouideri per restitutionem, quã per appellationem: qua ratione datur restitutio, quòd est remedium extraordinarium, etiam vbi competit appellatio, quòd est ordinarium, & sic limitatur regula vulgata textus, in. l.

16 in causæ la. segunda. ff. de minoribus. ita magistraliter Barto. in. l. fina. secunda columna. C. si aduer. rem iudica. Imo amplius, dicit singulariter idem Barto. in. l. prima, secunda colum. eodem titulo, quòd si minor, vel Fiscus læsus sit non tantum ex sententia, sed

quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia nó fecit probationes, restituetur
17 aduersus omissam allegationem, & probationes, etiam si iam sit lata sentẽtia, quæ transiuit, in rem iudicatam. Cuius doctrina solet adduci ad declarationem l. de Madrid. 17. quæ loquitur intra quantum tempus debeat peti restitutio aduersus allegationem vel probationem omissam.

18 Item pro hac parte facit textus expressus, & notabilis qui in terminis videtur decidere hanc quæstionem in l. si ex causa. ff. de mino. vbi singulariter disponitur, quòd restitutione impetrata aduersus sententiam non solum impeditur effectus sententiæ, verùm reuocatur, & rescinditur ipsius sententiæ executio taliter, quòd si ex causa iudicati capta sunt pignora, & distracta eo ipso quod aduersus sentrentiam minor restituitur, reuocat pignora alienata, nec sat est illi restitui pretiũ illorum: sed ipsamet pignorum corpora sunt illi restituenda. Si ergo per restitutionem aduersus sententiam non tantum rescinditur ipsa sententia, verum ipsius sententiæ executio, & aduocantur à iustis possessoribus res alienatæ, quanto magis in nostra quæstione restitutione postulata rescinde tur, & reuocabitur effectus, & executio sententiæ: ex qua particularis iste liberationem à tributorum præstatione, ad quam lite pendente virtute pragmaticæ compellebatur, consequutus est. Et certè sola huius legis dispositio sufficere videtur ad huius quæstionis decisionem, cum difficultas illius solum cosistere videatur in eo, an executio sententiæ retractaretur restitutione aduersus sententiam impetrata, nec huic l. videtur posse responderi.

Et tenendo istam partem, quæ mihi magis iuridica videtur, quanuis in hac nostra regali Cancellaria aliquan-
19 do opposita obtinuerit, & ad præsens in gradu supplicationis à primis iudicibus ad secundos remissa pendeat. Non obstant rationes, & fundamenta pro prima opinione adducta. nam regula illa. l. boues. in. §. hoc sermone. ff. de verbor. signific. qua dicitur legis, vel hominis dispositionem, prima dũ taxat vice verificari, multipliciter intelligitur, & limitatur maximè, quando dispositio non fuit sortita effectũ irreuocabiliter: quia isto casu si ex aliqua causa fuit reuocata, rursum verificari debet: ita notant Docto. maximè Felin. in dict. capit. secundo de tregua & pace. & Iaso in. d. l. quominus. 21. quæstione. ff. de flumini. non enim potest dici dispositionem legis verificatam fuisse quando non durauit effectus sed reuocatus fuit: verba enim cũ effectu accipienda sunt vt in. l. 4. §. cõdemnatum. ff. de re iudic. & in. l. prima. §. patrimo. ff. quod quisque iuris. facit optime textus in. l. in bello. §. si quis seruum, cum. §. sequenti ff. de capti. & post limi. reuc. ubi disponitur, quòd seruus à me redemptus, quise-
20 mel per redemptionem factus est meus reuocabiliter, potest rursum effici meus per vsucapionem irreuocabiliter, licet regulare sit rem semel meam, non posse amplius effici meam. vt in.

vt in. l. sequitur. §. lana. ff. de vsucapio. cum similibus. Ita ergo dici potest in proposito, quòd licet per sententiam in fauorem particularis latam, quæ transiuit in rem iudicatam, semel sortita fuerit effectum huius pragmaticæ dispositio durante prima lite: tamen ex eo, quòd per restitutionem impetratam à Fiscale non fuit sortita effectum irreuocabiliter, imo effectus & executio rei iudicatę reuocatus est, & lis rursum restaurata, rursum quoque durante lite in gradu restitutionis, & appellationis particularis cogẽdus est contribuere, & pragmaticæ dispositio exequi.

Et eadem consideratione potest responderi ad ipsius pragmaticæ dispositionem, & sic ad secundam rationẽ, quòd illud quod in ea dicitur, que el q̃ tuuiere carta executoria, y por virtud della estuuiere en possessíon de no pechar, no sea compellido, se entiẽda de la sentẽcia y executoria, que no se pue de reuocar, y perpetuamente passo en cosa juzgada:] non tamen de illa, quæ per restitutionem, & appellationem potest reuocari vt hic. Sententia enim à qua est appellatum, vel potest appellari non habet vim sententiæ cum per appellationem suspendatur, vel extin gatur effectus ipsius. vt supra dictũ est: facit textus in. l. si quis filio. §. eius qui. ff. de iniusto rupto irrit. que fact. testamen. & in. §. hi autem omnes eiusdem legis cum alijs similibus, de quibus per Baldum in dicta lege tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact.

Eodem etiam fundamento respon-
detur ad tertiam rationem, in qua dicebatur, quòd res, vel persona semel liberata ab aliquo onere, vel obligatione non reincidit in illam, etiam si reiteretur prima causa, & cesset causa liberationis: quia illa regula similiter locum habet, quando perpetuo & irreuocabiliter persona liberata est, secus quando reuocabiliter, vt in nostro casu.

Et eadem etiam solutione satisfit regulæ traditæ de. l. qui res. §. aream. ff. de solu. cum similibus, vbi vulgariter dicitur semel extinctum ius vel actionem non reuiuiscere: illud enim verum est, si semel irreuocabiliter sit extinctum, secus si reuocabiliter vt hic, & ita tradunt moderni in dicta. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verborum obligationi. & in nostro eodem pro
21 posito sunt iura expressa, quibus dicitur extinctas actiones tempore, vel acceptilatione, vel sententia reuiuiscere restitutione impetrata à minore. vt in. l. patri pro filio. §. si minor. & in lege etiã, & in. l. fi. ff. de mino. cũ alijs.

Ad textum vero in lege penulti. ff. de collusi. detegenda. facilis est respõsio: nam licet per iudicium motum
22 ex causa collusionis non reponatur ingenuus in priorem causam, illud est quia collusio non suspendit, nec extinguit pronuntiatum, nec vires sententiæ, nec habet illud iudicium dependentiam à primo: ideo nil mirum si non alteret effectum sententiæ, nec reponat personam in priorem causam: secus tamen est quando restitutio est impetrata aduersus sententiam, & in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

& insimul appellatio interposita, quo casu omnia reponuntur in pristinum statum, vt supra dictum est: maior enim est vis appellationis, & restitutionis quàm collusionis secũdum Bal dum in Rubrica. & in.l.pe.C.de collu. detegen.in iudicio nãque collusionis solum agitur de collusione detegenda & sic de facto simulato: in iudicio verò restitutionis,& de facto & de iure, vt patet.

Ad illam autem rationem, qua dicebam beneficiũ speciale,quale est beneficium restitutionis,nõ esse in cõsideratione vt tollat ius quæsitum, vel effectum dispositionis,responderi potest,illud procedere antequãtalebene ficium speciale impetretur:nam potẽtia illius non est cõsiderabilis,vt in iuribus allegatis.Secus tamẽ est, quãdo
23 tale beneficium speciale est in esse deductum,& impetratum, hoc enim casu nulli dubium,nisi quòd est considerabile & magni effectus adeò, vt reponat omnia in pristinum statum, vt dictum est, & probatur in toto titulo. ff. de minorib. & in proposito est glosſ. nota & singularis, vbi moderni notant,in.l.postquam liti.C.de pactis.vbi dicit textus, quòd postquam liti renuntiatum est, non datur ad eã regressus vllo iuris remedio,dicit glo. remedio ordinario:secus vero speciali per restitutionem: quia isto casu etiam si liti sit renuntiatum,& causa finita, potest instaurari mediante iure speciali.Ita glosſ.ibi in verbo nulla ratio & per illã glossam dicunt Doctor. quòd licèt statuto caueatur,quòd contra sententiam,quę transiuit in rem iudicatam, vel contra instrumẽtum garentitium non possit opponi aliqua exceptio ad impediendam executionem,vt etiam legibus nostri regni cauetur,vt in.l tertia & quarta titulo de las excepciones lib.3.ordina.

24 Illud intelligitur de exceptiõe, quæ competit de iure communi, secus si iure speciali,de quo late per Bach.Rodec.Xuarez, in repetitione.l.postrem iudicatam .ff.de re iudi.facit glosſ. ordinaria,& quod per eã dicunt Doctores ibi in.l.si parentes vestri.C.de euicti.Ita ergo dicendum est in proposito, quòd beneficium speciale restitutionis impetratæ sit in consideratione, & efficax ad reuocandum effectũ & executionem sententiæ,& rei iudicatæ,taliter quòd vigore ipsius particularis reponatur in primęuum statũ, & cogatur lite pendente contribuere.

25 Ad aliud autem fundamentum, per quod dicebam restitutionem nõ operari aduersus mutationem status. vt in.l.si ex causa. §. Papinianus. ff. de minori. cum similibus. vbi textus dicit.Quoniam res non capit restitutionem,cum statum mutat: facilis est responsio:loquitur enim ille textus, & similia iura, quando status mutatus est de seruitute in libertatem: quo casu fauore libertatis non datur minori restitutio aduersus libertatem, vt possit eam retractare & reducere personã ad statum seruitutis, & etiam quia libertas semel data nõ potest retractari,vt in .§ . semel autem causa approbata institu. qui.ex cauſ. maio. non licet nisi

cet nisi ex ingratitudine, vel alia causa à iure expressa,& in.l.prima. C. si aduer. liber.

Item alia ratione,quia aduersus sententiam libertatis non datur restitutio sed tantum appellatio,vt in.l. fina. C. si aduer. liber. in nostro vero casu,& appellatio & restitutio competit, vt patet.

Illi autem rationi, qua dicebatur in hac quæstione restitutionem solum competere ad appellationem interponendam, & non aduersus sententiam vel eius effectum, vel executionem, iam satis factum est in tertio fundamẽto pro vltima parte supra adducto: nec enim verum est ad appellandum tantum restitutionem competere,sed etiam ad totam causam.vt in.l.fina.ff. de in integrum restitutione. Imo aduersus ipsius sententiæ executionem. vt in dict.l.si ex causa.ff. de minori. & supra dictum est.

Posteriori autẽ fundamẽto, quòd videtur præ ceteris vrgere,responderi facile potest,nihil esse nouandum in minoris præiudicium,vel illius qui restitutionem postulat, in ipsius vero fauorem bene potest inuocari:& ita illum textum videtur intelligere glosſ. ibi.Vel aliter, quòd illa regula locum habeat quando restitutio est postulata,nõ tamen concessa, & quando potest denegari, quòd non est in nostro casu:quia eo ipso, quòd per Fiscalem petitur,cõceditur:nec aliquo casu potest denegari,nec est necessaria causæ cognitio,vt patet eo ipso, quòd impetratur,constat de læsione, & mediante appel. simul interposita,vel suspendenda,vel reuocanda est executio sententiæ,vt supra dictum est per dictam legem,si ex causa. ff. de mino. Doctrina vero Abb. & Anto. eisdem rationibus excluditur, nec isto casu potest habere locum stante dispositione pragmaticæ:maximè quia cõtrariũ tenuerũt domini de Rota,decisi.366.vt ipse refert, quorum opinio verior videtur.

Ex quibus iudicio meo verior videtur hæc vltima pars, quæ mihi non fuisset adeo dubia,vt disputatione esset examinanda, nisi in facti contingentia à nonnullis huius nostri senatus grauissimis iudicibus in dubitationem vsque adeo fuisset per ducta, vt in eius decisione non facile conuenirent,sed ad secũdæ, & tertiæ aulæ iudices remissa, quorum virorum authoritas & iudicium solum me dubitare fecerunt.

26 Vnum tamen posset me in vnam vel in aliam partẽ inclinare,quòd forsan quamlibet opinionem posset iustificare,scilicet,circũstãtię ipsius causæ,& merita processus. Si enim ex actis constaret particularẽ per copiosas & veras probationes obtinuisse, & instrumentis antiquis, & efficacibus, & validissimis præsumptionibus suam iustitiam fulcitam esse:Fiscalẽ vero ad communitatis suggestionem, & importunationem forsan ex nonullorum malitia(vt sæpe fit) restitutionem impetrasse, nullamq; nouam causam & legitimam probationem in promptu illum nunc habere:isto casu forte admitterem primam opinionem, cũ in in-

in integrũ restitutio malicioſe poſtu-
27 lata admittenda non ſit, vt in capit. ſciſcitata de in integrũ reſtit. cum ſimilibus, ſi vero probationes particularis vel debiles, vel ſuſpectæ fuiſſent, & ex parte Fiſcalis, & communitatis non prætenderetur malitia, ſed vera, & iuſta cauſa litem reſtaurandi proculdubio vltimæ parti, & ſic meæ opinioni fortius inhærerem.

SEQVITVR Quarta Pars Principalis.

SVMMARIVM

Ex capite ſequenti.

1 SOlus Princeps poteſt nobilitatis priuilegia concedere.
2 Quilibet non recognoſcens ſuperiorem poteſt ſubditis immunitatem concedere.
3 Quotuplex reperiatur priuilegium immunitatis, & nobilitatis.
4 Qualia priuilegia dicantur inclusa in corpore iuris.
5 Præſtantior eſt generis nobilitas, quàm priuilegij.
6 Priuilegium militiæ quotupliciter reperiatur, & in quo differant.
7 Vulgus opinatur milites armatos honorabiliores eſſe nobilibus genere.
8 Milites armati an teneantur ad monetam foreram, & quam immunitatem habeant.
9 Priuilegia nobilium ex genere & militum armatorum differunt in multis.
10 Milites armati, an poſſint torqueri & incarcerari propter debitum pecuniarium.

DE NOBILITATE per priuilegium quæſita, & à quo poſsit concedi, & quotupliciter: & an differat à priuilegijs militum armatorum.

CAP. I.

ET QVIA IN Iſta quarta parte eſt tractandum de immunitate cõ-
1 petente ex cauſa priuilegij. Primo quærendum eſt, quis poſsit concedere priuilegium immunitatis, & nobilitatis. Et facile reſpondetur, quòd ſolus Princeps poteſt nobilitatis priuilegia concedere, & eximere perſonas à tributorum, ſeu collectarum obligatione, & onere, ad quod generaliter omnes tenentur, vt late dictum eſt, in prima parte huius operis: nam cũ ius tributorum ſit regale, ipſe Rex poteſt illud ad libitum remittere: & hanc cõcluſionem vt indubitatã poſuit Bart. & Doctor. in l. prima. in 9. colum. C. de dignita. in expoſitione diffinitiõis Bald in l. ſacrilegij C. de diuer. reſcri. facit tex. in capitulo cum redemptor. duodecima quæſtione ſecunda, & in l. ſecunda. & fina. ff. de nata. reſtitu. & late tradit Caſſaneus in Cata. in octaua parte principali per totam, maximè conſidera. decima ſeptima. & Bonus de Curt. in ſuo tractatu parte tertia. & Tiraquellus in ſuo tractatu nobilita. Et hanc nobilitatem poteſt cõcedere Princeps viuus, vt expreſſe dicit. l. ſext. [titulo delos galardones partita ſecunda. a donde la ley dize, que los Reyes en galardon y merced pueden dar nobleza y hõrra de hijos dalgo a los que no lo fueren, &c.] mediãte priuilegio, propter aliqua ſeruitia, vel bene merita perſonarum. Idem dicit.

dicit. l. 10. titulo. 18. partit. 3. poſſunt etiam Principes nobilitatem largiri mediãte legũm diſpoſitione propter aliquas cauſas in legibus expreſſas, vt in titulo. C. de dignit. & ponit Barto. in dict. l. 1. in. 9. colũ. Et hoc intelligo de quocunq; Rege, vel principe nõ re-
2 cognoſcente ſuperiorem, & de quacũque ciuitate habente poteſtatem legem condendi, vt ponit idem Barto. vbi ſupra, & probatur in. l. prima circa principium, & in l. vt gradatim. §. primo. ff. de mune. & hono. Citra nobilitatem vero nedum ipſe Princeps non recognoſcẽs ſuperiorem: verùm quilibet dominus inferior poteſt in ſuis locis concedere ſuis ſubditis, vel ſingulis illorum exemptionem, & immunitatem tributorum ſibi debitorũ cũ ius percipiendi talia tributa ſit ſuũ in particulari, & poſsint illud libere remittere.

Id vero, quod ſupra dixi, quod ſolus Princeps, vel dominus non recognoſcens ſuperiorem poteſt nobilitatem concedere, intelligendũ eſt ſanè, id eſt, vt poſsit priuilegium nobilitatis cõcedere: quia nobilitatem ipſam eſſentialiter non poteſt alicui cõcedere: cum talis nobilitas deriuetur à claro parentum ſanguine, & virtutibus 3
à maioribus deriuatis & in ſucceſſores cõtinuatis, quod fere naturale eſt & non accidentale, nec conceſsibile propter quòd refert Apophthegma illud Sigiſmundi Alber. Soceri. Imperatoris, de quo ſupra, qui cuidam ruſtico ignobili poſtulanti, vt illum nobilem faceret, ſapienter reſpõdiſſe fertur, exemptum quidem te faciam: nobilem vero non poſſum cum ſis ignobilis. De quo apophthegmate meminit Eraſm. in Apoph. & Caſſaneus in Cata. in octaua part. 17 conſidera. impoſsibile enim eſt, vt ignobilis obſcuris parentibus natus, à Principe vel à lege poſsit nobilis realiter conſtitui: licèt poſsit nobilitatis priuilegio donari, vti in propoſito oſtendit Mexia in ſuo nobilia. ca. 32. libr. 2. & iſta nobilitas per priuilegium conceſſa dici poteſt datiua, non natiua: cũ non habeat materiam ptæ exiſtentem, vt alias de actionibus dicit Barto. in l. 1. ff. de con dict. in debi. & ibi eſt etiam notandum quod licèt princeps poſsit ius nobilitatis per priuilegium concedere, tamẽ priuilegia conceſſa extra regnum Hiſpaniæ per Cæſarem noſtrum in terris imperij fuerunt ſuſpẽſa, Año. 1517 ad petitionẽ procuratorum regni, [y fue dada prouiſion, para que dentro de ſeſenta dias ſe traxeſsẽ à preſentar, y los que dentro deſte termino, no ſe preſentaſſen no valieſſen: las quales cedulas y prouiſion eſtauan preſentadas enel pleyto de Iuan Garcia, y Martin Garcia, de Seuilla, vezinos de Vinueſa.

Secundo principaliter quæro, quo tuplex reperiatur priuilegium circa nobilitatem, vel exemptionem tributorum? Reſpondeo, quòd duplex, quoddam incluſum in corpore iuris, quoddã extra iuris corpus incluſũ. In corpore iuris largo modo põt dici ipſa lex, & ipſæ pragm. quibus cõceditur priuilegium ſpeciale [a los hijosdalgo

Universidad de Deusto
Biblioteca

de ſangre y ſolar conocido que no pe
che,]eũ de iure cõmuni generaliter o
mnes teneantur ſubire onera tributo-
rum,vt ſupra late dictum eſt.Item po
teſt dici priuilegium incluſum in cor
pore iuris illud,quòd habent illi, qui
numero filiorum vl̃ propter alias cau
ſas à iure expreſſas excuſantur :de qui
bus in titulo de vac. munier.ff. & in ti-
tulo de excuſa.artifi. cum titulis proxi-
mis,& in titulo de los eſentos, y eſ-
cuſados libr. 4. ordi. licèt proprie iſti
non dicantur habere priuilegium no-
bilitatis,ſed exemptionis.[El qual ſo-
lamente ſe eſtiende y platica,quanto a
monedas y no quanto a otros pechos
como ſe dize en la ley ſegunda, titulo
de los eſentos libr.4.ordin. Y en la pra
gmatica de los Reyes catholicos,dada
en Seuilla Año de.4 7 8.in vetere pra- 4
gmat.con tal que los tales eſten ſalua
dos enel quaderno de las monedas,
vt in eadem.l.& pragmat.continetur.
aunque los priuilegios de eſencion ex
preſſa,y eſpecialmente digan que los
quita,y haze eſentos de todo pecho y
pedido,y moneda,y moneda forera, y
otros qualeſquier pechos,y aũque ſeã
cõcedidos,y eſcuſados,a y gleſias, mo
neſterios,ciudades,y villas,y aſsi ſe pi-
dio a ſu Mageſtad lo declaraſſe, y por
ſu mandado ſe cõſulto el Año de cin-
quenta proximo paſſado,y el Año de
quarẽta y tres de ãres, y al acuerdo de
ſus audiencias parecio ſe deuian entẽ
der aſsi los dichos priuilegios, y ſer e-
ſto conforme a las leyes y pragmati-
cas,que enello hablã que ſon la dicha
pragmatica de Seuilla,del año.1 4 7 8.
con las precedentes.]Illud vero eſt pri
uilegium non incluſum in copore iu-
ris,quòd particulariter alicui perſonæ
vel officio,vel communitati à Princi-
pe viuo conceditur, propter aliquam
particularem cauſam, putà [el que el
Rey concede a alguna perſona parti-
cular por algun ſeruicio, o el que ſe cõ 3
cede a algũ pueblo,como el de Siman
cas,o Valderas,o el delos mõteros de
Eſpinoſa,y otros tales, que los Reyes
paſſados hã cõcedido.]Iſta talia priui-
legia,& alia huiuſmodi nõ ſunt inclu-
ſa in iuris corpore,ſed potius poſſunt
dici particularia, & reſpectiua, licèt
de aliquibus cautum eſt, in. ll. regni,
[como ſon el de Simancas,y Valderas
y de los mõteros:]& iſto reſpectu lar-
go modo poſſent dici in cluſa in cor-
pore iuris:proprijſsime vero illud po-
teſt dici priuilegium nõ incluſum in-
corpore iuris:quòd conceditur, alicui
perſonæ particulari propter aliquam
cauſam particularem:de quo, nec per
ius commune,neque per. ll. regni vel
pragmaticas aliquid cautũ eſt. Et hu-
iuſmodi priuilegia ſunt etiam in du-
plici differentia,quædam ſunt,quę ap
pellantur priuilegios de hidalguia, a-
lia vero appellantur priuilegios de ca-
ualleria,& de his,duobus eſt frequens
& quotidianꝰ vſus in iſta materia.] Pri
uilegio de hidalguia es aquel, por el
qual el Principe en ſu Reyno dize, q̃
por hazer bien y merced a fulano, y
por buenos y leales ſeruicios, que del
o de ſu padre, o abuelos ha recebido,
le haze hijo dalgo de ſolar conocido
de deuengar quinientos ſueldos, ſe-
gun

gun fuero de Eſpaña,&c.y quiere que
ſea hauido por tal: bien aſsi como ſi
por ſentencia de Alcaldes de hijos dal
go en juyzio hecho con el Fiſcal, y
con el procurador del concejo don-
de es vezino, fueſſe declarado por tal
por ſentencia paſſada en coſa juzga-
da,&c.con todas las otras clauſulas, y
firmezas,que ſe ſuelen y acoſtumbran
poner en ſemejantes priuilegios. Y
eſte es el mejor y mas valioſo priuile-
gio, que en eſta materia ſe puede dar
y conceder: porque por el ſe concede
y gozan todas las honras, fran-
quezas,y libertades,]quibus gaudent
illi,[qui vere ſunt hijos dalgo de ſan-
gre y ſolar,licet quantum ad perſona-
rum æſtimationem longe honorabi-
lius,ſit,ſer hijo dalgo de ſangre,y ſo-
lar,que ſer lo de priuilegio,tanto quã
5 to præſtat,& excellit qualitas natura-
lis accidentali:cum longè aliud ſit eſ-
ſe talem,aliud haberi pro tali, vt in. l.
mercis appellatione.ff. de verb. ſigni.
& vera nobilitas eſt virtus, & qualitas
ſanguini & animo inhærens à maiori-
bus deriuata,quæ non poteſt à Princi
pe concedi,vt ſupra dixi. Aliud vero
eſt priuilegiũ,quòd appellatur priuile
gio de caualleria. Quod quidem in tri
plici differentia cõſiderari poteſt: qui
6 dam enim ſunt milites,quos commu-
niter & ſimpliciter caualleros appella
mus,[como ſon perſonas nobles y
principales,que jũtamẽte cõ la buena
ſangre tienen patrimonio y hazienda:
o ſon deſcendientes de nobles y ricas
familias, aunque ellos por ſus perſo-
nas ſean pobres. Y eſtos tales fueron al
principio elegidos por caualleros, y
llamados hijos dalgo: porque demas
de la buena ſangre los buſcauan con
algo, como lo dize la ley. 2. titulo. 21.
part.2.vt ſupra.2.par.dictum eſt.Y de
ſtos habla todo aquel titu.21. y a eſtos
meſmos llamã algunos caualleros de
eſpueladorada. Y para recebir antigua
mente eſta ordẽ de caualleria, neceſſa
riamente auian de ſer hijos dalgo, de
buen linaje, como lo dize la ley.13.eo.
titu.& primaibi. Eporende manda-
ron los antiguos que el eſcudero que
fueſſe de noble linaje vn dia antes q̃
reciba la caualleria. Y la ley ſiguiente
ibi,pero antiguamente eſtablecierõ,q̃
a los nobles hombres hizieſſen caua-
lleros. Y anſi parece en algunos teſti-
monios y cartas,o priuilegios,que los
reyes de Eſpaña hã dado a los que an
armado caualleros de eſpuela dorada,
en los quales expreſſamente ſe dize q̃
el Rey fue informado y certificado, q̃
el tal que queria armar caualler o, era
hombre de buen linaje hijo dalgo, y
dos caualleros de los que eſtauan pre-
ſentes dauan fedello. Y anſi enel priui
legio que el Rey catholico concedio
a Iuan De Auecia, quando le armo
caualler o de eſpuela dorada,dize que
aunque es hijo dalgo le arma caualle
ro de eſpuela dorada y le da con la eſ-
pada ſobre el capacete.]Et de iſtis nõ
eſt nobis ad præſens ſermo, quia cum
ſint nobiles,hoc eſt,hijos dalgo etiam
citra priuilegiũ ſunt immunes ab om-
nibus collectis & contributionibus:
imò in huiuſmodi priuilegijs nulla fit
mentio tributorũ.quia nõ cõſequun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur militiam hanc, nisi tantum quo ad maiores honores, & alias nobilitatis præeminẽtias & ad exercendos ipsius militię actus. quod patet ex eo [q̃ los mesmos Reyes Principes y infantes, y ricos hombres recibian esta ordẽ de caualleria, como parece por las Coronicas, y por la ley. 36. titul. secundo. part. tertia. ibi, o quãdo hiziesse el Rey su hijo caualler o.

7 Alij sunt milites armatę militiæ, que llamamos caualleros armados, o caualleros pardos: de quibus ferè loquũtur omnes leges, titu. prim. quarti. libri. ordinam. [Especialmente la ley. 1. 4. 5. 6. y onze. y en armar a estos casi se guarda la misma forma y solennidad, que en los de arriba, q̃ es la q̃ pone la ley treze, y quatorze, titu. 21. secũda part. y Lucas de Pẽna, que refiere a Vegetio de re milit. en la rubic. de remili. libro. 12. & Cepola enel tractado de milite & Imperatore eligendo. Que segun parece por los priuilegios los que querian ser armados caualleros, parecian ante el rey armados a pũto de entrar en batalla, despues de auer velado las armas en alguna yglesia, hincadas las rodillas dezian al Rey que ellos por ennoblecer mas susper sonas, y linaje, y por mejor poder seruir a Dios, y a su Alteza desseauan ser armados caualleros, y vsar el exercicio de las armas: porende que supplicauá a su Alteza q̃ les hiziesse merced de dar les la orden de caualleria. Y entonces el Rey dezia, que por les hazer bien y merced, y por ennoblecer sulinaje, y por los buenos y leales seruicios, que le hauian hecho, y esperaua que le harian, acatando que sus persõnas eran tales, en quien cabia la honrra, y orden de caualleria, lo tenia por bien: y luego les ceñia la espada, y les daua vna palmada enel hombro, diziendo. Dios todo poderoso y el Apostol Santiago te haga buen caualler o.] Cuius solennitatis forma latiùs explicatur in dictis. ll. parti. quæ forma & solennitas hodie non est necessaria vt probatur in. l. octaua tit. primo. lib. 4. ordin. cuius verba. [El nuestro querer y voluntad sea, que sean, armados con la solennidad y cerimonias que las nuestras leyes de las partidas dispo nen, o sin ellas. Y estos tales caualleros armados no es necessario, que sean hijos dalgo: imo por la mayor parte son buenos hombres pecheros, aunque el Rey don Iuan vedo y prometio, que no armaria caualleros hõbres pecheros, como parece por la ley. 4. y. 11 titulo primo, del libro quarto del ordenamiẽ. Nihilominus tamẽ, los Reyes Catholicos, y nuestro Cesar emperador y Rey don Phelippe (que Dios guarde) han dado y dan muchos priuilegios de caualleria a hombres pecheros, lo qual solamente pertenesce a los Reyes y principes supremos, conforme a la ley. 8. del mismo titulo. 1. del libr. 4. imo la ley. 7. precedente expressamente quiere, que no valga ni baste carta ni çedula del Rey para gozar dste priuilegio si no fuere armado por la propria mano del Rey. Verba legis sunt, mas q̃ aq̃l q̃ de aqui adelãte se ouiere de armar cauallero, sea armado por

do por nuestra mano, y no de otro alguno, y sea tal que nos entendamos, que lo merece, e que cabe enel la ordẽ y dignidad de la caualleria, e q̃ el tal ve le las armas, &c. Et quanuis vulgus & gens plebeia absolutè lõge magis prę
Pro parte ſi quidem affirmatiua, & quòd dicta pragmatica loquatur de priuilegio nobilitatis: y de hidalguia, faciunt plures conſiderationes quę ex eiſdem pragmaticæ verbis & ſenſu deducuntur. Prima quia in eius proœmio quòd pro cauſa finali reputatur vt in. l. fina. ff. de hæred. inſti. muchas vezes ſe haze mencion de hidalgos y đ pechos, vt patet in principio ibi. [Sepades que ſomos informados que en muchas ciudades villas y lugares, ſe mueuen muchos pleytos contra muchas perſonas, que ſe dizen hidalgos y eſtan en poſſeſsion de no ſer empadronados, ni prendados por ſer hidalgos. &c. ſo color de vna pragmatica, que nos mandamos hazer dando la forma que los nueſtros Alcaldes de hijos dalgo auian de tener en los pleytos de las hidalguias. Y mas abaxo: que ſon aggrauiados muchos hidalgos. Et rurſus ſæpe de his fit mentio. Item en el principio de la del año de. 81. Se dize y pone tambien por proœmio: porque muchas perſonas anſi hombres como mugeres naturales del dicho lugar de Simancas, que deſpues de la conceſsion del dicho priuilegio ſe han ydo a biuir a otras partes, ciudades, villas, y lugares de nueſtros Reynos, han tentado y tientan de ſe ſubtraer de pagar los pechos reales y concejales, que ellos fueron tenudos de pagar, como pecheros, ſino ſe excuſaran de pagar por el dicho priuilegio. Itẽ & fortius, mas abaxo enla deciſion y diſpoſicion en el verſiculo Otroſi: que expreſſamente dize y habla del dicho priuilegio de hidalguia. Et inferius, y paguen eſſo miſmo los pechos reales, y concejales, ſegun que los auian de pagar y pagaran, ſi el dicho priuilegio no fuera dado. Quæ verba ſunt ita aperta & clara, vt videantur omnem dubitationem tollere, mayormente que las razones, que ſe ponen por cauſa final, en la dicha pragmatica, ſe verifican en el priuilegio de la hidalguia, como en el de la eſſencion: ſcilicet, que ſe recreſcia del priuilegio menoſcabo de las rentas reales, y daño y perjuyzio a los pueblos, y pobres y huerfanos, y biudas. Y mas abaxo ibi. Que nueſtra intencion fue honrrar y ennobleſcer la dicha villa de Simãcas.] Quę verba ad priuilegium nobilitatis, y de hidalguia ita adaptantur, ſicuti ad priuilegium immunitatis & exemptionis, vt patet. Hæc & aliæ nonnullæ conſiderationes adducuntur pro hac parte, quæ non leuiter perſuadere videntur.

Pro contraria verò parte ſunt quo-

que non pauca neque lenia fundamẽta & argumenta ex eisdem quoque pragmaticæ verbis deducta, & plures iuris rationes eandem sententiam adiuuantes.

Prima quia vt patet, dicta pragmatica est inserta, & incorporata priuilegio exemptionis, & ad plurimum refertur ad illud maximè in decisione: & sic non loquitur de priuilegio nobilitatis, nec ad eum debet trahi. vt in l. prima §. eũ qui. ff. de postu. Bar. per illum tex. in. l. talis scriptura. §. primo. ff. de leg. 1. Soci. consi. 211. lib. 2. & consi. 51. lib. 3

Item & secundò, quia cùm vt supra dictum est, dicta villa habet duo priuilegia exẽptionis & nobilitatis, semper dicta pragmatica loquitur in numero singulari de vnico, vt patet ibi. Sino se excusaran por el dicho priuilegio de esencion, & alibi sæpius. Quæ verba salua ratione recti sermonis, nõ possunt conuenire duobus priuilegijs: & sic numero plurali secundum Baldum in. l. Plautius. ff. de auro & argen. lega. idem Bald. in lege cum in veteri. C. de fideicommiss. libe. Cinus consilio. 58. Item est in hanc partem probabilis consideratio: scilicet, [que en la confirmacion que la señora Reyna doña Iuana hizo del dicho priuilegio de la dicha franqueza dize estas palabras. Mando que vos vala en la forma y manera que en la pragmatica, y declaracion del dicho priuilegio, fecha por el dicho Rey mi señor padre, y por la Reyna doña Ysabel mi señora madre: en la villa de Valladolid a dos dias de Abril de. 1481. se contiene. Ex quibus verbis manifestè constat, que la dicha pragmatica y declaracion, solamente hablo en el priuilegio de esenciõ y franqueza: pues en la confirmacion del se refiere la Reyna a la dicha pragmatica.

Fouetur etiam hæc pars ex eo quod in pluribus dictæ pragmaticæ locis: & partibus fit mentio principalis del priuilegio de esencion y franqueza de alcaualas: maximè ibi, tientan de se subtraer de pagar las dichas nuestras alcaualas. Item ibi: y que aquellos gozassen de la dicha esencion. Et ibi. mandamos que el dicho priuilegio de esencion. Item, no paguen alcauala alguna dellas. Item, no gozen de la dicha esencion y franqueza, y paguen las nuestras alcaualas. Quæ verba & alia similia necessario sunt referenda ad priuilegium immunitatis gabellarum, y no se pueden referir alde la hidalguia, pues en el no ay palabra de franqueza, ni alcauala, ni fue dado a la villa, sino a las personas nõbrandolas expressamente.

Præterea si dicta pragmatica loqueretur de priuiligio nobilitatis, non cõueniret illa ratio quæ ponitur in illa, [en quanto dize que ningun prouecho resultaria al dicho lugar, ni a los vezinos del, en que los naturales gozassen de la dicha esencion tratando y biuiendo fuera de Simancas: porque si hablasse del priuilegio de hidalguia esta razon no solamẽte no quadraria pero seria falsa: pues la hidalguia tanto prouecho traeria fuera de Simãcas como

como enella.] Sequerẽtur etiã alia inconueniẽtia: scilicet, [q̃ la pragmatica q̃ habla de vn priuilegio q̃ se estendiesse a dos muy differentes, y hablando del priuilegio suso incorporado se entendiesse del q̃ no esta incorporado. Item q̃ los que estan nõbrados en el priuilegio de hidalguia, seriã nobles y hidalgos de solar conocido biuiendo en Simancas, y ensaliẽdo a biuir a otro seriã pecheros y villanos.] Quod videtur absurdum & rationi contrarium.

Item cùm dictũ priuilegium nobilitatis, [y de hidalguia sea de los de buena data, y no de los reuocados, como
9 paresce por el y por la pragmatica del dicho Rey fecha seys años despues desta, y concedido por tan grandes seruicios y en tiempo de tanta necessidad,] videtur transire in vim contractus, & non posse reuocari nec limitari vt in. l. fi. titul 9. libr. 5. ordin. l. si pater. §. fin. ff. de donatio. S. Thom. 2. 2. q. 116. Oldrald. consi. 300. Decius consi. 292. Ias. in. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. latissimè Andr. Tira. in. l. si vnquam. C. de reuo. dona. in verbo donatione largius. num. 13. cum sequentibus: imò de potestate absoluta non potest reuocari, quia quod nõ iustum est nõ cadit sub potestate. l. nepos proculo. ff. de verb. signi. ca. 1. de Feu. Marchi. l. digna. vox. C. de legib. Soci. cõsi. 164. libr. 2. Corn consi. 181. libr. 1. Decius consi. 151. & consi. 407. gloss. in extraua. rem non nouã, parte nõ obstantibus tit. de dolo. & cõtu. Cardi in clemẽ. pastoralis de re iudi. & alibi doct. varijs in locis.

Nec excluditur hęc sentẽtia ex eo ꝙ dicta pragmatica non est reuocatoria, sed declaratoria vel limitatoria: quia licèt ita appelletur, tñ realiter & in effectu est reuocatoria. Et parũ operatur nominis appellatio, vbi cõstat de re. l. insulam. ff. de præs. verb. l. si vno. ff. loca. l. 2. C. cõmu. de leg. c. cõmissa. de electio. maximè quia qui nõ potest reuocare nõ potest declarare nec limitare, si ex declaratione vel limitatione sequitur reuocatio. Oldral. cõs. 230. Bal. in auth. qui semel. C. de proba. Curt. Senior. consi. 27. col. 12. Andr. Tiraq. in. l. si vnq̃. C. de reuo. dona. in verb. liberis nu. 12. declaratio enim quæ corrũpit vel destruit substantiã concessionis, non potest fieri à principe. Docto. in. c. dilecti de accusatio. Feli. in. c. nouit de iudic. col. 8. Bal. in l. 2. C. de senten. ex breui recitan. idẽ Feli. in. c. qualiter & quãdo in. 1. de accu. nu. 25. Oldral. consi. 167. Anani. cõs. 84. Decius in. l. edictũ. C. de eden. nu. 49. & sæpè alibi. Nec põt limitari vt in terminis per Soci. Seni. consi. 74. col. antepe lib. 1. & per Chassa. in consuet. Burgun. rubr. 1. §. 5. fol. 61. col 3. [Mayormente en este caso a donde si esta limitacion o declaraciõ se admitiesse, de cien partes no quedaria el priuilegio en vna.] Nec etiam obest si subtiliter dicatur, quòd ex eo quod hoc priuilegium incipit esse dãnosum, potuit limitari ex
11 regula tex. in. c. suggestũ de deci. & ex l. 43. tit. 18. par. 3. porq̃ esto no se puede dezir ex eo qa pauci sunt ex descẽdentibus ex personis in dicto priuilegio contentis, qui hodie domicilium

Universidad de Deusto
Biblioteca

habeant extra villam de Simancas, & propterea hoc non est considerabile: quia dict. cap. suggestum &. l. partitæ intelligantur quando priuilegia incipiunt generaliter & enormiter lædere ac præiudicare, & quando priuilegium est gratuitum: secus si propter remuneratoria seruitia cócessum: quia tale priuilegium reuocari non potest, vt in dict. l. si pater. §. fina. & in dicta. l. fina. titul. 9. libr. 5 ordinamen. [y siesta razon fuesse considerable en este priuilegio, por ella misma se podrian reuocar todos quantos se han concedido à personas particulares, y no auria hidalgo de priuilegio en España, y en caso que se pudiera reuocar y limitar,] saltem essent citandi illi ad quos negotium spectabat: [mayormente auiéndo gozado ya quinze años de su priuilegio:] aliàs nõ posset reuocari nec limitari secúdum doct. de causa poss. & proprie. & in clement. pastoralis. §. cæterum de re iudica. Alexand. consilio 21. lib. 7. Soci. consi. 164. libr. secundo, & consi 87. Franc. de Arc. consi. 62. & alibi sæpè.

Tenendo hanc partem tota difficultas vertitur in responsione & satisfactione ad verba dictæ pragmaticæ in aliquibus locis: primò, [en quanto en el proœmio y principio habla algũas vezes de pechos, y de hidalgos.] Quæ verba fortiter vidétur vrgere, cú sint clara & referri nequeant, nisi ad nobilitatis priuilegium, in quantum dicũt [muchas personas há rétado de se subtraer de pagar los pechos reales y concejales que fueran tenudos de pagar, como pecheros sino se esentaran por el dicho priuilegio.] Nisi dicat, quòd illa sunt verba narratiua partium & illarum personarum, ad quarum instantiam & petitionem fuit dicta pragmatica promulgata, quæ verba nihil probãt neque disponunt, nec ex eis potest aliquod argumentũ sumi, vt per glos. ordina. vbi Doctor. in. l. vnica. C. quan. non pe. par. latè per Feli. in. ca. 1. de consti. col. 18. Imò etiá si sint narratiua Principis, nihil probãt neq; disponunt qñ sunt narratiua facti alieni, vt concludunt cómu. doct. in clem. literis de proba. & Alex. latè consi. 112. libr. 7. Fran. de Aret. consi. 167. Curt. Senior. consilio. 20. columna quinta. maximè quòd in illis verbis nihil deciditur sed refertur partium querela seu narratio.

Et si dicatur, quòd in decisione & dispositione dictæ pragmaticę expressè dicitur in versiculo [Otrosí gozen del dicho priuilegio de hidalguia y de la esenció de alcauala: quia ne incidamus in maiora inconuenientia, potest dici que alli se equiuoque el vocablo, y se entienda y ha de entender priuilegio de hidalguia, por el de franqueza: porque aquel tambien en cierta manera fue cõcedido ala dicha villa, y naturales della por parte de hidalguia, y por especie de nobleza.] Nam vt in prima parte huius operis dictum est ex diffinitione Bald. & Doctor. in. l. prima. C. de dignita. nobilitas est qualitas quædam à principe cõcessa, per quam aliquis vltra plebeios honoratur. Quæ diffinitio, huic dispositioni

spositioni adaptari potest. Et eodem modo possunt exponi alia verba, quæ inferius in dict. pragmatica ponũtur, ibi dum dicit: [y paguen ansí mismo los dichos pechos reales y concejales, segun que los auian de pagar y pagaran, si el dicho priuilegio no fuera dado,] vt illa verba referantur ad priuilegium immunitatis, y se expongan pechos por alcaualas, & admittatur huiusmodi expositio cum aliqua impropriatione, ne detur alterius priuilegij reuocatio, de quo non clarè disponitur. Multotiens enim toleratur verborum impropriatio propter vitanda maiora inconueniẽtia, vt in. l. item veniunt. §. aptanda. ff. de peti. hæredita. l. ex facto. ff. de vulga. & pupi. Bartol. & Docto. in. l. omnes populi. ff. de iusti. & iure nu 55. Alexan. consi. 134. libr. 6. nu. 27. gloss. & idem Alex. in. l. fina. §. in computatione. C. de iure delibe. Bal. in. l. terminato. C. de fructi. & liti. expen. Soci. Seni. consi. 60. lib. 1.

Breuiter ex suprascriptis rationibus & considerationibus hinc inde pro vtraque parte notatis adeo difficilis & dubius iam olim reputatus est hic articulus, vt in facti contingentia consultus fuerit dominus Rex Ferdinandus Catholicus, qui eandem pragmaticá fecerat ab auditoribus huius Valli soletanæ Chancellariæ. Post cuius cõsultationem ab ipso mandatum fuit, quòd dictum priuilegium nobilitatis obtineret & obseruaretur, [en la forma y manera y en aquellos casos que en el se contienen, y segun esta respuesta dada a la dicha consulta, sabemos que se dieron sentencias en vista y reuista, en fauor del dicho priuilegio de hidalguia el año de quinze y de diez y seys y diez y siete, y despues aca otras muchas vezes, y se ha probado auer sido vsado y guardado assi en Simancas, como en Tordesillas, y Astorga, y Villalar y en otras partes.

Certe ante consultationem factam domino Regi Catholico casus hic mihi fuisset valde dubius, nec scio an suaderi mihi potuisset hæc pars vltimo loco relata: nunc verò post Regium responsum, facilius illi adhærerem cùm videatur eius Principis animus declaratus, qui priuilegium confirmauit & pragmaticam edidit. Cuius responsum præcedente consultatione proculdubio vim legis habere videtur, & ius generale constituere, vt in iuribus vulgatis. l. fina C. de legib. l. prima. §. quæsitum vbi Barto. & Docto. ff. de appellatio. Abb. & Doctor. in cap. intimasti de appellat. maximè cum post dictam consultationem ita obtentum sit in contradictorio iudicio semel ac sæpè. Quod quidem ad ipsius pragmaticæ interpretationem maximè cõducit, vt in. l. si de interpretatione cũ legibus sequentibus. ff. de legib. & in l. de quibus: vbi per Doctor. eodem titulo, & usus & obseruantia dicti priuilegij non sit interpellatus, nec interruptus cuius maxima vis est ad interpretationem, & confirmationem ipsius secundum Doctor. in. l. is qui vsumfructum, & ibi Bartol. & Baldu. quib. mo. vsus fruct. vel vsus ami. Innocen. in cap. dilecto de offic. Archidia.

dia. Abb. per illum textum in cap. primo de religio. domib. Paul. Cast. in l. imperium. ff. de iurisdictio. omni. iudic. Decius latè longeque consil. 270. numero. 17.

Alia & secunda dubitatio frequens
13 est infacti cõtingentia circa idem priuilegium: scilicèt, an virtute illius possint gaudere descẽdentes illarum personarum, quæ verè & realiter fuerunt in seruitio domini Regis Henrriqui, non tamen inueniuntur scripti in dicto priuilegio, forsan quia concessionis tempore erant absentes à dicta villa. Et prima facie cùm priuilegium ex sui natura sit strictæ interpretationis, maximè si per eum concedatur immunitas tributorum, vt supra modo diximus, videtur quod etiam si aliquis probet patrem vel auum vel alium ascendentem fuisse præsentem tempore belli & conflictus, [y auer seruido cõ su persona al dicho señor Rey, ni mas ni menos, como los demas que estan escriptos asentados y nombrados en el mismo priuilegio,] non debeat gaudere. Pro contraria verò parte videtur, quòd cum ratio finalis concessionis dicti priuiligij fuerit Seruitium dicto Domino Regi exhibi-
14 tum, vt patet ex eiusdem priuilegij tenore, probatio vera & indubitata huius seruitij & causæ sit sufficiens ad gaudendum eodem priuilegio, etiam si talis non inueniatur nominatus in tali priuilegio. Nominatio enim in illo facta non debet restringere causam finalem & rationem vnicam concessionis, argumento textus in l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de legat. secundo, quia magis videtur facta illa nominatio declaratiuè quàm restrictiuè, vt notatur in lege cunctos populos. C. de summa Trinitate. & in lege omnes populi. ff. de iustitia & iure. maximè quia dictio taxatiua etiam in materia non lata non excludit casus habentes eandem rationem. glossa ordinaria vbi Doctores, maximè Franc. de Ripa. in. l. his solis. C. de reuoc. donatio. Eo presertim casu, quo verisimiliter princeps interrogatus idem respondisset, vt hic credendum est, argumento notatorum per glossam. & Doctor. in lege tale pactum. §. primo. ff. de pactis. cum latissimè traditis per Andream Tiraquellum in. l. si vnquam in principio. C. de reuoc. donatio. Dubium hoc quantum ad priuilegium immunitatis seu exemptionis dictæ villæ concessum facile est, [porque en el priuilegio de la esencion de las alcaualas, no ay personas especificadas ni nombradas, ni fue concedido a personas ciertas y particulares, sino generalmente a todos los que se hallaron en la batalla que el señor Rey don Henrrique dio, y le siruieron como paresce por el, y por la declaracio de la dicha pragmatica del año de 48. Y por esto qualquiera que probare descẽder de persona que alli siruio: obtendra cõforme a la dicha pragmatica: pero en el priuilegio de la hidalguia, adonde estan expressadas las personas, ay gran dubda,] vt modò tetigi. In quo articulo & in eo quem modo

modo subijciam, nullam partem eligam eo quòd nunc sub iudicum iudicio ac sententia lis pendet, [en la causa entre Francisco, y Pedro Gallego: nietos de Lope Gallego vezinos de Simancas, con el Fiscal y concejo de la dicha villa.] Quæ adeo ambigua in hoc articulo visa est, vt dissentientibus primæ ac secundæ aulę iudicibus, ad tertiæ aulæ iudices delata fuerit. Inter quos forsan meum adijciam calculum, maturiusq; meam dicam sententiam:

15 Altera & tertia dubitationis species, quæ circa dictum nobilitatis priuilegium occurrere solet, non semel & eidem causæ & liti nunc cohæret. Ea est an descendentes ex fœminis gaudeant eodem priuilegio? [atento que la clausula dize estas palabras de spues de hauer nombrado las personas a los quales y a cada vno de vos y a vuestros hijos y hijas nietos y nietas y a los que de vos y dellas son venidos y descendieren para siempre jamas. Sed quia vt modo dixi, este caso esta pẽdiente visto y remitido en este pleyto de los Gallegos,] & est articulus qui varias habet opiniones, & distinctiones: illum non prosequar: ne forte fragilis opinio mea ante saniorem & firmiorem tantorum iudicum sententiam in lucem edatur. Quorum opinioni me subscribere tutissimum erit consilium ac saluberrimum: interea tamen videndus est, ad quæstionem Decius consilio. 123. volumi. secund. vbi singulariter & magistraliter loquitur in proposito.

16 EST etiam non leuis nec infrequens dubitatio circa intellectum, & praxim aliorum priuilegiorum exemptionum, & immunitatum nonnullis ciuitatibus & populis huius regni concessorum, maximè circa priuilegia concessa ciuitati Toletanæ, quæ plura sunt & amplissima: habet enim ciuitas illa priuilegium datum à Rege Alphonso era. 1240. confirmatum per Reges Catholicos Anno. 1480. Quo conceditur in colis dictæ ciuitatis immunitatem omnium tributorum de omnibus bonis & possessionibus in ipsa ciuitate, & in quibuscumque totius Regni locis constitutis. Et aliud à Rege Sancio era. 1327. cõfirmatum à Rege Petro era. 1371. & per Regem Ioannem era. 1434. & per alios Reges. Per quod habitatores Toleti præsentes & futuri immunes fiunt à solutione monetæ in perpetuum. Et aliud concessum à Rege Ferdinando era. 1341. confirmatum per successores vsque ad Reges catholicos. In quo eadem immunitas & amplior conceditur vicinis & habitatoribus eiusdem ciuitatis & eorum bonis vbicunque sitis, & alia plura priuilegia in eandem immunitatis causam concessa, de quibus omnibus dubium est vtrum sint reuocata per pragmaticam Regis domini Henrici del Año de mil quatrocientos y sesenta y cinco. & per l. quintam titulo quarto libro septimo ordinamenti, quæ eam refert. Cuius pragmaticæ verba sunt huiusmodi. Ordeno y mando, que qualesquier personas pecheros que

ros que biuen y morá en qualesquier ciudades villas y lugares demis Reynos y señorios, q̃ tuuieren sus viuiendas en qualesquier otras mis ciudades o villas o lugares dellos por compra o donacion,&c. pechen y paguen por los tales bienes en los dichos lugares do los hantenido y tienen en todos los derechos pechos y pedidos, &c. sin embargo de qualquier vso y costumbre, y de otra qualquier razon, o causa de qualquier manera o qualidad o fauor que encótrario dello sea. Cayo por la presente lo reuoco y annullo todo y mando, que de aqui adelante no aya fuerça ni vigor ni effeto alguno cótra esta mi ley y ordenança.] Idem fere disponitur, in dicta a.l.5.tit.4. libro 7. ordinaméti. Vbi dicitur, quòd non obstante cõsuetudine & præscriptiõe immemoriali, & priuilegio quocunq;, [se haga y cumpla lo ordenado en la dicha ley y pragmatica: ibi, dum dicit. y aun porque dizen que ansi lo han de vso y costumbre de tiẽpo immemorial a ca, & infra, sin embargo de qualquier vso o costumbre, &c.

Per quę iura videntur reuocata prædicta priuilegia Toletanæ ciuitatis, in quantũ incolis & habitatoribus illius concedebat immunitas tam de bonis in eadem ciuitate cõstitutis, quàm alibi cũ in dict l. & pragmatica dicatur, [Sin embargo dequalquier priuilegio vso y costumbre y otra qualquier causa.] Quę verba non possunt verificari, nisi in dictis priuilegijs vt aliquid operentur argu. l. si quãdo. C. de inoffi. testa. Quod ex eo quoq; comprobat quòd in dict. l. & pragma. dicitur [sin embargo de qualquier costumbre immemorial, &c.] Sed cõsuetudo immemorialis vt notum est habet vim priuilegij, vt in. l. ex hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æsti. & in. l. 1. §. fin. ff. de aqua plu. arcen. ca. super quibusdã de verb. sign. In eandem & partem adijcitur talis consideratio: scilicèt, quia tempore quo dicta priuilegia fuerunt concessa dictæ Ciuitati, fere non erant necessaria: cum habitãtes in vno loco non tenebantur soluere
17 tributa pro bonis & hæreditatibus, q̃ habebant in alio loco, [saluo quãdo se yuan a viuir de vnos lugares a otros por excusarse de pechar,] vt in. l. 1. &. 2 &. 3. titu. 4. libr. 7. ordinamẽ. Et sic non erat necessarium priuilegium ad illud cũ frustra precib' impetraretur, quòd de iure communi obtinetur, vt in. l. 1. C. de thesau. Et ideo in dicta pragmatica nõ fuerunt expressim derogata d. priuil. cũ illo tẽpore nihil continebãt vltra ius cõmune: cùm etiam de iure cõmuni Romanorũ, habitãtes in vna ciuitate vel loco non soluebant tributa pro bonis, quæ in alijs locis vel ciuitatibus habebant vt est text. in. l. rescripto. §. fin. ff. de mune. & hono. & ibi Barto. Alber. & in rubri. illius titul. colum. 6. Bart. & Plat. & omnes. C. de mulie. & in quo loco libr. 10.

Ex quo etiam deriuatur alia non leuis ratio ad dicendũ, quòd per dictam pragmaticã & l. ordinamenti censeantur reuocata dicta priuilegia, nempe quia cum tẽpore concessionis nõ continebant ius speciale sed generale & cõmune

cõmune, illo tẽpore non erant præiudicialia nec noxia reipublicę nec regũ patrimonio. Sed postquã per dictam pragmaticã & legem ordinamenti tãtum est, quòd omnes soluant tributa pro bonis vbicunq; sitis, [sino fueré hijos dalgo, nemini dubium, sino q̃ los dichos priuilegios redũdarian en grãde daño y perjuyzio del Reyno, y de los pueblos y particulares.] & per consequens potuerunt reuocari: & in dubio cẽsendũ esse est reuocata arg. tex. in dicto cap. suggestum, & in. d. l. 43. titu 18. parti 3.

In eiusdem partis fauorem adducitur etiam pragma. alia regis Henrici secundi data apud Castrum Nuño anno. 1397. Vbi specialiter disponitur, quòd omnes vicini habitatores & incolæ Toleti exceptis nobilibus contribuant & soluant omnia tributa & seruitia regalia, vt patet ibi, [Que cõstringades y apremiedes a todos los vezinos y moradores de la dicha ciudad de Toledo y de todas las villas y lugares de su Arçobispado que no fueren caualleros o escuderos, dueñas, o donzellas hijas dalgo de solar conocido, que pechen y paguẽ todos los pechos pedidos y seruicios, &c. & paulo post, y que nolo dexedes de hazer por cartas y priuilegios, &c.] Ex quib⁹ verbis clarè probat, quòd omnes habitantes Toleti debent cõtribuere & tributa prẽstare pro bonis cõstitutis extra illam ciuitatẽ, non obstante quocunq; priuilegio. Nec excluditur dict. prag. si dicatur quòd illa loquitur [en los excusados de yglesias y monasterios y caualleros, y no en los q̃ se querian excusar por el dicho priuilegio.] Quia faciliter respõdet quòd si virtute. d. priuilegij incolæ & vicini potuissent se eximere & excusare à tributis & cõtributionibus, superfluum & ferenullius vtilitatis esset tractare, an essent excusãdi [por ser apá y aguados y allegados a yglesia o monasterio o caualleros:] nec hoc erat negotium dignũ, vt tanta cũ diligentia cõmitteret Archiepiscopo Toletano, y a los c'õtadores mayores del Rey, vt in eadem pragm. dicitur, pues aunque no fueran excusados de y glesia ni monesterio ex solo priuilegio ciuitatis erant immunes citra priuilegium exemptionis de ser allegados o excusados. Et ita necessario dicendũ est alterũ de duobus. Vel quod ciuitas Toletana nõ habeat priuilegiũ gñale immunitatis, vel quod simul sublata sunt ambo priuil. [el de los pechos, y el de los excusados. Y ansi parece en quãto dize la dicha prag. q̃ pechẽ y paguẽ en todos los pechos y pedidos seruicios y empresti dos y otras cosas qualesquier, q̃ yodemandare a los vezinos desta dichaciudad] Et sic patet quod d. ciuitas non habeat priuilegia immunitatis, tributorum, vel quòd si aliquod habeat sublatum est per dictam pragma. Et hoc magis cõfirmatur, ex eo quod in dicta prag. solùm excusantur los caualleros hijos dalgos dueñas y donzellas etiã si sint vicini & habitatores Toleti: ergo oẽs alij vicini nõ nobiles debent soluere: cũ exceptio firmet regulã in cõtrariũ. l. ius singul. ff. de legib. l. q̃sitũ. §. respõdit ver-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dit versiculo.denique.ff.de fundo instru.& in authē.de nō alienā.§. vt autē colla.2.Maximè,quia cū ratio pragm. sit generalis ad vtrumq; priuilegiū,nō est restringenda ad vnum:licèt principaliter videatur loqui de priuilegiode los excusados de la yglesia: propter quos forsan mota est lis de qua in pragmatica fit mentio, & ponitur causa exempli quòd nō arctat regulam nec legē.l.dāni.infecti.ff. de dam.infecto.

His rationibus & cōsiderationibus videtur probari per dictam pragmati. esse reuocata dicta priuilegia Toletanę ciuitatis, nō solum,[quanto a lo de los excusados de yglesias y caualleros, mas tābien quanto a pechar en los pechos reales y ordinarios.] Verūtamen his nō obstantibus iā semel & bis obtentum est in hac Chancelleria cōtrarium,& latæ sunt sententiæ in fauorē incolarum Toleti contra fisci procuratorem,& cōmunitatem de Sonseca, & rursum anno.1513. contra eosdem [en fauor de vn Pedro Ballestero vezino de Toledo,q̄ tenia bienes en Sonseca.El qual y otros muchos que litigaron en la primera sentēcia obtuuieron por virtud de los dichos priuilegios en vista y en grado de reuista, q̄ no pechassen: no solamente por los bienes de Toledo, de quibus non est dubium,pero ni de los que tenian en Sonseca y en otras partes. Y tambien vencio y tuuo carta executoria de la dicha ciudad de Toledo, vn Miguel Rodriguez contra el Fiscal y concejo
18 de Recas el Año de.1511.in eādē causam. Verdad es que de mas y allende de los dichos priuilegios la ciudad de Toledo y los que han litigado se han ayudado de prouar el vso y costumbre immemorial, conforme a los dichos priuilegios.] Quo casu maior est dubitatio,an dato quòd perdictā pragmaticam essent sublata dicta priuilegia, sit etiam sublata præscriptio vel consuetudo immemorialis sola de per se & iuncta priuilegijs. Cuius articuli & contradictionis resolutio nec est facilis, nec breuis: quinimo difficilis ac longa: cùm in vnoquoq; mēbro multa & varia iuris testimonia & rationes & doctorū opiniones pro vtraq; parte adduci possint. Vnde factum est, vt propter eius difficultatem & negotij grauitatem his temporibus suspensa sit harum causarum decisio, & Cæsar noster cōsultus,cuius oraculum propediē expectatur, vt ex eo ius clarum certum atq; indubitatū constituatur. l.1.§. quibus &. §. fin. C. de nouo Codi.facien. Verdad es que enel articulo del entretāto,qui appellatur interim, latæ sunt sententiæ [cōtra la dichaciudad de Toledo en fauor del Fiscal y concejo de Mazarambroz en vista y grado de reuista,y otras tales en fauor del concejo de Almonacid, para que durante los pleytos en la causa principal pechen y paguen en todos los pechos y seruicios ordinarios y extraordinarios.] Quòd prima facie videtur
19 contra regulā tex.in ca.cū personæ. §. quod si tales priuil. libro. 6. in fi. nisi ex dispositiōe d.pragm.sumatur ius,& presumptio cōtraria.Eadē dubia eædē que causæ agitatę sunt inter ciues Burgenses,

gēses, qui prætendunt habere similia priuilegia,& vt existimo: suspensa est earundē causarum decisio & determinatio.

19 Superest duntaxat ad huius cap. plenam examinationem obiter ac velut pertransennā tāgere illam q̄ quotidie succedit in facto quæstionem: videlicet,an priuilegium illud omnibus notissimum quòd filijs & descendentibus Antoniæ Garsiæ Taurinæ ciuitatis habitatricis, olim cōcessum est per Reges Catholicos Ferdinandū & Elisabellam, extēdatur ad descendentes ex fœminis vltra gradus in priuilegio declaratos, & ad omnium fœminarū maritos.Et vt hæc quæstio facilius intelligatur operepretium duxi priuilegij eiusdem verba hic inserere, quæ talia sunt vt sequuntur.[Porende por hazer bien y merced a vos los hijos y hijas legitimos quela dicha Antonia Garcia dexo y a los maridos delas hijas de la dicha Antonia Garcia q̄ cō ellas casarē y son casados, y a los hijos y hijas dellas y a los maridos dellas. Queremos y es nuestra voluntad que vosotros y cada vno de vos y dellos seades frācos y libres y quitos y esentos y gozedes de todas las frāquezas libertades y esenciones cōtenidas enel priuilegio q̄ los de Valderas rienē,y ayades y tēgades el mismo priuilegio y franqueza q̄ tienen los dela dicha villa.Y es de presuponer q̄ este priuilegio fue concedido en Nouiembre de 1476. Años,y despues por parte de los hijos y hijas de la dicha Antonia Garcia fue hecha relació a los señores Reyes catholicos,que aū q̄ enel dicho priuilegio dezia a sus hijos y hijas,y a los maridos dellas que eran casados o se casassen no dezia y a sus descendientes,para siempre jamas. Porende que suplicauan y pedian a sus Altezas mā dassen declarar y dar nueua merced,y priuilegio que dixesse, que la dicha merced se entendiesse,y estendiesse a los descendientes de los en el contenidos para siempre jamas: E los dichos señores Reyes dizen: E nos acatando los seruicios que la dicha Antonia Garcia nos hizo tuuimos lo por bien:por que vos mandamos que les dedes nuestra carta de priuilegio de la dicha merced para q̄ sus hijos y hijas, y maridos dellas y los que dellos y dellas descēdieren, gozen de las libertades, y esenciones y franqueza contenidas enel dicho priuilegio de Valderas para siempre jamas: por quanto es nuestra. M. y determinada voluntad,y no hagades ende al, &c.Esta declaracion fue dada en Seuilla por Hebrero de. 1491 años,y sobre carta della en la misma ciudad de Seuilla por Março del mismo año de.1491.]His clausulis sic prælibatis sæpe in facti contingentia dubitatū est,an per dicta verba in eis contenta possint frui præfato priuilegio posteri & descendentes ex fœminis dic. Anto. Garsiæ vltra gradus in clausulis priuil.expressos, vt earū mariti.Dubium facit pro parte negatiua text.capitalis cū sua materia,in. l. 1. in fin. ff. de iure immu. Cuius hæc verba sunt: Personæ datæ immunitates: hæredibus non relinquuntur, sed &

Universidad de Deusto
Biblioteca

generi posterisque latæ custoditęque, ad eos qui ex fœminis nati sunt non pertinèt, per quę verba videtur, quòd licèt dictum priuilegium sit concessum generaliter filijs & filiabus & eorũ maritis & descendentibus eorum in perpetuum, non extendatur vltra gradus expressos ad descendentes ex fœminis, & quòd illa verba [para siempre jamas, se verifiquen y entiendan en los descendientes de los hijos, pero en los de las hijas solamente los alli expressados, que son hijos y hijas y sus maridos.] & in eandem sententiã facit Doctr. Bart in.l. liberorum: versi cu. quæro quid in reseriptis. ff. de verbo. signific. col. 4. vbi dicit, quòd in priuilegijs quia sunt strictæ interpretationis, vt in.l. si quando. C. de inoffic. testamen. appellatione liberorum non veniunt nepotes, nec vlteriores, nec appellatione descendentium cõprehenduntur descendentes ex fœminis, vt in dict. l prima & per. l. sed similites. §. 1. ff. de excusa. tuto.

Præterea si dictum priuilegiũ extenderetur ad omnes descendẽtes ex fœminis in perpetuũ, & ad earum maritos, esset valde præiudiciale & valde nociuum: ac & dãnosum tã Regibus & eorum patrimonio, quá & toti regno cõmunitatibus & singulis ciuib⁹ & per consequens foret restringendũ ex cap. suggestum, supra sępius allegato, & ex. l. 43. nu. 18. par. 3.

Item in eẽdem sententiam videtur facere huiusmodi cõsideratio. Ars vel priuilegium naturã superare nequit, sed ad summum eam imitari, aut adæquare. § minorem instit. de adoptionibus. l. si pater. §. fin. ff. eo. titu. Sed etiã si fœmina ex antiquitate & natalitate (vt sic loquar) sanguine & genere sit nobilis y hija dalgo: si tamẽ sit nupta plebeis non gaudet nobilitate sua: sed eius maritus tenetur ad cõtributionẽ & tributa, vt est notum: ergo prædictum priuilegium esto quòd descendẽtibus fœminis & ex fœminis dictæ Antoniæ Garsiæ, det nobilitatem polyticam & accidentalem, non debet considerari nec interpretari, vt illã eã dem concedat earum maritis, cũ hoc non causet vera propria & naturalis nobilitas. Sed intelligendum est de maritis duntaxat personarum expressarum in dict. priuilegio. Et in quantum dicit, [a los que dellos y dellas vinieren para siempre jamas, se entiẽda en sus patrimonios y personas: pero no siendo casadas con pecheros.] Ne incidamus in incõueniẽs supra dictũ.

Item cùm descendentibus dictę Antoniæ Garsiæ sit cõcessum priuilegiũ, de Valderas, vt patet: & illud de Valderas sit declaratum & limitatũ per pragmaticam, vt supra dictum est videtur quòd eadem imo maiori ratione hoc posit & debeat limitari. Vel saltem sit dubitabile an per eandem pragmaticã virtualiter censeatur declaratum & limitatum. Istæ rationes non leuiter vigere videntur pro hac parte.

Pro cõtraria vero, imo quòd dictum priuilegium iuncta declaratione apud Hispalim facta comprehendat & extendatur ad omnes fœminas & descẽdentes earum, & ad earum maritos in perpetuum sine aliqua gradus pręfinitione: Videtur ex verbis eiusdem priuilegij quæ videntur clara & aperta, en quanto dize, y a los que dellos y dellas vinieren para siempre jamas. Quæ verba quantum ad fœminas & ad earum descendẽtes sunt clara: quãtum verò ad earum maritos videntur repetere qualitatem superius in filiabus positam, argum. notatorum in. l. 1. §. & post operis. ff. de no. oper. nuntia. Item licèt verum sit, quòd priuilegiũ generaliter concessum generi & posteris non extendatur ad eos qui ex fœminis descendunt, vt in dict. l. 1. §. personæ. ff. de iure immu. Illud est verum quando priuilegium stat in terminis generalibus: secus videt quando Rex vel princeps specialiter & expresse declarat de illis vt in nostro casu: quia tunc nemini dubium nisi quòd tale priuilegium obtinebit in casibus expresse specificatis: cùm non dubitetur de potestate cõcedentis & constet de ipsius voluntate. facit optime. l. 1. in princ. & in. § 1. & 2. ff. ad municipa. Vbi dicitur quòd licèt origo proprie censeatur ex linea paterna, tamen per priuilegium potest concedi, vt ex linea materna quis originem sumat. Et ibi ponũtur optima exempla. Ita in proposito possumus dicere quòd per priuilegium his descẽdentibus huius Antoniæ Garsiæ potuit expresim concedi immunitas non solum filiabus & neptibus: verum etiam omnibus fœminis, & descendentibus ab illis & eorum maritis.

20 Confirmatur hæc pars ex regula illa q̃ habet quòd id potest per priuilegiũ concedi quod per consuetudinẽ potest induci, vt in glo. illa ordinaria vbi Platea. & Lucas de Pẽna, in rub. de decretis decurio. lib. 10. doct. in. l. de quibus. ff. de leg. & in. l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. Sed per consuetudinem potest induci, quòd qui ducunt vxores ex certa familia sint immunes, vt est Salmanticæ & in alijs huius regni locis: ergo poterit etiã per priuilegiũ maximè quando vsus & obseruatio eiusdem per longi temporis spatium probata est, vt in huiusmodi priuilegij facto probatum est à multis: Quibus rationibus vtrinque adductis & vndique collatis factum est, vt huius priuilegij interpretatio circa supra dic. dubia non sine causa, & difficilis aliquando sit à iudicibus reputata. Obtẽtum tamen est non semel, sed sæpe in hac Pinciana chancellaria, vt prædictum priuilegium extendatur ad omnes fœminas & earũ maritos, vltra personas & gradus in illo expressas, licèt persisci procuratoré & aliquas ciuitatum communitates, & villarũ diligenter de iure fisci sit allegatum. Specialiter obtinuit quidã Aluarus Bonal incola pe Vadillo dela Sierra por ser marido de Leonor de Mórroy rebisnieta de la dicha Antona Garcia: obtinuit etiam quidã Franciscus paruus incola [de Alaexos por ser casado con Ynes de Monrroy rebisnieta ansi mismo de la dicha Antona Garcia:] Et his diebus obtinuit q. dam Francisc. de Hermosilla vezino de Tordesillas, por ser marido de Ma-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ria Lorenzana ansi mismo rebisnieta dela suso dicha.] Et quia artic. est frequens & nunc etiam lis in facto pendet, sententiam meam non expono, forsan eisdem vel alijs iudicibus aliud videbitur: cum negotium sit valde dubium, & in dies plus damni Cæsaris patrimonio allaturum atq; item communitatibus. Circa illum tamen videndus est omnino Decius consil 123. in.2. volu. vbi singulariter & magistraliter loquitur in materia huius quæst. & priuilegij. Certe in ea negotij grauitate, & ambiguitate si fisci munus & officium gererem, proculdubio regem nostrum ac eius supremum & regium Senatum adirem, instanterq; interpellarem non vt priuilegium hoc iustissima causa obtentum & fideli animo ac proprio sanguine comparatum restringeret, cum Principum beneficia potius extendenda quam limitanda aut coercenda sint. Sed verursum illud interpretaretur, & ius certum constitueret, ne quotidie litium sumptibus, partes grauentur, & iudices ancipites ac subdubij in varias sententias vel cótrarias impellantur.

SVMMARIVM
Ex capite sequenti.

1 AN is qui prætendit nobilitatem ex priuilegio possit obtinere ex præscriptione ex causa priuilegij fundata.
2 Priuilegium etiam inualidum tribuit causam præscribendi, & agitur de priuilegio, & Vsu fori Legionensis.

AN EX CAVSA PRÆtensi priuil. causetur præscriptio immunitatis.

CAP. VI.

VLterius & principaliter quærendum est, an si aliquis prætendat immunitatem & nobilitatem ratione alicuius priuilegij, de quo nõ cõstat, sed ad eius probationem, & præsumptionem probat quasi possess. immunitatis, & reputationem nobilitatis patris, & aui, & sui ipsius per spatium. 40. anno. an talis probatio cum allegatione priuilegij sufficiat ad obtinendum ex titul. priuilegij? In hac quæst. fuerunt variæ opiniones, vt refert Balb. in suo tractatu prescript. 2. part. 5. par. principa. in. § incipiente. Septima quæst. vbi refert plura consilia. Sed omissa opinionum disputatione, videtur concludendum, quòd etiam si allegetur priuilegium non sufficiat tempus. 40. anno. sed requiratur tempus immemoriale, ex eo quod contradicit ius comune præscribenti, vt sæpe dictum est, & hoc voluit Alex. consil. 136 incipiente. In causa & lite pend. & fin. col. & alij quos ipse refert, & in eadem opinione residet Balbus, vbi supra. Si vero allegetur priuilegium, & ostendatur, isto casu etiam si priuilegium sit minus validum, erit sufficiens ad parandam causam præscribendi per tempus quadraginta annorum argumento textus, in. l. omnes. C. de præscrip. triginta, vel quadraginta annorum. & notatorum per Barto. in. l. licitatio. §. earum. ff. de publica. & ad istam opinionem adducitur

tur textus notabil. iuncta glos. in verbo canone in. l. fina. C. de fundis patrimonialibus libro. 11. & ita consuluit Barto. in consilio. 125. incipiente commune spoleti. & Alexá consi. 30. incipiente, ponderatis narratis in themate. & idem Balb. in dicto loco, & pro hac opinione videtur mihi textus expressus, in ca. cũ personæ de priuilegijs lib. 6. vbi ostensio priuilegij colorati dat causam præscribẽdi per spatiũ quadraginta annorũ, etiã vbi cõtradicit ius cõmune & constituit præscribentem in quasi possess. Quem textũ miror non allegasse doctor. supra relatos. Et adeo hæc opinio in praxi recepta est, vt sæpe in facti cõtingentia viderim obtinere eos qui ex talibus priuilegijs quouis colore munitis per. 40. annorum tẽpus bona fide à solutione tributorum cessauerunt. Quinimo ex priuilegijs valde antiquatis, obscuris & ferè ridicula serie & forma ordinatis in hac regali chancellaria sæpe obtentũ est, maxime en la causa de Fernã Garcia vezino de Borobra con el concejo de Luna y Fiscal, en la qual por virtud de vn priuilegio del Rey don Bermudo concedido a vn Bellico de Auriolis, quod prima facie, assi en el latin como en las causas y relacion del parecia ridiculoso, obscuro, y incierto obtuuo el dicho Fernand Garcia por sentẽcias de vista y reuista, y antes del obtuuieron y sacarõ executoria, otros sus parientes por auer prouado la descendentia de aquel Bellico de Autiolis contenido en el priuilegio, y la quasi possessió y immunidad, por virtud del priuilegio por. 40. años y mas.] & vt curiosum quempiam lectorem & antiquitatis amatorem (prout sunt plures) delectarem, placuit hoc loco eiusdem priuilegij seriem ad verbũ referre: delectabitur enim vt credo quisq; laudabitque antiqui temporis innocẽtiam ex huiusmodi priuilegi lectione, cuius tenor vt ex originali vetustissimo in actis producto potuit exemplari talis est.

Priuilegio concedido à Bellico Auriolis.

AMultis quidẽ est quæsitum & non à paucis declaratum quod fuit laicus à semenedis in diebus genitoris mei Regis domini Alphõsi maiordomus & super cauallericus & habuit controuersiam cum Manulpho conominato Bellico Aureolis, dicebatur quod erat cauallericus Regis: & dum venit ad aures Regis domini Alphonsi propropter inimicitiam quã habuit Rex dominus Alphonsus ad Pelagium Frolas cuius vassallus erat ipse Bellico Auriolis mandauit illum lidiare in outissimo & pro penitentia tradidit illum ad mortem post quod tempus petiuit indemnitatem & quãdo vidit quod erat iustitia, & dixit vt ingenuasset illum obijt ille rex suum obitum, & migrauit ab hoc seculo, & ego successor

Universidad de Deusto
Biblioteca

in regno in ordine auorum & parentum meorum surrexi, vnus viuens, dixit Pelagio Frolas & fecit mihi suggestionem pro veritate quod ingenuassem ipsum Manulphum cognominatum Bellico Auriolis pro anima ipsius genitoris mei domini Alphonsi & quod mihi postulauit ego impleui: obinde ego Bermudus rex filius Alphonsi principis tibi Manulpho cognominato Bellico Auriolis, & filijs tuis vel qui de te nati fuerint in domino Deo salutem Amen. Incertum est vitæ tempus quod mortales ducimus casu, quia nec initium nascendi nouimus, nec finem nostrũ scire valemus, quando ab hac luce trãseamus: & nos excitat ad benefaciendum, vt ante Deum inueniamus mercedẽ & remediũ animæ nostræ psalmista dicit, dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes: dimitte eos qui cõtristati sunt liberos, tronos eorũ disrumpe: nunc modo mihi annuit voluntas vt faciã tibi Manulpho cartã ingenuitatis vel restitutionis sic tibi quã filijs & nepotibus, q̃ de te nati fuerint, vt sedeatis ingenui & securi à facie Dei omnipotentis vsque in finẽ seculi vbi viuendi manendi, latendi, & faciendi vitam transire volueritis liberam in Dei nomine habeatis potestatem ita vt ad nullum hominem viuentem super terrã mãdato pareatis, sed soli deo omnipotenti sicut alij cæteri ingenui. & pro confirmanda hac scriptura accepi de te vnum cauallum resellum valentem trecentos solidos & vnũ sedendarum bonum & post diem S. Michaelis Archang. feras cereum & oblationẽ & in pauperes distribuas de quanto habueris pro anima ipsius genitoris mei regis Alphonsi, ita vt omnes consanguinei mei vel extranei tam filij quam nepotes qui contra factum meum venerint iram regiã patiantur & sententiam excommunicationis, & homo viuens super terram qui hanc iussionem meam contrauerit mẽdici & Leprosi, sedeant teneant sua camba ad frontem, careat lumine, non videat quę bona sunt in Hierusalem, nec pax in Israel, anathema reputetur in conspectu Dei omnipotentis, & pro temporali damno persoluat quæ litera resonat in duplo vel triplo. Et ad partẽ regis soluat, auri talenta duo hæc scriptura plenam obtineat firmitatẽ per secula tuta facta carta ingenuitatis die quòd existis Kalenda. Octobr. 71. post mille Bermudus Rex hãc scripturam manu mea confirmo. Seruandus episcop. confirmati. Comes Petrus, Fruelas Pelagius, Fruelas Alcomas, Fruelas Nuñez, Roderic Martinez, concomites regis confirmant. Frolas Paris confirmat Sancius Ximenez, confirmat Nepocianus Sorius, confirmat Guttierre Felix, confirmat Adulphus, cõfirmat Phelippe testib. Io. Garcia Fulgentius notarius. Ex hoc itaque priuileg. quantumuis incerto & obscuro & temporis diuturnitate antiquato iuncta. 40. anno. legitima possess. obtentum est, vt supra dixi. Tantum valet longissimi temporis virtute alicuius titul. vel priuilegij vsus & possessio ad cuiuslibet priuilegij, vel titu, interpretationem & validitatem. [Verdad es, quel dicho priuilegio estaua cõfirmado generalmente sin nueua concesion ni declaracion por muchos de los reyes de Castilla, y por el Emperador Don Carlos nuestro señor desde la era de. 345. hasta el Año passado de. 1524. nec supra dic. conclusioni obstabit: si dicatur, quod in distincte videtur quod sufficit tempus. 40. anno. etiam si non ostendatur priuilegium, modo alleget, argum. textu. & eorum quę ibi & alibi per eum traduntur in. l. cum de in rem verso. ff. de vsu. & in. l. si certis annis. C. de pactis, quia vt supra dic. est, illorum furium dispositio non procedit nostro casu, quando cõtradicit ius commune vt sæpissime dictum est.

SVMMARIVM
Ex capite sequenti.

1 Quid sit probandum ex parte illius qui prætẽdit nobilitatem ex priuilegio.
2 Nobiles non nobiliter viuentes an gaudeãt iure nobilitatis.

DE PROBATIONE necessaria ad nobilitatem ex priuilegio.

CAP. VII.

SI Vero quæratur quid debeat probare is, qui pretendit nobilitatem ex causa priuilegij, & quales articul. debeat formare, dicendũ est, quòd aut in priuilegio sunt incertæ aliquæ qualitates vel conditiones, sub quibus fuit concessum: putà, con que los q̃ ouierẽ de vsar del sean obligados a mãtener armas y cauallo cõforme a la ley de Madrigal y yr a los llamamientos de las guerras, vel alia his similia. & isto casu el q̃ se quiere aprouechar del priuilegio, ha de articular y prouar hauer guardado y cumplido estas condiciones y qualidades. cum sub his, & earũ obseruatione fit concessum priuilegium & in eis fundetur intentio agentis, quia vbi requiritur aliqua qualitas nõ sufficit probare actũ nisi probetur etiam ipsa qualitas, vt supra dictũ est, & per Bart. in. l. prætor. §. docere. ff. de vi bono rapto. & est tex. in ca. 1. de homici. cũ alijs: debet etiam articulare & probare obseruantiam & vsum continuum sine interruptione ipsius priuilegij ad maiorẽ vim ipsius: aut priuilegium simpliciter, & sine aliqua conditione, vel qualitate concedit immunitatem, & isto casu est differentia inter priuilegiũ nobilitatis, et priuilegiũ armatæ militiæ: [quiero dezir que es differencia entre priuilegio de hidalguia, y el de caualleria: porque el que pretende gozar por cauallero armado semper sine dubio tenetur probare, hauer tenido y mantenido armas y cauallo conforme a la dicha ley de Madrigal, y a las leyes y pragmat. destos Reynos: pero en los priuilegios de hidalguia hay dubda si se requiere prouar esto, y si en ellos ha lugar la. l. de Madrigal. & licèt securius sit & magis vsitatum articular y prouar lomes

Universidad de Deusto
Biblioteca

mo,] forsan de iuris rigore non est ne cessarium: cum nec in tenore priuilegij contineatur, nec de natura, vel substantia nobilitatis, que llamamos hidalguia, sit in nostra Hispania que el hidalgo mantenga armas y cauallo. Quòd iudicio meo non esset præter ius & æquum, vt supra tetigi, quia certe quodammodo videtur ipsi nobilitati iniurioſum, & nostræ Hispaniæ, vt nobilitate gaudeant, qui non nobiliter sed viliter viuunt & vilibus officijs & exercitijs vtuntur: cum fere extra nostram Hispaniam nullus gaudet nobilitate qui non nobiliter viuit, vt de Germanis, Gallis Italis, & cęteris ex certo scimus, & Doctorum scriptis quotidie legimus. Et vtinam hi, qui Cæsari nostro in supremo consilio assistunt, hoc illi aliquando in sinuarent, nam forsan reprimetur effrenata multitudo illorum qui ex vilissimis parentibus & officijs ad nobilitatis dignitatem iniustissimè & suspectissimis testibus peruenire quotidie conantur, & gauderent soli & veri nobiles iure suo proprio, & ipsa nobilitas non contaminaretur, officiorum vilitate, abundarètque respublica equorum & armorum copia, & quod non minimum est, Cæsaris patrimonium non tam passim, & inuerecunde vsurparetur, nec pauperes tam grauibus oneribus premerentur.

SVMMARIVM
Ex capite sequenti.

1 *Vxores nobilium ex priuilegio mortuo marito, an gaudeant immunitate.*
2 *Referuntur uerba l. ordinamenti in proposito.*
3 *Vxor plebeia nupta nobili gaudet post mariti mortem immunitate.*
4 *Qualis debeat esse sententia in causis priuilegiorum.*

DE VXORIBVS NOBILIVM: an gaudeant immunitate maritorum post mortem eorum.

CAP. VIII.

SED Circa istam partem quæro, an quemadmodum vxor illius qui genere fuit nobilis gaudet nobilitate viri ipso defuncto toto tẽpore, quo ipsa in viduitate honestè viuit, vt patet tam per ius commune quàm per. ll. & pragma. regni: an eodem modo vxor illius qui fuit nobilis ex priuilegio debeat gaudere immunitate post mortem illius in uiduitate consistens. Dubium facit, quia priuilegium mariti erat personale, & per consequens, videtur extinctum cum persona, quod non est in nobilitate generis quæ tanquam naturalis durat, & continuatur in filijs, & descendentibus. Item ius nobilitatis competens in priuilegio tanquam ius speciale debet esse debilius, & fragilius, quàm ius commune iuxta vulgatam regulam. l. eius militis. §. militia missus. ff. de mil. test. Item, quia ius nobilitatis ex priuilegio

gio est ius accidentale: ex genere verò est naturale, & per consequens fortius, vt in. l. qui habetur. ff. de rutel. & in. l. sed & est quæsitum cum ibi traditis. ff. de liberis & posthu. His tamẽ nõ obstantibus dicendum est, quod non solum vxor illius qui fuit genere nobilis debet in viduitate gaudere immunitate mariti, verum illius quoque quitantum ex priuilegio erat immunis & exemptus, quòd probatur ex. l. fœminæ. ff. de senato. & ex traditis in l. fin. C. de incolis. & in. l. mulieres. C. de dignita. libr. 12. Nam dignitas senatoria, & aliæ dignitates contingentes maritis non sunt naturales, sed accidẽtales, & mere personales, nihilominus tamẽ vxores istorum tempore viduitatis honestæ gaudent, & fruunt illorum priuilegijs, vt ibi ergo.

Itẽ facit, quia quando alicui semel acquisitum fuit ius ex persona alterius durat, & si persona illa moriatur. arg. tex. in. l. post mortem. §. fin. & l. illud §. fina. ff. de contra tabu. & quòd ibi tradunt doctores. Et pro hac parte est textus de iure regni in. l. 13. titulo de los escusados libro quarto ordin. cuius verba. [Ordenamos que la essencion otorgada por priuilegios a los nuestros officiales de nuestra casa, se guarde a las mugeres dellos, no casando y guardãdo castidad, & hoc idem annuit pragmatica. folio. 173. Dada en Toro. Año. de Mil y trezientos y nouenta y ocho. & in cap. ex parte. de foro cõpet. & in cap. licet. §. mulier. de sepultu. lib. 6.

Durante autem matrimonio nulli dubiũ nisi, quòd vxor etiam plebeia, & rustico genere nata nupta nobili gaudet viri immunitate. v per Bartol. & Bal. in l. fi. C. de verbo. significatione & ibi per Ias. tertia columna. & latẽ per Felin. in cap. super eo el segundo de testi. & in specie Pala. Rubios in rubrica. §. vno tamen casu. folio. 17. in secunda & tertia col. & videtur probari in dict. l 3. tit. 21. part. 2. quod non est econtra: nam licet vir plebeius ducat in vxorem nobilem sanguine, non gaudet illius immunitate nec priuilegio, vt late & notanter prosequitur idem Pala. Rubios in dict. rubri §. sed propter ista. fol. mihi. 17. in tertia colu. Quinimo isto casu nobilitas vxoris obumbratur ex eo, quòd nupserit plebeio, vel villano, vt ibidem per eum. Bene verũ est, quod ex priuilegijs quibusdam specialibus à Regibus nostræ Hispaniæ concessis aliquando mariti gaudent immunitate ex personis vxorum, vt est Salmanticæ, en las que son de los linajes & in alijs priuilegijs, tam à legibus regni expressis quam specialiter concessis & in corpore iuris non inclusis.

Sententia autem in causis priuilegij debet esse conformis libello & ipsi priuilegio declarando illud debere obseruari personis in eo contentis & alijs quibus ius ex illo competit secundum tenorem ipsius & iuris dispositionem: quod iudicum discretioni committendum est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIVM
Ex capite sequenti.

1 AN priuilegium nobilitatis amittatur ex crimine perduellionis & læsæ maiestatis.
2 Filij & nepotes committentis crimen læsæ maiestatis notantur infamia & priuantur officijs & beneficijs.
3 Dispositio l. quisquis. C. ad l. iuli. maiest. an extendatur ad nepotes.
4 Nobilitas est honor & dignitas honorifica.
5 Nobilitas & infamia nequeunt in eadem persona simul consistere.
6 Nobilitatis substantia in officio & exercitio consistit.
7 Nobiles sunt præferendi in officijs reipublicæ administrandis.
8 An filij nati ante crimen læsæ maiestatis à patre commissum puniantur ex paterno delicto.
9 An priuentur filij beneficijs obtentis ante reatum patris.
10 Priuilegium nobilitatis nel exemptionis à filio obtentum post crimen paternum nec; facta mentione paterni criminis ex ignorantia nel malitia an censeatur subreptitium.
11 Clausula excerta scientia & proprio motu & de plenitudine potestatis quid operetur in huiusmodi priuilegio.

AN PROPTER DELIctum læsæ Maiestatis diuinæ, vel humanæ à patre, vel auo commissum nobilitatis seu immunitatis priuilegium perdatur.

CAP. IX.

1 SVCCEDIT nunc examinãda quæstio elegans quæ in facti contingentia diebus proximis in hac regali cancellaria ventilata est, scilicet an propter delictum læsæ Maiestatis diuinę, vel humanę à patre, vel auo perpetratum nobilitatis priuilegium perdatur, & sic compellantur descendẽtes cõtribuere prout ante priuilegij cõcessionem maiores sui tenebantur.

In qua quæstione pro omnimoda eius declaratione duo casus principales erunt considerandi.

Primus quando priuilegium concessum fuit ei qui delictum commisit, & isto casu an delictum patris noceat nedum nascituris filijs: verum ante delictum natis.

Secundus quando crimen perpetratum est ab eo, cuius filius priuilegium obtinuit: & hic etiam subdistinguemus; obtentum à filio fuerit priuilegium, ante crimen à patre perpetratum vel post.

In primo casu dicendum videtur crimen aduersus diuinam, vel humanam Maiestatem admissum ab eo cui concessum est nobilitatis, vel exemptionis priuilegium priuare eundem, & descendentes nobilitate & immunitate: cum enim ob criminis grauitatem filij, & nepotes eorum qui diuinam vel humanam maiestatem, læserint infamia perpetua notentur, & indigni censeantur vt obtinere valeant honores, officia, & beneficia ecclesiastica, & prophana, aliàque rei publicæ munera, vt infra apparebit, constat priuilegio nobilitatis indignos effici. Quod sic in crimine hæreseos decidit textus in capitulo vergentis, de hæreti. in capitul. secundo, §. hæretici. & in capitulo statutum el segundo eodem titul. in sexto. Cuius verba, Ipsorumque filij vsque ad secundam generationem, ad aliquod beneficium ecclesiasticum seu publicum officium non admittãtur. Quòd 2 etiam

etiam apud nos Regijs pragmaticis, satis cautum est. [En las pragmaticas de Granada, y Ecija, que los hijos y nietos de condenados por la inquisicion por delicto de heregia no puedan tener officio publico ni de honrra.] In leuiori verò crimine. l. quisquis. §. filij. ad legem Iuliam Maiestatis. ibi sint perpetuo egentes, & pauperes, infamia eos paterna semper comitetur: ad nullos prorsus honores ad nulla sacramenta perueniant. Clarius in terminis nostris loquitur lex secunda, titulo secundo partita septima ibi. [E demas todos sus hijos que sean varones, deuen quedar por infamados por siempre, que no puedan auer honrra de caualleria, nin de dignidad, nin de officio. &c.] Quibus iuribus videtur probari supra dicta assertio in filios, & in nepotes, licèt in crimine læsæ Maiestatis humanę in nepotibus id nonnulli inficientur. Receptior tamen opinio est dispositionem dictæ legis quisquis ad nepotes dilatari ex eo quod constitutio Federici Imperatoris à quo sumpta fuit mentionem liberorũ faciat. Quorum appellatione etiam in odiosis proculdubio nepotes continẽtur vt in. l. liberorum. ff. de verbor. significat. Salic. colũ. tertia post Cin. ibi. in fin. glos. Alberic. colu. 3. quamuis eam suspectam sibi iure partitarum arbitretur Gregor. Lop. in dict. l. secunda versicu. sus hijos. Cuius opinio apud me dubia est cum leges partitæ ferè semper sint conformes legibus iuris communis. Imo in vtroque crimine eandem pœnam ad 3 filios illegitimos extendi tenuit gloss. cele. in dict. ca. statum vbi Ioan. Mon. Archidia. Ancha. & alij communiter & Villadiego in tractat. de heret. quæstione. 23.

In hac quæstione dubium oriri videtur ex eo, quòd prædicta iura de amissione nobilitatis (Quam hidalguia appellamus) verbum nullum solum namque prohibent ne admittantur ad officia publica, & habentia honorem. Sub qua prohibitione nobilitas comprehendi non videtur, quæ nullo modo officiũ appellari potest, neque ei offici diffinitio conuenire, vt patet ex. l. 1. titul. 9. part. 3. cuius verba: [officio tãto quiere dezir como seruicio señalado, en que ome es puesto para seruir al Rey, o al comun de alguna ciudad o villa.] Facit glos. in. l. legatum. §. si ex officio de legar. 3. Felin. num. 2. post Docto in capi. post cessionẽ de probatio. Quare dicta iura quæ prohibẽt filios, & nepotes hæreticorum ad officia admitti cum sint pœnalia & odiosa (vt pote punientia parentum crimina in filios contra regulam l. sancimus de pœnis &. l. fi. tit. 21. par. 7.) non debent extendi vltra casum in quo loquũtur iuxta regulas iuris notas, & per consequens, non videntur trahẽda ad amissionem nobilitatis ex priuilegio causante.

Verum hac ratione non obstante admittenda erit supra dicta conclusio sequentibus rationibus quibus facile refellitur hæc obiectio.

Primo quia dicta iura expresse prohibent ne ad honores admittantur, vt dictum

Universidad de Deusto
Biblioteca

dictum est.& patet ex dict.l. quisquis ibi ad nullos prorsus honores.&c. Sed nobilitatis honor est, & dignitas honorifica Bartol.& cæteri. in. l.1.per text.ibi de digni.libr.12.& probat clare text.in.l.2.in fin.titul. 21. part.2. & l.23.cod.titu.& part.& l.6.tit.27.part. 4 secunda ibi. [y puede les dar hórra de hijos dalgo a los que no lo fueren,] facit.l.7.titu.primo libr.4 ordi. prohibitus ergo exercere officium honorificum, propter honorem qui officio inest,multo magis cẽsetur priuatus ipso honore:& sic nobilitate,cum propter vnum quodque tale,& illud magis.

Secundo quia genus repręsentatur in qualibet sua specie,licèt species interse differant.l.si quid earum.§. interemptum de legatis tertio. lege inter agnatos. ff. vnde legi. Sed cum nobilitas sit honor, insitque nobilitati honor, qui prædictis iuribus remouetur à filijs & descendentibus honore remoto.& sic genere, ipsa nobilitas censetur sublata, tanquam species cui honor inest.l.fundi.§. quædã. de fund.instruct.cum ergo ad positionem speciei necessario sequatur positio generis,si dicas nobilitatem in filijs remanere,necessario fateris,& honorem contra prædicta iura.

5 Præterea prædicta crimina perpetrantes perpetua infamia comitatur, vt in iuribus allegatis.Infames autem sunt incapaces honoris, & nobilitatis.in cap.infamibus de regul.iuris in. 6 l.secunda de digni.libr.12.l. septima titu. 6. 7. part.imo sub eodem subiecto non subsistunt nobilitas, & infamia vt penitus contraria, vti expresse probat.l.9. titul. primo. libro quarto. ordi.[adonde por el mesmo caso que el cauallero exercite officio vil,e infame pierde el priuilegio de hidalguia, y caualleria.]& nos latius diximus supra.secunda parte, tertiæ principalis. capi.5.num.15.& ratione infamiæ priuatur quis dignitate,& honore vt in. l.infamia vbi.Plat.de decu.libro.10.& in.l.iudices de dignita.libro.12. fit ergo vt si istos infamia comitatur,nobilitatem minimè retinere possint, quæ dignitas honorifica est, vt supra dixi.

Deinde facit quod dicta iura,& pragmaticæ quæ prohibent filios, & descendentes talium delinquentium gerere officia habentia honorem,virtualiter excludunt nobilitatem naturalem, & positiuam, hoc est priuilegio obtentam,quia licèt ius nobilitatis de perse non sit officium, si tamen hoc 6 ius nostræ Hispaniæ (quam hidalguia appellamus) cum effectu accipiatur pro vt in actu & exercitio deducitur proculdubio officium est in officijsque conseruatur,exercetur,& retinetur. Cum nobiles tantum admittendi sunt ad regimen ciuitatum quod haud dubiè officium est,textus in authent.de defens.ciui.§. primo colum. quarta.probans vtrunque ibi Sed inuicem vniuersi nobiliores ciuitatum habitatores hoc ministerium eis adimpleant.&c.facit.l.honores.§. si is quiff. de decurio. sed per dictas leges, & pragmaticas prohibitum est ne tales sint decuriones nec præsides,nec ciui

tatum

tatum rectores,nec habeant aliud rei publicæ honorificum officium: ergo patet incapaces illos esse nobilitatis, aliàs enim non iure priuarentur exercitio prædictorum officiorum si nobilitas penes illos remaneret,quod clarius elicitur ex l.secunda.titul 9. part. secunda[.adonde tratando quales há de ser los officiales de la casa del Rey,] semper illa lex requirit nobilitatem ad ipsorum exercitium, & idem ferè disponunt omnes leges illius tituli: ea ergo ratione dictæ leges; & pragmaticæ prohibent prædictos delinquentes exercere prędicta honoris officia,quia propter talia crimina extincta censetur omnis nobilitas sine qua prædicta officia exerceri non possunt & sic constat dicta iura & pragmaticas nedum excludere prædictas personas ab officiorum honore,& exercitio:verum ab ipsa nobilitate.

Pro omnimoda tamen huius articuli expeditione videndum est an hoc procedat etiam respectu filiorum ante 8 natorum vt ipsi quoque damnum paterni delicti sentiant: & omissis altercationibus tenendum erit filios etiam ante parentis lapsum natos puniri& eisdem pœnis affici sicuti ex textu in capi.primo de hære.in sexto, satis clarè constat, vbi filij eorum qui in articulo mortis hæresim commiserũt canonicas pœnas patiuntur, quòd de iam natis necessario intelligendum est. Facit textus, in dicto capitulo statutum. el segundo. quorum iurium fundamento hanc dicit communem Palacios Rubios de obtent. Regni Nauárræ.quinta parte. §. octauo. columna quarta. Villadiego de hæret. quæstione vigesimatertia, & eam sequuntur relati à Doctore Couarru. libro secundo Var.Resolutio.capit.octauo,numero quinto.quo in loco late explicat an idem recipi debeat in crimine læsæ Maiestatis humanæ consideratis Regijs legibus ibidem citatis. Sat est quod in grauiori crimine admittenda omnino erit relata opinio, & hoc de primo casu principali.

Circa secundum verò casum videlicet, quando filius obtinuit à principe nobilitatis priuilegium,distinguendũ videtur hoc modo.

Quod si obtentum fuerit à filio,propter ipsius seruitia, & benemerita ante patris,vel aui delictum, isto casu filij vel nepotes non videntur amittere priuilegium à patre obtentum propter delictum aui, vel proaui ex sequentibus. primo ex glo.in capitu.satis peruersum. quinquagesima sexta distinctione.quæ scribit filios ob crimen lęsæ Maiestatis à parentibus commissum minime priuari officijs & beneficijs obtentis eo tempore quo pater scelus perpetrauit. quam gloss. in expresso sequitur Roma.singul. 686. asseuerans idem esse siue crimen sit læsæ Maiestatis humanę vel diuinę.Quã sentẽtiam ex dicta glossa tenuit etiam Panormitanus in capitu. vergentis de hæretic. post Anto. ibi probans nec ipso iure per sententiam filios priuari beneficijs obtentis ante patris crimen.Sequuntur etium plures alij rela

ti per.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ti per.D.Doctor. Couarruuias vbi supra numero quarto. quo in loco ipse quoque eandem sententiam secutus est,tametsi referat plures contrarium tenentes,quorum fundamentis optime satis facit, suam & aliorum comprobando,qui in hoc articulo videndus erit. Vltra quem hæc pars fulciri videtur ex illo iuris principio , quo habetur difficilius tolli quod alicui ex propria persona competit quàm ex persona alterius. l. quòd principi.iuncta lege augustę ff.de legatis secundo. magis enim meum est quòd per meam probitatem quæro quàm id quod ab antecessoribus consequutus sum. Verba sunt aurea glossæ in lege si quid bello. ff. de captiuis & postliminio reuersis. per quamdicit Decius in.l.fœminę numero nono de reg.iuris.quòd firmius retinetur illud quod quis habet ex propria persona quàm ex antecessoribus,& qui contrarium vellet defendere deuiaret à disciplina sacrorum canonum iuxta text. singul in capit.nunquam.56.distinct. cum alijs concinitq; illud Ouidij. Nąque non fecimus ipsi vix ea nostra voco.& tandem pro hac parte est casus rectè consideratus in cap.statutum de hære in. 6. ibi ad aliquòd beneficium ecclesiasticũ , seu officium publicum non admittantur: loquitur enim ille text de obtinendis officijs, & beneficijs non de obtentis tex.in cap.felicis. §.nulli de pen.libro 6.& tenet Montalnus in.l.4.tit.26.part. 7. restat ergo ex dictis quòd si filius obtinuit à principe priuilegium nobilitatis(quę llamamos de hidalguia)o de caualleria,o de exempcion, vel alterius cuiusuis honoris,& prehęminentiæ illud non amittit ipse nec descendentes propter hæresim vel crimen in Imperatorem commissum à patre. Restat ergo vt secundum membrum factę subdistinctionis huic primo oppositum formemus hoc modo.

Priuilegium nobilitatis,militiæ, vel exemptionis à filio obtentum,in quo nulla mentio facta fuit de delictis istis à patre commissis,siue taciturnitas cõtigerit in impetratione propter malitiam,siue propter simplicitatẽ,& ignorantiam filij, est nullius momenti, & sic tanquam nullum non prodest filio nec descendentibus persequentia.

Primo ex omnibus supradictis in decisione primi casus principalis.

Deinde quia in priuilegijs consideratur mens, & intentio concedentis, text.& glo.in versic.intentionis in ca. ex multiplici,& in capi.dilecti. versic. neque intentionis de deci. & secundũ eam debet iudex illud interpetari. l. ex facto.vbi Iaſ.nu.5. de vulga. In priuilegijs namque alijsque dispositionibus attenditur, & considerat id quod vero simile est voluisse principem cõcedente ex text. iuncta gloss. in.l. tale pactum. §. fina. ff. de pact. commu.a & seruanda in quibusuis dispositionibus, secundum omnes ibi, & alios relatos per Tirab.in.l si vnquã,in principio nu.56.& in legi.cõnu.glos.5. nume.27. Sed certũ est quòd si princeps priuilegiũ concedens ex relatione vel alijs intelligeret patrẽ illius cui concedebat

bat priuilegium nobilitatis, vel exemptionis esse hæreticum , vel commisisse crimem læsæ Maiestatis minime eum nobilitaret,militem , vel exemptum faceret,& sic tale priuilegium annullatur ex defectu voluntatis concedentis,& tanquam obreptitium, & surreptitium est nullius momenti.l. prima. ff. de nata. resti .l. & si legibus.C. si con. ius. l. vtili. publi. dicto capi. ex multiplici.Princeps enim censetur circunscriptus in tali concessione. vt in capit.cum olim de re iudica . declarat Bald.in.l.præscriptione colum.4. versicu.ego dico.C.si contra ius. sua latè alleg 8.3.colu.bona iura in.l 39.tit. 18. part.tertia.quo fit vt ex causis,antedictis priuilegium istud minimè sortiri possit effectum.

Præterea hoc videtur expresse decidere casus singul.in capi. super literis de rescript.vbi notanter dicitur quod quotiẽs subreptio fuit causa cõcessionis , etiam si omissa fuerit veritas propter simplicitatem, vel ignorantiam: quia tamen si expressa esset nullatenus rescriptum concederetur,talis veritatis omissio etiam per ignorantiam intotum vitiaret rescriptum , & concessionem, & ibi omnes commen. illum casum , sic in proposito etiam si filius per ignorantiam mentionem de patris hæresi, vel proditione nõ fecerit in impetratione priuilegij : quia tamen surreptio fuit causa concessionis priuilegium in totum vitiatur. Et forte isto fundamẽto ptæter alia:cum his diebus casus occurrisset in hac cãcellaria lis decisa fuit.

11 Neque prædictæ resolutioni aduersatur etiam si in tali priuilegio extent clausulæ , & ex certa scientia,proprio motu , de plenitudine potestatis, & quæuis alia quæ in eo potuerit apponi. Tum quia dictæ clausulæ nũquam extenduntur ad ea quæ princeps probabiliter ignorabat,neque per eas videtur tribuere aliquod ius ratiõe ignorantiæ sicuti Bald.affirmat in.l.finali, colum.secunda.C. sententiam rescin. nõ posse.in versiculo dicas etiam. Cuius verba quia notanda placuit referre. Dicas etiam quod illa clausula ex certa scientia nihil operatur nisi in his de quibus princeps præsumatur habere certam scientiam,sicut sunt ea quę cõsistunt in iure. Non autem operatur in his quæ princeps præsumitur ignorare sicut sunt facta, & commercia. &c.pluraque in proposito refert Feli. in capi.cum inter.numero quinto, de excep. Dettus loquendo in clausula de plenitudine potestatis.in capitulo ad hæc.numero quinto, de rescrip.& in clausula proprio motu Bald. in. l. nequis .C. de crimi. sacril. sua allega. 12.columna.12.post medium. Cum ergo Princeps vel Imperator concedendo filio prædictum priuilegium tunc temporis ignorabat hæresim vel proditionem commissam per patrem impetrantis priuilegium , dictæ clausulæ nullumm ius ei tribuũt per supra dicta. Tum etiam quia dictæ clausulæ , & quæuis aliæ non operantur dispensationem contra præsumptam intentionem concedentis ex Theo.glo in clement . si romanus versiculo valida

Universidad de Deusto
Biblioteca

lidam de præbend. Ion. Andre. & Domi. in capitulo si motu proprio de præbend. in sexto. Abb. in capitulo cum olim, columna quinta in medio de re iudica. Nec operatur defectus personæ dispensationem, quando princeps ignorabat eum. latè Felin. in dicto capit. cum inter. numero quinto & in capit. nonnulli. nume. 13. in fina. versiculo, quinto fallit, de rescript. Detius in capit. primo nume. septimo, de con. vtili vel inutili. Iaſon. in l. more. numero. 36. Curt. Iuni. numer. 33. de iurisdictione omnium iudicum. Imò, & quod plus est: quod etiam si in tali priuilegio esset clausula non obstante obreptione, vel subreptione, Princeps non est visus intelligere de surreptione tantæ qualitatis, & tanti criminis, eo quòd neque in specie neque in genere, de eo cogitauerit, vt requirebatur: argumento textus in. l. qui iure militari. ff. de testam. mili. eo maximè quia nunquam est principis intentio per verba tam generalia leges omnes loquentes de grauissimo isto hæreseos crimine, vel proditionis derogare. l. si quando. C. de inoffic. testam. Concludendum itaque est quod etiam si in casu istius vltimi membri in priuilegio apponerentur clausulæ supradictæ validum priuilegium minimè efficerent nisi horum criminum mentio expressim fieret. Quo casu mihi difficillimum, & ferè incredibile videtur Reges Hispaniæ quibus tam exosum est Hæreseos crimen talia priuilegia concedere.

SEQVITVR Quinta Pars Principalis.

SVMMARIVM
Ex capite sequenti.

1 *AN in his nobilitatis causis admittantur testes ad perpetuam rei memoriam ante litis contestationem.*

2 *Quando aliquis potest litem ordinariam mouere, non potest ante litem contestatam testes præsentare.*

3 *In probationibus ad perpetuam rei memoriam requiritur citatio personalis & summaria cognitio de valetudine testium.*

4 *In probationibus ad perpetuam rei memoriam an debeat fieri publicatio.*

5 *Hodie non traduntur partibus probationes per ipsos facta ad perpe. rei memoriam.*

6 *An particularis, qui facit probationem ad perpetuam rei memoriam possit re conuenire iudicio ordinario per Fiscalem.*

7 *Qualis debeat esse petitio in his causis, & responsio Fiscalis.*

DE FORMA ET ORdine probationum, quę ad perpetuam rei memoriam in causis fiunt.

CAP. I.

1 EXTREMA ET vltima Pars huius tractatus versatur circa secundum genus agendi, quod in his causis quotidie practicatur: scilicet, circa petitiones & probationes, quæ fiunt ad perpetuam rei memoriam, in qua primo quærendū est, vtrū in his causis admittantur tales petitiones, scilicet, vt recipiātur testes ad perpetuam rei memoriam

ante litis contestationem. Et dicendū videt quod his de causis possunt examinari & recipi, quibus de iure communi possunt. s. propter senectutem vel absentiam, vel alias causas, de quibus per textum & Docto. in cap. quoniam frequenter extra vt lite non contesta. & in. ca. significauit extra de test. & in authentica. sed & si quis. C. eod. titulo. Nec obstat, quòd quando particularis potest iudicium mouere, & litem contestari, isto casu non potest petere, vt testes examinentur ad perpetuam rei memoriam ante litis contesta. vt vult Bald & Doctores in dict. authentica: sed & si quis, & in. d. capi. quoniā frequenter: sed in his causis, videtur, quod semper particularis possit prouocare Fiscalem & communitatem in iudicium, saltem intentando remedium. l. diffamari C. de ingenu. & ma. Quia vt in prima parte latius

2 dixi, sine turbatione reali & pignoris captura non potest particularis agere, vt expressè disponitur in dicta pragmatica, aliàs si sufficeret verbalis inquietatio & diffamatio & posset agere, non possent testes ante litis contesta. examinari, vt concludit Bald. & Docto. in. d. authen. & in. d. c. quomā. ideo idem Bald. in. d. authen. in tertia colum. dat cautelam, vt quis possit iudicium ordinariū mouere. s. submittendo aliquem, qui verbaliter se iactet contra eum, quòd latius vide per ipsum ibi.

3 Et adde, quòd hoc casu requiritur citatio personalis, nec sufficit si ad domum fiat vt concludit Bald. & Sali. in. d. authen. sed & si quis: sed antequā discernatur citatio, debet præcedere rem summaria cognitio de valetudine, senectute, vel absentia, sine qua nō potest discerni citatio, & ita fit quotidie. Et diligenter aduertendum est ne faciliter admittantur tales testes sedcū graui, & probatissima causa. Quia ex talibus probationibus graue, & maximum præiudicium poterit reipublicæ in futurum sequi. [Y ansi se ha pedido a su Magestad lo mande proueer y ansi mismo se ha pedido y se guarda en estas probāças que se assigne termino a las partes, lo qual no se hazia antes y era cosa bien preiudicial.] Ratio est, quia in his causis seu impedimē tis fundatur ius huius petitionis: ideò de his debet saltem summariè cōstare maximè si à Fisco petatur, vel à communitate. Quo casu si omitteretur, esset processus nullus, licèt aliàs non, etiam si postea appareret, quòd non essent senes, vel valetudinarij, vt per Bal. in dict. authentic. 5. col. & per Docto. in. d. c. quoniam. Citatio verò quæ postea fit, dicitur voluntatis, scilicet, vt cō pareas si vis, & talis citatio valet, vt per Innocen. in. c. dilecti de excep. glo. & Doctor. in dict. cap. significauit. de test. l. ea quidem. C. si mancipi. ita fue. alien. & Bald. in dict. authent. in. 5. col. Post hoc (facta declaratione à iudicibus quod testes recipiantur propter impedimentum senectutis, vel absentiæ) las partes se resciben a prueua ordinariamente con el termino de la ley, y el Fiscal o cōcejo pueden hazer probança y diligencias, imò se ha pedi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

do a su Mageſtad que neceſſariamẽte el Fiſcal ſea obligado a hazer probança acoſta de la camara, o del concejo,] licèt ſuper hoc hucuſque non ſit cautum.

An autem poſt talium teſtium examinationem debeat fieri eorum publi
4 catio fuerunt variæ opiniones: verior tamen videtur, quòd debeãt publicari ex quo recipiũtur ad defenſionẽ ſecundum nota. per Bald. & doct. in. d. auth. & ita ſeruatur licet nõ profertur ſententia, vt eiſdẽ fides in perpetuũ adhibeatur quæ in his ſolet ferri, & eſt interlocutoria ſecundum gloſſam notabilem in. l. in lege aquil. ff ad. l. aqui. & ſecundum Baldum in dict. quinta col. dubito tamen, an talis publicatio ſit ſemperutilis particulari cum per eã videatur claudi via amplius producẽdi teſtes iuxta regulas vulgares de. ca. fraternitatibus de teſt. cum alijs credem tamen, quod ſi poſtea à Fiſcali & cõmunitate moueretur iudicium ordinarium, quod nihilominus intra tẽpora probationum poſſet iſte particularis alios teſtes producere.

Vnum tamen eſt aduertendũ, quod licèt de iure communi talium teſtium depoſitio, & publicatio in publica for
5 ma tradatur parti ad iuris ſui cõfirmationem, vt per Docto in. d. iuribus tamen in his cauſis de hidalguia, ex ſpeciali prouiſione & ſchedula Cæſaris Imperatoris noſtri non traduntur partibus, ſed debent cuſtodiri in archiuis Cancellariæ, & ita obſeruatur in Valiſolitana Cancellaria, & idem eſſet obſeruandum in hac noſtra Granatenſi, cum ſit eadem ratio imo multo maior: quia in ea ratione, hoc eſt à Cęſare noſtro ſtatutum: quia plerique ex his qui tales probationes faciebant eas ſe cum portabant & oſtendebant officialibus ſuorum locorum & cõmunitatum, qui vt ad plurimum ſunt ruſtici & iuris ignari, opinabantur ex relatione particularis illas eſſe ſentẽtias efficaces ad immunitatem & defraudabantur hac occaſione, & Cæſaris quoque patrimoniũ defraudabatur. Quare optime obuiatum eſt his fraudibus licèt iudices nobiliratum quos appello Alcaldes de hijos dalgo fere ſemper (me Fiſcali contradicente) illas probationes particularibus tradi iubebãt: ſed domini Auditores, me appellante idem non permittebant. Quare hodie forſan ad mei petitionem habita conſultatione huius ſenatus Granatenſis cum ſupremi Cæſaris conſilij Senatoribus in his curijs celebratis Madricij hoc Anno. 1552. per Cæſarem noſtrum publica ſanctione & pragmatica generaliter prouiſum eſt, vt tales probationes nullatenus partibus tradantur ſed in Archiuis Cancellariæ reponantur.

Fuit tamen mihi ſæpiſsime quotidiana quæſtio in his probationibus, an particulari petẽte ſuos teſtes recipi, ad perpetuam rei memoriam Fiſcalis ſolus poſſet iudicium ordinarium contra eum mouere, vel per viam actionis, vel reconuentionis? & per viam actionis videtur clare quod non: ex eo, quòd pragmatica de Medina non permittit Fiſcali ſine communitate pro-

prouocare: per viam tamen reconuentionis ſemper credidi quòd Fiſcalis ſolus poſsit recõuenire particularem iudicio ordinario. Ratio quæ mẽ mouebat eſt, quia cum particularis ex petitione ſua nititur parare Cæſari, & Fiſcali ſuo nomine præiudicium, iure optimo Fiſcalis poteſt ſe contradictorem oſtendere, & litem cum eo conteſtari, cũ expeditione ſua oriatur mihi ius a gẽdi ſaltem per recouentionẽ, nec altera pars ſine graui malitia & ſuſpitione poterit hoc recuſare: nam ſi ipſa fundat petitionem ſuã, vt recipiãtur teſtes ante litis cõteſta. ex eo, quòd nõ habet cum quo ordinariè agat nõ eſt cur recuſet legitimum cõtradictorem, cũ quo ordinariè poſsit experiri: & hanc opinionẽ viſus eſt tenere Bal. in. d. auth. in 3. & 6. colu. vix tamen potui obtinere, licet ſæpè pertinaciter in hoc perſtiterim, licet in Valliſoletana Cancellaria facillime id admittatur, vt ex Fiſcalium relatione audiui.

Petitio verò, quæ ex parte particularis in his articulis debet proponi, talis eſt, vt ſequitur.

Muy Magnificos Señores.

EVLANO En nõbre de fulano vezino de tal parte: digo que yo ſoy hijo dalgo notorio de padre y abuelo de ſolar conocido de deuengar quinientos ſueldos, ſegun fuero de Eſpaña, y en tal poſſeſsion yo y ellos en ſu tiẽpo auemos eſtado pacificamente: y porque tememos los teſtigos con quien podria y puede prouar eſto ſer aſsi verdad, ſon perſonas muy viejos y enfermos, y algunos dellos ſe quieren auſentar deſtos reynos: y por eſto la probança de mi iuſticia podria perecer ſi antes que ſe mueran, o auſenten, no ſon examinados, a vueſtras mercedes pido en la mejor via y forma que de derecho lugar aya, manden recebir informacion deſtas cauſas de vejez y enfermedad y auſencia, y recibida, mande recebir los dichos y depoſiciones de los dichos teſtigos ſobre la dicha mi hidalguia, para que aſsi examinados haganfee y prueua ad perpetuam rei memoriam, y ſi neceſſario es mandẽ citar y emplazar al Fiſcal de ſu Mageſtad, y al concejo del dicho lugar donde yo ſoy vezino: para lo qual el officio de vueſtras mercedes imploro, &c.

Item digo que los dichos teſtigos ſon eſtos.

Con eſte pedimiento ſe manda notificar al Fiſcal, y emplazar al concejo para que ſi quiere contradizir, o pedir algo venga. &c.

Forma verò ordinaria reſponſionis Fiſcalis talis eſt.

Magnificos Señores.

EL Licenciado Arze de Otalora Fiscal de su Magestad en esta su audiencia, respondiendo a vn pedimiento fecho por parte de fulano vezino de tal lugar en que en effecto dize, que es hijo dalgo de padre y abuelo y auer estado y estar en tal possesion de no pechar en pechos de pecheros Reales, ni concejiles, y que se teme que los testigos con quien lo entiende probar, se moriran por ser viejos y enfermos, y que otros se ausentaran. Y por esto pide que se reciban y examinen ad perpetuam rei memoriam. &c. Cuyo tenor aqui auido por repetido digo que no ha lugar: porque no se pide por parte. &c. Y por lo general y por lo siguiente. Lo vno porque no auiendo (como no hay) pleyto pendiente no se pueden recebir testigos no estando contestado. Lo otro porque no da informacion para que los dichos testigos se deuan examinar: Lo otro porque en causas de hidalguia sin auer prēda real conforme a derecho ya la pragmatica destos Reynos no se puede mouer pleyto. Lo otro porque en el dicho lugar donde la parte cōtraria es vezino no ay pechos, y assi no se pueden tomar testigos sobrellos: Lo otro, porque los casos dōde se permitte recebir testigos ante del pleyto contestado, son donde ay, o puede auer instācia y derecho y actiō nacida, y solo el exercicio della esta impedido, lo que no es en este caso: Lo otro, porque la parte contraria no ha nombrado los testigos que pide ser examinados, ni dado informacion de su vejez y impedimentos: y sin esto (aunque todo lo dicho cessasse) no se pueden, ni deuen recebir los dichos testigos: por las quales razones, y por las que mas de derecho lugar ouieren a vuestras mercedes pido declaren no auer lugar lo por la parte contraria pedido, para lo qual. &c.

Con esta respuesta se manda dar informacion de la vejez e impedimentos de los testigos, y dada vista se pronuncia vn auto en que se mandan recebir sus dichos y recebidos se haze publicacion y la probança no se entrega ala parte como solia, sed ponitur in archiuo, vt supra dictum est.

SVMMARIVM

Ex capite sequenti.

1 *Nobilitas secundum varias prouinciarum, & regnorum consuetudines uarie consideratur, uarijque sunt nobilium mores.*
2 *Nobiles Hispaniæ trifariam diuiduntur quo ad mores & exercitia.*
3 *Romanorum nobilitas mercaturam contēnit, agrorū & armentorum curam non dedignatur.*
4 *Neapolitani nobilitatem in otio & negotiorum uacatione constituunt mercatura contempta.*
5 *Venetorum nobilitas in negotiationibus, & reipublicæ administratione constituta est.*
6 *Ianuenses quoq; nobilitatem à negotiatione non excludunt maximè maritima.*
7 *Germani in possessionum censibus.*
8 *Gallorum fere eadem & quæ Hispanis nobilitas, & Anglis quoque.*
9 *Græcorum, & Teucrorum, & Ægyptiorum nobilitas armis comparatur & imperatorum obsequio, & de Iudeorum nobilitate.*

DE DIVERSIS NOBILIUM moribus & exercitijs secundum diuersas & varias locorum consuetudines.

SED

CAP. II.

1 SED ANTE Quam ad nobiliū priuilegia accedam, & opusculum hoc claudam, pro ipsius maiori perfectione operepretium visum est nobilium mores & exercitia secundum prouinciarum varias & diuersas consuetudines hic adscribere prout à curiosis & fide dignis autoribus relatum inueni.

2 In nostra enim Hispania, vbi nobilitas ab antiquo splendescit, notū est omnibus, qui sunt nobiles, & quales sint mores & exercitia nobilium: nobiles enim qui maiori nobilitate præstant, vt sunt domini illustres, magnates, & eorum agnati, & talium familiarum successores ad plurimum versantur, vel apud Principes & Reges, vel in locis suis: & vtrobiq; militaribus & clarissimis officijs & exercitijs occupantur. Alij vero nobiles, quos milites simplices appellamus, qui titulo carent, nec sunt illustres ex reddi tibus suorum reddituum & facultatum viuunt, & aliquando prouinciarum, vel ciuitatum sunt præsides, qui Corregidores appellantur: aliquando vero in venationibus exercentur & dum opus est ex principum mandato ad bella pergunt, ibique belli munere funguntur vnusquisque secundum suæ personæ qualitatem. Reliqui vero nobiles, quos simplices hijos dalgo dicimus, non sine verecundia dixerim, varijs & aliquando in honestis, & nobilitate indignis officijs, & exercitijs operam dant, non solum agriculturæ, quæ honesta, antiqua, & valde necessaria res est, verum mercaturæ & mechanicis & vilissimis officijs, quod in hoc opere non semel deploraui. Nec satis mihi credulus sum, vtrum hi tales vere nobiles sint, cum nobilitatem officiorum vilitate offendant.

3 Romani vero, qui appellabant nobiles mercaturam (vt rem vilem atq; abiectam) contemnebant, cultui agrorum & rei rusticę vacare, gregis atque armentorum curam gerere, quæstum viro nobili dignum arbitrabantur, & apud eos, vt ait Pogius, honesta, licet rusticana nobilitas lōge distans à Neapolitana est.

4 Nam Neapolitani qui præ cæteris nobilitatem præ se ferre dicuntur, eā in desidia, ac ignauia constituere vidē tur: nulli enim prēterquam inerti otio intenti sedendo, & oscitando ex suis possessionibus vitam degunt: nefas esse viro nobili existimantes, si rei rusticæ, aut suis rationibus cognoscendis operam dent, sedentes in atrijs, in hemicyclis, aut equitando tempus terunt, etiam si improbi absurdique fuerint, dūmodo prisci s domibus orti nobiles se profitent, mercaturam vt rem turpissimam vilissimamq; exhorrent, adeo fastu nobilitatis tument, vt quantumuis egenus atq; in ops sit citius fame intereat, quā filiam, vel opulētissimo mercatori matrimonio collocet, mauultq; furtis & latrocinio, q̄ honesto quæstui vacare, vt de illis referent autores domestici.

Universidad de Deusto
Biblioteca

5 Venetorum autē consuetudo huic cōtraria est, inter quos nobilitas veluti facto, quædam à reliquo populo discreta mercaturam exercent, hi etiā qui equestris ordinis insignio potiuntur. Omnes enim, qui reipublicæ muneribus funguntur, quiq;, vt dicūt, ex ordine sunt senatorio, nascuntur, atq; appellantur nobiles, adeoq; hac vulgari aura inflantur nonnulli, vt etiam si quis patre absurdo, insulso, & inopinatus sit, ipseq; aut dissimilis sit, tamē si in popularem virum inciderit, quā uis doctum & sapientē eum præ se contemnet tumore nobilitatis, sed de talibus dicit Pogius se male Apulei asinum esse, quàm illum.

6 Genuensibus idem, quod Venetis vsu venit, negotiationi deduntur omnes, præsertim maritimæ, nobiles atque ignobiles, qui nulla alia re quam origine distinguuntur. Sunt etiam ex his quidā in Castellis mōtanis dispersi, qui nobiles habentur Lombardi.

7 Germani atque Alemani, quibus cēsus patrimonij ad victum suppetit, & hi, qui procul vrbibus & Castellis & oppidulis dominantur, quorum magna pars latrocinio dedicantur, nobiles censentur. Quibus humanius ingenium natura dedit, hærent principibus, quorum in aula assuescunt cultiori vitę rudes, tamen & moribus asperi.

8 Galliæ vna est nobilium norma: nā rura & prædia sua incolunt, vrbes fugiunt, in quibus habitare nobilem turpe putant, qui in illis degunt ignobiles habentur, mercatores aspernātur, vt vile atq; abiectum hominū genus. Et maxime nobiles reputātur, qui origine antiqua, & īmemoriali sunt nobiles, aut eorum prędecessores ex principum priuilegio, quòd proximum est, vel idem nobilitati nostræ Hispaniæ præterquam, quod Galli nobiles, vt dixi, fere semper in rure morantur, vbi habent castra, & altas, & sumptuosas domos muris vallatas, & sua dominia, ex quorum censibus aluntur, venationibus, & aucupijs cōtinue occupantur. Qui vero (etiam si nobiles sint) in villis, seu vicis ruralibus, vbi sunt ædificia sine muris, vel vallo habitant, à nobilibus dedignantur, & hoc secundum Cassaneum, in octaua parte consid. 40. licèt Pogius aliter Gallorum nobilium mores depingat, cui cōtradicit Cassane. Quod nobilitatis genus antiquissimum est, nam referunt Licurgum Regem Lacedæmoniorum statuisse, vt nobiles seu milites extra vrbem habitarent segregati a plebe, vt melius virtuti vacarēt. Vnde qui in populis habitabant plebei appellati sunt & villani à villa, interquos nobiles minimè cōprehendūtur nec veniunt plebis appellat. vt refert. Francis. Ximen. lib. de natu. Ang. capitu. 59. & Fer. Mexia. in suo nobili. capit. 58. libro primo.

Anglorum seu Britānorum nobilitas parum distat à Gallica: nam ignominię loco opinantur nobiles in vrbe morari, rura syluis, ac pascuis secluſa inhabitant: nobiliorem ex censu iudicant: rem rusticam curant uendentes lanam & armentorum fœtus, nec tur

pe existi

pe existimāt admisceri quęstui rustica no, de quib⁹ nōnulla refert Pogius, nō nulli etiā ex bello gestis nobilitantur.

Apud Grecos quicūq; ad Imperatoris aulā vocantur, & seruitio eius insistūt, quātūuis abiecti generis ob Principis sumulatum nobilitatis titulo potiuntur, appellanturque nobiles.

Aegyptijs ac Syrijs solum habentur nobiles, qui militiæ deduntur, qui soli excellunt, & dominantur: reliqui seruorum loco habentur.

Iucas Teucros vero, & superiores Sarmatas arma quoq; nobilitant, ná qui ordines ducunt ditati prædijs nobiles dicuntur, pueri enim pretio empti militiam condiscunt, in qua excellere nobilitatem præstat, de quibus nobilitatum differentijs, & quæ alteram excellat, disputat Pogius in tractatu nobilitatis, & late Cassaneus in dicta octaua parte. Insulani verò occidentales quos Indos appellamus, [como son los de la nueua España, y del Peru, y de las otras prouincias de las Indias. ex belli exercitio nobilitātur, porque qualquiera que sale herido de batalla queda por ello hidalgo, y el que vence, prende, ó mata en guerra, ó defafia con que no sea a traycion. Por la primera vez pinta vn braço, por la segunda los pechos, por la tercera pone vn verdago de los ojos a las orejas, y queda por esto hidalgo y cauallero,] Author est Francisc. Gomez. de Goma ra in sua generali chronica occidentalū Indiarū. 1. par. fo. 38. & 41. in. 4. co.

Hodie vero apud omnes prouincias & regna Principes passim pro libito voluntatis nobilitant, quem volunt sine differentia, quòd risu dignū est secundum eundem Pogium.

SVMMARIVM
Ex capite sequenti.

1 Nobiles Hispaniæ priuilegiantur in eo, quòd excusantur tributis, & ab omnibus muneribus realibus, & personalibus, & mixtis.
2 Item in eo, quod pro debito ex causa ciuili non incarcerantur, & in loco carceris, & custodia.
3 Item, quia in executione eis sunt relinquenda arma, uestes, equus, lectum & domus.
4 Item, in pœnarum impositione, & executione, & tortura, & modo executionis: quia non suspenduntur furca, nec damnantur ad triremes.
5 Item, quia propter eos eorum uxores gaudent immunitate, & nobilitatis priuilegijs.
6 Item, quia habent ius fidandi, & diffidandi, & quod non retractentur.
7 Item, eorum promissis maior fides adhibetur.
8 Item quia in Reip. officijs præferuntur.
9 Item, in beneficijs, electionibus, & gratijs.
10 Item, in testimonijs, & fide illorum.
11 Item, in uindicatione & æstimatione suarū iniuriarū.
12 Itē, in eo, q nobilitatis causa habet speciales iudices.
13 Item, priuilegiantur in contractibus, quia possunt res pupillorū suorū emere in casibus, quibus alij nō.
14 Item, quia possunt donare in casibus in quibus plebei, & ignobiles nequeunt.
15 Item, quia eis defertur in honoribus, & sessionibus.
16 Item, quia ad eos tanquam ad egregias personas eundū est aliquando.
17 Item, quia ad principum latus stare debet.
18 Item quoniam iuxta eorum nobilitatem sunt dotandi.
19 Item, quia nobilium appellatione cōprehenduntur Magnates, Duces, & Principes.
20 Item, quia fere omnibus uirtutis moralibus, & theologalibus, & ab his dependentibus, abūdant, & à natura priuilegiati existunt.

DE NOBILITATIS, ET IPSOrum nobilium multiplici priuilegio immunitatibus, & præcellentia.

CAP. Vltimum.

POst munerum nomen, distinctionem, & causam, de quo in prima parte diximus post nobilitatis, id est hidalguiæ originem, diffinitionem, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

diuisionem de quo in secunda: & post nobilitatis iudicij ordinem, & processum, de quo in tertia: & priuilegiorum causa, de quo in quarta: vt huic vltimę parti, quæ de probationibus ad perpetuam rei memoriam & earũ effectum hucusq; tractaui, finem imponamus.

1 Restat, vt hoc vltimo loco pro totius operis complemento aliqua nobilium priuilegia obiter enumeremus ex his quæ principaliora videntur, & magis in vsu versantur. Et inter alia potissimum, & principale, & cæteris vtilius videtur hoc, de quo in hoc opusculo principaliter diximus, scilicet vt non teneantur contribuere, & excusentur à muneribus realibus, & personalibus, & à tributis, & collectis, vt supra latè dictum est, & ponit Guid. Papæ in Decisionibus Delphina. decisio. 384. & Ioan. de Mõthelono in suo promptuario iuris, in verbo tributum in glossa reddite, ad finem, & de iure communi est textus in. l. 3. §. primo. ff. de mune. & hono. & in. l. à muneribus. ff. de vaca. muner. arguendo de militibus ad nobiles, quo argumento in hoc eodem proposito arguit Cassaneus in Cata. 8. parte, consid. 48. & legibus nostri regni clarius cautum est, vt in toto titulo de los hijos dalgo, libro. 4. ordin. & in pragmaticis regni, de quibus supra.

Imo propter nobilitatem solet quãdoque à Principe tribui immunitas etiam à tutela, vt est textus, quem omnes dicunt singularem in. l. non tantũ §. primo. in princ. ibi, & propter inclytam nobilitatem. ff. de excusa. tutorũ. & ibi notat Bald. & Nicolaus de Neapoli. Et hæc munerum excusatio, quam nobiles propter nobilitatem habent, non solum iure, verùm generali consuetudine conformatur, vt dicit Iacob. Rebuffi. in. l. 1. C. de indictionibus. libro. 10. & Ioan. de Monthelo vbi supra. & Guido. Papę. in dict. decisione, & Lucas de Penna in. l. agros. C. de fundis limitrophis. & per Bonum de Curt. in suo tractatu in. 5. parte numero. 44. & per Cassa. in. d. consil. 48: remissiue. Hoc autem priuilegium, vt nobiles excusentur à tributis & muneribus ordinarium est, & semper obseruabile, præterquam pro Regis sui captiui redemptione, vel magna, & communi necessitate, vt dixi in prima huius operis parte, & ponit Iaco. Rebuffi in. d. l. 1. C. de indict. Itaq; nobiles Hispaniæ, quos dicimus hijos dalgo excusantur à tributorum, & collectarũ prestatione, & ab oĩbus muneribus realibus personal. & mixtis, ad quę tenẽtur plebei, & ignobiles, qualia sũt, [pechar o cõtribuyr, hazer alardes, mãtener de premia armas y cauallo, recebir huespedes, yr a las guerras apremiados: & alia id genus, quę vt supra dixi, en lenguaje antiguo de España se llamaua manferimiento, quasi onus, quòd manibus, & corpore ferebatur, de quibus singulis in prima huius operis parte latius dixi. Esto delos alardes, y armas y cauallos, y yr a las guerras entiendo en los hidalgos desangre, no en los de priuilegio,]in quibus secus est, vt supra sæpe dixi.

Secun-

2 Secundò priuilegiantur nobiles Hispaniæ in eo, quòd por debito descendẽte ex causa ciuili nõ possunt incarcerari, sino fuere por rẽtas del Rey, vt in l. 4. & 5. titulo. de los hijos dalgo. libr. 4. ordin. & in l. 79. in legibus Tauri, & in casibus, in quibus possunt incarcerari, debet illi assignari honestus, & decens locus putà palatiũ protestatis, vel rota ciuitas, vt singulariter voluit Angel. in. l. qui in carcerem. ff. quod met. caus. quem refert & sequitur. Iass. in. l ad monendi. 75. colum. ff. de iure iur. & est. l. regni. tit. 29. par. 7. lex. 4 infine.

